# C. CORNELII TACITI

## OPERA OMNIA

33149

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

## IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

## NOTIS VARIORUM

JUSTI LIPSII EXCURSIBUS

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SEPTIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1821.

# C. CORNELII TACITI

## OPERA OMNIA.

VOL. VII.

oporteat, ostentari non debere: hoc Senatus judicio[h] velut admoneri Principem, quos probet, quos reformidet: nullum majus boni Imperii instrumentum, quam bonos amicos. Esse[6] satis Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur præmiis et impunitate; Vespasianum melioribus relinqueret.'

8. Marcellus, 'non suam sententiam impugnari, sed Consulem designatum censuisse,' dicebat, 'secundum[1] vetera exempla,[i] quæ sortem legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitiis[2] locus foret. Nihil evenisse, cur anti-

diat, *eos tamen* offerri aut monstrari *principi* non decere: hoc patrum consilio ac delectu, velut ostendi Imperatori, quos approbet, et quos pavescat: nullum validius boni principatus munimentum *esse*, quam egregios amicos. Sufficere Marcello, quod Neronem incitaverit in ruinam tot insontium. Potiretur opibus et impune haberet scelus; *esto: sed* Vespasianum melioribus permitteret.

*Marcellus* contra *disserebat*, non oppugnari id quod censuisset, sed statuisse *Valerium* consulem designatum, juxta prisca instituta, quæ urnam legationibus præscripsissent, ne *sic* cupiditati aut odiis occasio præberetur. Nihil

cultas, si magis faverent libri. Virque fuit Vespasiani amicitia dignus. *Brotier.*—6 Brotierus et Ryckius locum distinguunt *amicos esse. Satis, &c.* et ita Mss. et editiones veteres. Rhenanus et Cl. Ernestus cum Gronovio et Bipont. *amicos. Esse satis.*

1 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. Editio princeps, *sed secundum vetera exempla.* Sic quoque emendatum in Ms. Harl. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *sed vetera exempla.* Brotier.—2 Ms. Corb. *aut inimicitiæ.*—

NOTÆ

[h] *Hoc senatus judicio*] Nempe, si arbitrio senatus, non sorte eligantur legati, tali judicio admoneri Vespasianum, quos e proceribus, quos e patribus ipse amare aut metuere debeat: non esse publice ostentandos, qui delationibus occidissent bonos, et quidem etiam amicos Vespasiani, immo ipsos amovendos esse a Repub. et procul a gratia principis repellendos. Etenim nullum majus aut excellentius esse boni imperii instrumentum, quam bonos et constantes amicos.

[i] *Secundum vetera exempla*] Ego accipio, non quasi semper legati sorte olim missi, sed sæpe: et in eam rem exempla hæc reperio. Cicero ad Atticum l. I. Epist. 17. 'Senatus decrevit, ut legati cum auctoritate mitterentur.' Addit post pauca: 'hoc non queo præterire; cum de consularibus mea prima sors exisset, una voce senatus frequens, retinendum me in urbe censuit.' E quibus sortitionem illic fuisse, clare vides.

Dio l. LIX. 'Legatos his de rebus, alios quidem sorte, Claudium vero suffragiis electum miserunt.' Plura exempla avide quæsivi: sed frustra. *Lipsius.*

quitus instituta exolescerent: aut Principis honor in cujusquam contumeliam verteretur:[j] sufficere omnes obsequio:[k] id magis vitandum,[3] ne pervicacia quorundam[4] irritaretur animus, novo Principatu suspensus, et vultus quoque ac sermones omnium circumspectans. Se meminisse[5] temporum, quibus natus sit, quam civitatis formam patres avique instituerint: ulteriora mirari,[l] præsentia sequi: bonos Imperatores voto expetere, qualescumque tolerare.[m] Non magis sua oratione Thraseam, quam judicio Senatus, afflictum. Sævitiam Neronis per hujusmodi[6] imagines[n] illusisse:[7]

accidisse, cur vetera exempla omitterentur; aut *cur* Imperatoris decus in cujusquam ignominiam transferretur: sufficere quoscumque patrum officio et honori: idque potius cavendum, ne contumacia nonnullorum incenderetur animus *Vespasiani*, novo imperio ambiguus, et faciem ac sermonem cunctorum explorans. Se reputare animo tempora quibus ortus sit, quam Reipub. speciem patres avique condiderint; *se* antiquiora suscipere, præsentia sectari: egregios principes *omni* voto exoptare, qualescumque perferre. Non magis sua sententia perculsum Thraseam, quam decreto patrum. Immanitatem Neronis per tales prætextus delusisse *Senatum P. Q. R.* nec minus sibi

3 *Vitandum* perperam omissum in Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. Additum est in margine Mss. Harl. Guelf. *Brotier.*—4 Ita bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pervicacia cujusquam.* Idem.—5 Frustra tentat Rhenanus, *meminisset.* Male Ms. Corb. *se monuisse.* Brotier.—6 Mss. Corb. et Agr. *per ejusmodi.*—7 Ita, vel *inlusisse,* omnes fere Mss. Male Puteolanus, *illuxisse.* Brotier.

## NOTÆ

[j] *Principis honor in cujusquam contumeliam verteretur*] Passive honorem accipio, qui scilicet principi habebatur, legatos ad eum mittendo. *Pichena.*

[k] *Sufficere omnes obsequio*] Id est, Sufficere etiam qualescumque homines officio in principem, seu bonas artes habeant aut industriam, sive minus clari aut minus digni sint. Ad dignitatem tantum senatus respicitur, non ad singulos.

[l] *Ulteriora mirari*] Tempus nimirum liberæ Reipublicæ. *Savil.*

[m] *Qualescumque tolerare*] Julianus Imper. Orat. 3. 'Suadere vero ipsis ducibus, ne ægre ferant impotentiam regum, et tolerent constanter, sed æquo animo, reprehensiones; ne sic vita plena sit anxietatis ac mutationis.'

[n] *Sævitiam Neronis per hujusmodi imagines*] Id est, Neronem eas imagines legum judiciorumque seu accusationum usurpasse, quibus sævitiam suam velaret, sicque illuderet Reipub. et Senatui; seque suscepisse illam accusationem invitum et coactum, gratiamque Neronis ipsi fuisse perinde invisam, ac damnationem aut supplicium aliis.

*Per hujusmodi imagines illusisse*] Hoc dicit Eprius: Non se magis auctorem interficiendi claros viros Neroni fu-

nec minus sibi anxiam talem amicitiam, quam aliis exilium. Denique constantia, fortitudine, Catonibus et Brutis æquaretur Helvidius: se unum esse ex illo Senatu, qui simul servierit. Suadere etiam Prisco,[o] ne supra Principem scanderet: ne Vespasianum, senem triumphalem,[p] juvenum liberorum patrem, præceptis coërceret. Quomodo pessimis Imperatoribus sine fine dominationem, ita quamvis egregiis modum libertatis, placere.' Hæc, magnis utrimque contentionibus[8] jactata, diversis studiis accipiebantur. Vicit pars, quæ sortiri legatos malebat, etiam mediis Patrum annitentibus, retinere morem. Et splendidissimus quisque eodem inclinabat, metu invidiæ, si ipsi eligerentur.

infestam hujusmodi amicitiam, quam aliis deportationem. Postremo virtute, firmitudine animi cum Brutis et Catonibus compararetur Priscus: se unum esse ex illis patribus, qui una obedierint. Admonere *se* etiam Priscum, ne supra dominantem se attolleret; ne Vespasianum, triumphali decore senem, *et* filiorum juvenum parentem, monitis *suis* in ordinem cogeret. Quo pacto deterrimis principibus sine modo potestatem, ita licet bonis imperitantibus cordi esse modestam libertatem. *Hæc, magnis utrimque certaminibus agitata, diversis* patrum *animis audiebantur. Superavit sententia* ea, *quæ urnam legationi præscribebat, etiam contendentibus patribus his qui neutrum ambitiose asserebant, ut prisca instituta retinerentur.*

8 Ms. Agr. *concertationibus.*

NOTÆ

isse, quam senatum universum, qui eos damnaverit.

Sed Neronem, videlicet, hoc quasi velum prætendisse sceleribus, ut quæ sponte jussurus erat, ea per accusatores et senatum exerceret. Atque ita imagine quadam justitiæ, hominibus vere illuderet. *Lipsius.*

[o] *Suadere etiam Prisco*] Et Helvidius, quod Eprio Marcello meliora monenti detrectasset obsequi, interemtus est sub Vespasiano, bono et moderato principe.

Sueton. Vesp. 'Helvidio Prisco, qui reversum ex Syria solus privato nomine Vespasianum salutaverat, et in prætura omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat, non ante succensuit, quam altercationibus insolentissimis pæne in ordinem redactus. Hunc relegatum primo, deinde interfici jussum, missis qui percussores revocarent, servasset, nisi jam periisse, falso nuntiatum esset.'

Probus: 'Helvidius Priscus, post damnationem soceri Pæti Thraseæ, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit; sed post interfectum Neronem, restitutus a Galba, non aliter quam libero civitatis statu egit.' Adeundus quoque Arrianus l. 1. c. 2. dissert. Epicteti. *Savil.*

[p] *Senem triumphalem*] Nam rebus in Britannia, tempore Claudii, bene gestis, Vespasianus obtinuerat *triumphalia ornamenta*, testante Suet. Vesp. 4.

9. Secutum aliud certamen. Prætores ærarii (nam tum a Prætoribus tractabatur ærarium[q]) 'publicam paupertatem' questi, 'modum impensis'[1] postulaverant. Eam curam Consul designatus, ob magnitudinem oneris et remedii difficultatem, Principi reservabat.[r] Helvidius, 'arbitrio Senatus agendum,' censuit. Cum perrogarent[2] sententias Consules, Vulcatius Tertullinus,[3] Tribunus plebis, intercessit, 'ne quid super tanta re, Principe absente, statueretur.' Censuerat Helvidius, 'ut capitolium publice restitueretur, adjuvaret Vespasianus.'[s] Eam sententiam modestissimus

Dein *orta alia contentio. Prætores ærarii (quippe tum a prætoribus administrabatur ærarium)* inopiam publicam *conquesti*, sumtui modum *poposcerant. Hoc negotium consul designatus, ad Imperatorem remittebat, ob molem curæ, et medendi seu corrigendi difficultatem. Helvidius, id* ex voluntate patrum gerendum, *statuit. Cum consules sententias rogarent, Vulcatius Tertullinus, tribunus plebis, se opposuit*, ne quid super tanto negotio decerneretur, absente Imperatore. *Proposuerat Helvidius*, ut Capitolium publico sumtu instauraretur, opem ferret Vespasianus. *Eam sententiam modestissimus quisque silentio præ-*

1 Ms. Guelf. vitiose *impensius*. Oberl.—2 Sic Mss. Reg. Harl. Bodl. editio princeps et recentiores. Ms. Guelf. et Puteolanus, *prorogarent*. Ms. Jes. *prorogaret*.—3 Ms. Reg. *Vulcanius Tetralinus*. Editio princeps, *Vulcanius Teturlinus*.

NOTÆ

[q] *A prætoribus tractabatur ærarium*] Hac de re multis egi ad Annal. XIII. ubi sæpe immutatam ærarii servandi formam Tacitus ait, quousque Nero viros prætorios, experientia probatos ærario præposuit: quod bellis civilibus non irritum, Vespasiano et filiis probatum, ad Trajanum duravit.

Hic vero, quos judicio probaret suo, præfectos ærarii creavit, ut Publicium Certum, Pliniumque Cæcilianum; et ita translatum a prætoribus ad præfectos, ab his gestum munus est sub secutis principibus, Adriano, Antonino Pio, et Marco Philosopho.

Sub quibus Gellius eruditissimus scriptor inquit: 'Quod per quæstores dixi, intelligi nunc oportet, præfectum ærario significari: nam cura ærarii a quæstoribus ad præfectum translata est.' Noctium XIII. 23. *Vertranius.*

[r] *Principi reservabat*] Non omnia subjicienda aut rejicienda munia in principem, et sæpe talia dehonestamenta Reipub. irrident ipsi dominantes. Ad rem Plutarchus Politicis: 'Etenim quemadmodum qui, nisi adhibito medico, consuetudine quadam adducti, nec cœnare nec lavare, nec aliud quicquam per se agere sciunt, ii ne valetudine quidem prospera sponte naturaque data frui audent: ita qui omni rei publicæ decernendæ, cuicumque cœtui habendo, omni simul administrationi censuram atque judicium principis afferendum putant, ii dominis sese, et reliquam patriæ libertatem, amplius quam ipsi principes velint, subjiciunt.'

[s] *Censuerat Helvidius, ut capitolium publice restitueretur, adjuvaret Vespasia-*

quisque silentio, deinde oblivio transmisit. Fuere qui et meminissent.[t]

*teriit, dein oblivione. Extitere etiam qui recordarentur.*

NOTÆ

*nus*] Censuit Helvidius, ut restitueretur Capitolium auspiciis Reipub. subveniente quidem in subsidium Vespasiano, sed quasi *privato;* hoc est, non tam ut capite ejusdem Reipublicæ, quam parte.

Haud aliter hæc accipienda: auctor est mihi Tranquillus in Vesp. 15. 'Helvidio Prisco, qui reversum ex Syria solus privato nomine Vespasianum salutaverat,' &c. *Gruterus.*

Censuerat Helvidius, *ut Capitolium publice restitueretur:* ubi τὸ *publice*, non id fieri tantum auspiciis Reipub. intelligi debet, sed publico sumtu, et pecunia ex ærario depromta, quod populi fuit, et quidem senatu decernente pecuniam illam, ut vetere Repub. nam tum opes imperii administrabat dispensabatque senatus. Itaque sic censet Helvidius, quasi stante prisca Repub. quasi reciperata libertate post Neronem, aut certe quasi sub bono principe, qui senatui et populo Rom. opes suas et opera publica permitteret, qui libertatem non premeret, sed unum civium se ferret, et principem, non dominum aut tyrannum: 'Optimus post malum principem dies primus.' Itaque censebat, ut restitueretur Capitolium sumtu Reipub. et consensu, jussuque, et auctoritate omnium ordinum, ac præcipue senatus, et ex ærario; adjuvaret autem Vespasianus suis opibus, et ex fisco depromtis. Qua sententia velut in ordinem cogebat principem, majestatemque minuebat, quasi non esset arbiter imperii et opum Reipub. nec deberet templi Deorum restituti gloriam sibi uni vindicare. Reipub. hanc gloriam et senatui, non uni, vindicabat Helvidius: quo pacto principatum spernebat, minuebat, aut certe penitus tollebat.

[t] *Fuere qui et meminissent*] Qui et apud Vespasianum nempe deferrent. quare? quia hæc sententia dignitatem principis minuebat, senatus populique augebat: a quo restitui Capitolium, duntaxat adjuvante Vespasiano, volebat. *Lipsius.*

*Fuere qui et meminissent*] Prisci mens fuit, impensæ partem in principem, contra morem, rejicere, ut exhausto ærario parceretur. *Pichena.*

Aut potius, quia sic principem in ordinem redigere videbatur, cujus rei meminere forte delatores postea.

*Fuere qui et meminissent*] Vult Tacitus, fuisse e senatoribus aliquot delationibus ac calumniis exercitos, qui liberiorem istam sententiam, et conjunctam satis cum Vespasiani contumelia, reconderent in præsens, ac suo tempore in deterius auribus ejusdem instillarent, eo ipso creaturi Helvidio periculum.

Nam senator iste, nimium philosophus, pessime periit sub Vespasiano, ut cognoscere est ex Arriano, Cassio, Suetonio, et aliis. *Gruterus.*

*Fuere qui et meminissent*] Interpretantur, quasi nonnulli senatorum, tunc non meminerint sententiæ Helvidii in senatu, sed postea apud principem; captantes hinc occasionem criminandi Helvidium, et adulandi principi. Non tamen id prorsus dicit Tacitus, nec possis præcise id ex eo loco colligere.

Forte modestiores patrum præter-

10. Tum invectus est Musonius Rufus in 'Publium Celerem,'[u] a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum,'[v] arguebat. Ea cognitione renovari odia accusationum videbantur: sed vilis et nocens reus protegi[1] non poterat. Quippe Sorani sancta memoria: Celer professus sapientiam, dein testis in Baream, proditor corruptorque amici[2] et cujus se magistrum[3] ferebat. Proximus dies[w] causæ destinatur. Nec tam Musonius aut Publius, quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem[4] animis,[x] expectabantur.

*Tum Musonius Rufus invasit* Publium Celerem; *hunc incusabat*, oppressisse Baream Soranum falso testimonio. *Eo judicio instaurari offensiones delationum videbantur; sed infimus sordidusque et scelerosus reus defendi nequibat. Etenim veneranda Sorani memoria: Celer philosophum se ferens, dein testis adversus Baream, qui corruperat et prodiderat amicum, et* eum ipsum *cujus se doctorem profitebatur. Primus dies* senatus *cognitioni constituitur. Nec tam expectabantur Musonius aut Publius, quam Helvidius et Marcellus, et alii omnes, excitis ad vindictam odiis.*

1 Ms. Agr. *eripi non pot.*—2 Brotierus scribit *corruptorque amicitiæ cujus, &c.* et sic Mss. Reg. Harl. Bodl. Agr. et editiones veteres. Ms. Corb. habet quoque *amicitiæ*, sed omisit *que*. Pichena et recentiores, cum Gronov. Ryckio, et Bipont. e conjectura Lipsii edidere, *corruptorque amici, et cujus se magistrum ferebat*. Mallet Heinsius, *correptorque amici*.—3 Male Ms. Reg. et editio princeps, *cujus se ingratum*. Brotier.—4 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *motis adulationi animis*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *adulationibus*. Idem.

NOTÆ

iere silentio talia per honorem in Helvidium, nec forte sine prudentia erga principem; alii tamen meminere, dum sententiam suam proferrent, et eam tum rejecerunt in ipso senatu, et ipsa hac occasione.

[u] *Publium Celerem*] Publius Egnatius Celer ex testibus in Baream Soranum productis præcipuus. Ann. XVI. 32. Juvenal. 'Stoicus occidit Baream, delator amicum, Discipulumque senex.'

Scholiastes Juvenalis aliud speciatim notat: 'Egnatius philosophus filiam Barea Sorani, cum ipsius ad Magicam descendisset hortatu, Neroni detulit.' *Savilius.*

[v] *Circumventum*] Id est, interceptum, oppressum.

[w] *Proximus dies*] Quo res ejusmodi disceptarentur: neque enim aut proxime secutus dies erat, neque simpliciter proximus patrum conventus. *Savilius.* Forte *proximus* dies senatus, quo, scil. vocari solebat senatus; neque in tali re extra ordinem vocari debuit.

[x] *Motis ad ultionem animis*] Sententia est: Non tam minuti illi et plebeii accusatores expectabantur, aut expetebantur; quam, erectis semel cupidine ulciscendi animis, illi senatorii et illustres *delatores* Priscus et Marcellus. *Lipsius.*

11. Tali rerum statu, cum discordia inter patres,[1] ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non Princeps[2] in civitate essent, Mucianus, urbem[3] ingressus, cuncta simul in se traxit: fracta Primi Antonii Varique Arrii[4] potentia, male dissimulata[y] in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur. Sed civitas, rimandis offensis sagax, verterat se transtuleratque. Ille unus ambiri, coli: nec deerat ipse: stipatus armatis, domos hortosque permutans, apparatu, incessu, excubiis, vim Principis amplecti,[5] nomen remittere. Plurimum terroris intulit cædes[6] Calpurnii[7] Galeriani. Is fuit filius C. Pisonis, nihil ausus: sed nomen insigne, et decora ipsi juventa, rumore vulgi celebrabantur: erantque in civitate adhuc turbida, et novis sermonibus læta, qui Principatus inanem ei famam circumdarent. Jussu Muciani custodia militari cinctus, ne in ipsa urbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab urbe lapidem, via Appia,[z] fuso per venas sanguine, exstinguitur.

*Cum sic se res haberent, et dissensio inter senatores, pervicacia apud victos, nihil auctoritatis victoribus, non jura, non imperator in urbe essent, Mucianus in urbem advectus, omnia simul in se vertit: depressa auctoritas Primi Antonii et Vari Arrii, male occultata in eos Muciani offensione, licet vultu dissimularetur. Sed civitas, perspicax introspiciendis odiis, mutaverat se* statim *transtuleratque. Ille unus prensari, salutari, celebrari: nec deerat ipse; cinctus armatorum caterva, in hos, modo illos hortos domosque commigrans, comitatu, pompa, custodia, fortunam ac potentiam Imperatoris occupare, vocabulum relinquere. Multum pavoris incussit nex Calpurnii Galeriani. Is fuit filius C. Pisonis, nihil novi molitus: sed nomen eximium, et honesta ipsi adolescentia, sermonibus plebis extollebantur: erantque in urbe adhuc turbulenta, et novis rumoribus alacri, qui vanum imperii nomen ei accommodarent. Mandato Muciani, septus custodia militum, ne in ipsa civitate insignitior cædes foret, interficitur ad quadragesimum lapidem a civitate, via Appia,*

1 Ita bene Ms. Guelf. Mercerus et recentiores. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus, *inter partes*. Brotier.—2 Sic bene Mss. Flor. Harl. Jes. Pichena et recentiores. In Mss. Reg. Bodl. et editionibus veteribus, *non principes*. Idem.—3 Ita Mss. et editiones veteres ac recentiores. Intermediæ quædam editiones, *in Urbem*. Idem.—4 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Bud. et editione principe, *Arriique*, omisso, *Vari*. Contra Rhenanus omisit, *Arrii*. Idem.—5 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps. Puteolanus et recentiores, cum Ryckio et Gronov. *complecti*.—6 Ms. Corb. *cæde*.—7 Vulgo in

NOTÆ

[y] *Male dissimulata*] Intellige, et male dissimulata fuit, vel male dissimulabatur odium Muciani, licet facie vultuque velaretur offensio.

[z] *Via Appia*] Initium habet a porta Capena in latere meridionali Romæ

Julius Priscus, Prætoriarum, sub Vitellio, cohortium Præfectus, se ipse[8] interfecit, pudore magis, quam necessitate. Alphenus Varus ignaviæ infamiæque suæ superfuit. Asiaticus enim (is[9] libertus[a]) malam potentiam servili supplicio expiavit.[b]

12. Iisdem diebus crebrescentem[1] cladis Germanicæ famam, nequaquam mœsta civitas excipiebat: 'cæsos exercitus, capta legionum hyberna,[2] descivisse Gallias,' non ut mala loquebantur. Id bellum[c] quibus causis ortum, quanto externarum sociarumque gentium motu flagraverit, altius

*misso per venas cruore. Julius Priscus, præfectus prætorii militis, sub Vitellio, seipsum occidit, flagitii dolore magis, quam necessitate. Alphenus Varus supervixit inertiæ suæ et ignominiæ. Asiaticus, quia libertus* erat, *pravam potestatem servili pœna luit exsolvitque.*

*Eodem tempore civitas sine mœstitia audiebat invalescentem rumorem cladis Germanicæ:* deletos exercitus, expugnata legionum castra, defecisse Gallias, *non ut adversa sermonibus disserebant. Altius exequar, quibus causis motum id bellum,*

Mss. et veteribus editionibus, *Calphurnii.* At in nummis hujus gentis scriptum, CALPVRNIVS. Vide eruditum Vaillant, *Nummi antiqui familiarum.* Vol. I. p. 206. et seq. *Brotier.*—8 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Ryckius et recentiores. In Ms. Reg. *seipsum interficit.* Editiones veteres, *seipsum interfecit.* 9 Brotierus omisit *is.* Sic Mss. Reg. Corb. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus nostram lectionem præbent. 'Forte,' Brotierus ait, 'ob servile supplicium in margine fuerat notatum, *is enim libertus,* quod postea in ipsam narrationem transierit. Forte etiam emendandum, *Asiaticus autem libertus.*' Conjiciebat Huetius *Asiaticus, nempe libertus.* Ms. Ryckii *etiam libert.*

1 Mss. Reg. Jes. et editio princeps, *crebescentem.*—2 Frustra Rhenanus, *legionum castra hyberna;* repugnantibus Mss. et veteribus editionibus. Bro-

NOTÆ

antiquæ: ducit Brundusium usque urbem Messapiæ, per Latium et Campaniam provincias, Hirpinos populos, Apuliam et Messapiam provincias Italiæ regionis. Vide Panvinii l. I. Reipub. Romanæ, p. 99. *Tillemonius.*

[a] *Asiaticus enim (is libertus)*] Posset defendi lectio vulgata [*Asiaticus (enim is libertus)*] illis Livii l. VII. 'M. Valerius (ei quoque enim in annum prorogatum imperium est) classem, quæ ad Siciliam erat, navium 70. obtineret:' at quod sciam, nunquam ita Tacitus. *Boxhorn.* Forte (*etenim is libertus.*)

[b] *Malam potentiam servili supplicio expiavit*] Hist. l. IV. 'Solatio fuit servus Verginii Capitonis, &c. patibulo affixus.' Servile supplicium, crux, vel patibulum.

Livius lib. XXX. 'De captivis, ut quisque liber, aut servus, suæ fortunæ a quoque sumtum supplicium est:' id est, servi cruce, securi liberi mulctati. *Marc. Donatus.*

[c] *Id bellum*] Quod breviter describit Josephus Exscidii VII. 2. attigit

expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant,[3] pars Cattorum :[d] seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ oræ, vacua cultoribus, simulque insulam,[4][e] nunc Bataviam, occupavere, quam mare Oceanus[5][f] a fronte, Rhenus amnis[6]

*et quanto tumultu extranearum fœderatarumque nationum exarserit. Batavi pars Cattorum* erant, *dum habitabant trans Rhenum;* at *intestina discordia ejecti, insedere extremas partes oræ Gallicæ, destitutas incolis, et simul* habitavere *insulam positam inter æstuaria, quam Oceanus a fronte, Rhenus fluvius a tergo et lateribus*

tier.—3 Ms. Agr. *agitabant.*—4 Post *insulam* Brotierus, cum Ryckio et Gronov. inserit *inter vada sitam*, omisso omnino *nunc Bataviam:* et sic Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Corrupte Mss. Vatic. 1863. et Reg. *insulam vocatam sitam.* Mss. Vatic. 1864. Corb. et in margine Ms. Vatic. 1863. *insulam vata sitam.* Ms. Bud. *juvata sitam.* Inde Colerus tentabat, *insulam Batavam:* Lipsius, *insulam Vahali assitam.* Sic Brotier. Mihi videtur legendum *nunc Bataviam*, et sic refingo. In codd. olim *nunc* ita pingebatur *nc*, unde intelligitur, qui ex *nunc bataviam* ortum *juvata sitam* et similia monstra, vel *inter vada sitam.* Heins. volebat *in Vahali sitam*, quod cod. Spinæ habebat *vata sitam.* Dotteville præfert Lipsii *Vahali*

## NOTÆ

Frontinus Strateg. IV. 3. et Sarisburiensis in Polycratico. *Savilius.*

[d] *Cattorum*] Catti vel Chatti, populi Germaniæ ad Visurgim fluvium: hodie comitatus *Waldeck*, pars Landgraviatus *Hassiæ*, Abbatia *Hirschfeld*, et Abbatia *Fuld*, in circulo Rheni superioris. *Tillemonius.*

[e] *Insulam*] Insula Batavorum populorum, in Germania inferiore, provincia Belgicæ regionis: hodie pars tractus *Betuve* in ducatu Gueldriæ, partesque dominii *Utrecht*, et comitatus *Hollandiæ*, omnia in provinciis Unitis seu Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

*Insulam inter vada*] Certe inter *vada*, aut vadosa loca, proprie sita non est hæc nobilis insula. Quippe inter Rhenum Mosamque, alta et profunda plane flumina. Sed *vadorum* scilicet voce paulo laxius et latius Tacitus usus, pro aquis; quomodo Catullus pro mari: 'Vada salsa cita decurrere puppi.'

Etsi revera *vada* et *brevia* multa olim, (ut opinor,) in illis fluminibus: cum aggeres nondum, nec certæ ripæ coërcerent: ideoque late diffundebantur. An alicui placeat, *insulam Vahali assitam?* Lipsius.

Dio ipsam insulam *Batavam* vocat. Ego quoque crediderim, illa verba, *inter vada sitam*, esse glossam, aut certe excidisse vocem, *Batavam:* et legendum esse: *simulque insulam Batavam occupavere.*

Porro *Batavam*, significasse locum inter vada situm, arguat ververbium Germanicum: hodieque pars hujus insulæ veterem nomenclaturam retinet, *Betam.* Colerus.

Legerim: *insulam vacantem occupavere*, id est, ἀδέσποτον, ut bona *vacantia* dicimus. *Grotius.* Repugnat quod immediate ante habet, '*vacua cultoribus:*' eandem vocem, scil. *vacantem*, non statim repeteret Tacitus.

[f] *Oceanus*] Oceanus Germanicus pars est Oceani Occidentalis: alluit oram Germaniæ regionis, et Galliæ partem: hodie vocamus *Mer d'Alle-*

tergum ac latera circumluit: nec opibus,[7 g] societate validiorum,[8] attriti,[h] viros tantum armaque Imperio ministrant: diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta[9] per Britanniam gloria,[i] transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant. Erat[10] et domi delectus

*allambit: nec vi, seu potestate Rom.* aut *fœdere præpollentium* sociorum *exhausti, viros solum et arma imperio suppeditant: diu exercitati bellis Germanicis: dein aucto decore per Britanniam, translatis illuc cohortibus, quibus ex prisco more præerant splendidissimi Batavorum. Erat etiam apud ipsos validissimus equitatus,*

*assitam*, quia nomen *Bataviæ* videatur Tacito ignotum fuisse. *Oberl.*—5 Sic bene Ms. Reg. Sic quoque secunda manu emendatum in Ms. Harl. Prima habebat, *Oceanum*, ut et libri omnes editi, cum Ryckio et Gronov. Dixit quidem Julius Cæsar, Bell. Gall. III. 7. 'P. Crassus, adolescens, cum legione VII. proximus mare Oceanum Andibus,' nunc *Anjou*, 'hyemebat.' At *mare Oceanum* hic in quarto casu, non vero in primo, ponitur. *Brotier.*—6 *Amnis*, abest a Ms. Corb.—7 Brotierus legit *opibus Romanis*; et sic Ryckius et Gronov. Cum Colero τὸ *Romanis* insititium esse puto, et expungo: sensum enim turbat. *Oberl.*—8 Ms. Jes. *validorum*. Male Ms. Reg. et editio princeps, *societateve aliorum astricti*. Sic quoque secunda manu in Ms. Harl. In Ms. Agr. *societateve validiorum attriti*. Brotier. Bipont. ita locum constituunt, *nec operibus Romanis societateve alienorum attriti*.—9 Sic bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus omiserat, *aucta*. Aberat quoque a Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Secunda manu additum est in Mss. Harl. Bodl. Guelf. *Brotier.*—10 Sic Mss. Reg. Harl. et libri editi. In Mss. Flor. Bodl. Jes. Guelf. Corb. *erant*. Secunda manu emendatum in Ms. Jes. *erat*.

## NOTÆ

*magne*, vel *Noord Zee*. Tillemon.

[g] *Nec opibus Romanis*] De his Hist. I. v. 'Respicerent Rhætos Noricosque, et ceterorum onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutem et viros indici.'

Ergo sensus est: Nec a Romanis attriti opibus, seu potentia, quod validioribus sociis evenit: *viros* tantum, &c. *Ferrettus*.

*Nec opibus Rom. societate*] Intellige, quasi scripsisset, *nec opibus Romanorum, aut societate validiorum attriti*: nam hic *opes Rom. et societas validiorum*, unum et idem est; et sic nihil deerit.

Societas autem cum potentioribus inita, re ipsa servitus est; sociorum validiorum potentia, miseria est inferiorum: sic honesta pacis fœderisque nomina iniquitatibus sæpe obtenduntur, ut in triste servitium mox erumpant.

[h] *Societate validiorum, attriti*] Sententia est: Quanquam Romanis socii et fœderati Batavi, quæ societas apud potentiores plerumque in servitutem transit: tamen non ita eis factum. Libertatem tenuere, nec tributa iis imposita, aut servitii aliæ notæ. *Lipsius*.

[i] *Mox aucta per Britanniam gloria*] Claudio principe, ni fallor, traductis e Germania Batavis a Vespasiano.

Ipse Tacitus infra, Batavorum cohortes *Britannica auxilia* appellat; puto enim a Claudii tempore ibi restitisse illas cohortes, donec postea in Germaniam revocarentur. *Colerus*.

Puto, errat Interpres de Vespasi-

eques, præcipuo[11] nandi studio, arma equosque[12] retinens,[j] integris turmis[k] Rhenum perrumpere.[13]

13. Julius Paulus et Claudius Civilis,[l] Regia stirpe,

*summa natandi industria et arte, arma atque equos regens, cum universis alis Rhenum pervadere.*

*Julius Paulus et Claudius Civilis, regio sanguine, longe alios antecellebant. Fon-*

—11 Ms. Reg. et editio princeps, *præcipuus nandi studio.*—12 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *arma quoque retinens.* Ms. Budens. *arma quosque.*—13 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *Rhenum perrupere.* Mendose quidem. Durum quoque, *perrumpere*, ni suppleas, *Rhenum suetus*, vel *doctus*, *perrumpere.* Quod omissum videtur, cum corrupta est scriptura in *perrupere.* Brotier.

NOTÆ

ano. Nam secundæ legioni præfuit Vespasianus; at cohortes illæ auxilia erant quartædecimanæ legionis. Nec etiam in Germaniam statim revocatæ cohortes, quod pateat ex historia; sed in Italiam cum sua legione XIV. transiere. Omnes itus reditusque harum cohortium exposuimus supra.

[j] *Arma equosque retinens*] Romanus codex, *arma quoque retinens*, quod haud spreverim, uti non tam ipsi tranatasse, quam equis tramisisse intelligantur.

Certe ambiguum mihi, Batavorumne hæc ars et opera fuerit, ita ut ipsi nantes equos armaque tenuerint: an potius equi ipsi docti sic, et facti. E Tacito aut priscis scriptoribus litem hanc haud facile decidas.

Noster in Agricola, viris ipsis tribuere iterum videtur: (de Batavis enim illa capio,) 'lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, repente immisit.'

Xiphilinus in Adriano, ambigue: 'Equitatus eorum, quos Batavos appellant, cum armis transnatavit.' Adrianus de Sorano Batavo: 'Adriano potui qui judice, vasta profundi Æquora Danubii cunctis tranare sub armis.' *Lipsius.*

Ex hoc loco Agric. 'Quo simul seque et arma et equos regunt,' clare patet, spernendum esse Cod. Rom. qui habet, *arma quoque retinens.* Et colligi possit, nantes Batavos, equos et arma tenuisse, non vero transmisisse in equis.

[k] *Integris turmis*] Intellige *turmas* equitum universas simul Rhenum perrumpere solitas; non autem, ita ut unus alterve tantum transnatarent seorsim. Sed simul turmæ ordinatæ et compositæ, velut in acie aut agmine, cum armis et equis amnem transmeabant.

At hic dubitari potest, an in equis expediti cum armis natarent ipsi, an vero desilientes equis, nando, se arma et equos regerent; et de hoc etiam alibi actum, ubi de Britannis. Videntur ipsi enatasse, et equos manu ac fræno, armaque forte in equis rexisse. Ita ut prope annatarint equis, qui et huic arti facti, ut et homines ipsi.

[l] *Claudius Civilis*] Ipse Tacitus Hist. I. Plutar. Ἐρωτικῷ, Frontinus, Sarisbur. *Julium Civilem* appellant Sed quicquid tandem de eo sit, Tacito *Paulus et Civilis* fratres fuisse videntur. *Savilius.*

Forte vocabatur Julius Claudius

multo ceteros anteibant. Paulum Fonteius Capito, falso rebellionis crimine, interfecit. Injectæ Civili[1] catenæ, missusque ad Neronem et a Galba absolutus, sub Vitellio rursus discrimen adiit,[2] flagitante supplicium ejus exercitu. Inde causæ irarum, spesque ex malis nostris. Sed Civilis, ultra quam barbaris solitum, ingenio solers, et 'Sertorium se,' aut 'Hannibalem' ferens, simili oris dehonestamento,[m]

*teius Capito Paulum interemit, ficto ac supposito scelere perduellionis. Indita Civili vincla, ductusque ad Neronem, et a Galba dimissus; Vitellio imperante, denuo periculum subiit, postulante exitium ejus milite. Hinc principia odiorum, et spes ex calamitatibus nostris. Sed Civilis animo acer, plusquam usitatum barbaris, et* se velut Sertorium *aut* Hannibalem *ostentans, puri labe ac dedecore faciei, Ves-*

1 Ms. Budens. *illi.*—2 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus

NOTÆ

Civilis. Haud dubie civitate Rom. donatus erat, et equestri fastigio ornatus, ut olim Arminius, Segestes, et alii illustriores sociorum. Igitur civis ille Romanus; nec mirum, si Romana nomina habuerit, et quidem more Rom.

[m] *Simili oris dehonestamento*] Livius de Hannibale, 'Vigiliis tamen et nocturno humore palustrique cœlo gravante caput, et quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.' Vulgoque id ita accipitur, ut oculum amiserit Hannibal. Ideoque Juven. 'Portaret bellua luscum.'

Ceterum Probus, auctor non spernendus: 'Hoc itinere, adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextro bene usus sit.' *Ferrettus.*

*Simili oris dehonestamento*] Plut. in Sertorio: 'Non mirum forte sit, quod in immensa serie temporum, fluctuante et sese vertente huc et illuc fortuna, in eosdem casus quandoque ipsa recidat.' Et post allata plurima exempla similia, subdit: 'Age, et addamus illud istis, quod duces bellicosissimi, et qui multa egregia facinora per astutiam et summa calliditate perfecerunt, ii altero oculo orbi extitere, Philippus, Antigonus, Hannibal, et iste, de quo nunc scribimus, Sertorius.'

Et jam infra: 'Et cum mira facinora manu exequeretur, et corpus præliis audacissime exponeret, alterum oculorum pugnando sibi effossum amisit; ea vero labe ac deformitate oris tota vita gloriatus est. Quippe dicebat, alios quidem insignia virtutis non habere secum; non ea gestare semper, sed sæpe deponere phaleras, monilia, torques, hastas, et coronas; sibi vero fortitudinis decora, velut individua perpetuo adhærere, seque æternum simul et virtutis et vulneris spectaculum contuentibus exhibere.'

Sic et Dionysius de Horatio: 'Horatius, qui cognominatus Cocles, ex vulnere quod ore exceperat, cum ipsi alter oculus excussus esset in pugna, cum esset ipse omnium juvenum Rom. et forma pulcherrimus, et virtute præstantissimus,' &c.

Plutarchus initio Sertorii ait, qui duces maxime bellicosi fuerunt, eos

ne ut hosti obviam iretur, si a Populo Romano palam descivisset, Vespasiani amicitiam studiumque partium prætendit: missis sane ad eum Primi Antonii[n] literis, quibus, 'avertere[3] accita Vitellio[4] auxilia et, tumultus Germanici specie, retentare legiones,' jubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus præsens monuerat, inclinato in Vespasianum animo, et Reipublicæ cura; cui excidium adventabat, si redintegratum[5] bellum et tot armatorum millia Italiam irrupissent.

14. Igitur Civilis, desciscendi[1] certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex eventu judicaturus,[o] novare res hoc modo cœpit. Jussu Vitellii, Batavorum juventus ad

*pasiani benevolentiam prætexit, favoremque partium, ne tanquam hostis comprimeretur, si aperte a populo Romano defecisset: scriptis certe ad illum epistolis Primi Antonii, quibus* ei *imperabatur*, ut distringeret copias a Vitellio accersitas, et retineret legiones, prætextu motus Germanici. *Idem Hordeonius Flaccus præsens jusserat, prono in Vespasianum affectu, et studio Reipublicæ; cui exitium instabat, si novum* flagrasset *bellum, et tot millia armatorum Italiam invasissent.*

*Cum itaque deficere statuisset Civilis, dissimulato interea profundiore arcano, reliqua pro eventu* rerum *æstimaturus, turbare res hac ratione cœpit. Mandante*

editionibus, *adit*.—3 Male Mss. Flor. Corb. Agr. *adverteret*. Ms. Reg. et editio princeps, *averteret*. Brotier.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *a Vitellio*. Præpositionem omittunt Mss. Flor. Corb. Agr. editio princeps et recentiores.—5 Sic bene Mss. Corb. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *reintegratum*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *redintegrandum*. Secunda manu in Ms. Harl. *redintegratum*. Brotier.

1 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editiones veteres

NOTÆ

altero caruisse oculo, Philippum, Antigonum, Hannibalem, et Sertorium.

Quare Tacitus, 'Ore facieque fœdum Civilem' illis similem ait, ut infra eodem: 'Dux Claudius Sanctus, effosso oculo, dirus ore.'

Et Annal. II. 'Flavium fratrem, amisso oculo, unde ea deformitas oris, interrogat Arminius.' *Vertran.*

[n] *Primi Antonii*] Quæ hic designat auctor, facile persuadeant, rebellionem Germanicam incidisse in hyemis principium. *Savilius.*

[o] *Cetera ex eventu judicaturus*] Civilis defectioni suæ obtendebat in speciem partes Vespasiani, sed altius re ipsa consilium moliebatur, nempe quo regnum Galliarum affectabat: quod consilium interim premebat, postea *judicaturus*, seu deliberaturus ex primo eventu rerum, quid ultra moliretur; et prout res successisset, vel bello abstiturus, vel fortunam secuturus, si aspirasset votis; quod et fecit.

Nam postquam vicit Vespasianus, nullaque amplius necessitas erat avocandi Vitellianas legiones ex parte Germaniæ, tamen perseveravit bellum inferre Romanis; ita ut satis pa-

delectum vocabatur; quem, suapte natura gravem,[p] onerabant ministri avaritia ac luxu, senes aut invalidos conquirendo,[2] quos pretio dimitterent: rursus impubes,[3] sed forma conspicui (et est[4] plerisque procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc invidia: et compositæ[5] seditionis auctores perpulere, ut delectum abnuerent. Civilis primores gentis et promtissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitia incaluisse videt, a laude gloriaque gentis orsus, injurias et raptus et cetera servitii mala enumerat. 'Neque enim societatem, ut olim, sed tanquam mancipia haberi: quando Legatum,[q] gravi quidem

*Vitellio, Batavorum juventus citabatur ad delectum; quem, suopte ingenio molestum gravebant inquisitores, cupiditate ac libidine,* homines scil. *ætate provectos, aut imbelles conscribendo, qui se pecunia redimerent: et contra impuberes, sed pulchritudine insignes (et est plerisque pueris* decora *proceritas) ad libidinum flagitia rapiebantur. Hinc indignatio: et subornati discordiæ fautores,* vulgus *incitavere, ut delectum recusarent. Civilis principes popularium, et audacissimos plebis convocat, prætextu convivii in sacram sylvam; et postquam animadvertit* illos *nocte et gaudio accensos, incipiens a fama et decore gentis, disserit exponitque iniquitates et rapinas et reliquas ærumnas servitutis.* Quippe non, ut olim *agi tanquam* cum sociis, sed *ipsos* veluti servitia haberi: quando *huc* adventare legatum,

et recentiores. Ms. Bud. et Rhenanus, *discidii certus.* Brotier.—2 Male Ms. Guelf. *conquirendos.* Idem.—3 Ita Mss. Vatic. 1863. et 1864. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *impuberes.* In margine Mss. Bodl. *impubes.* Sic quoque supra additum in Ms. Vatic. 1958.—4 Male Mss. Corb. Agr. *et ex plerisque.* Ryckii amicus tentabat, *ut est plerisque.* Brotier.—5 Ita Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, cum Ryckio et Gronov. *et compositi seditionis auctores: perpulere, &c.* Ernesto merito placuit, *compositæ,* ut apud Livium, IV. 13. 'nec dum compositis maturisve satis consiliis.' Sic et Sallustius, in Jugurth. 119. 'ita composito dolo, digrediuntur,' et Propert. II. Eleg. II. 2. 'At me, composita pace, fefellit amor.'

NOTÆ

teret, jam non esse bellum illud civile, sed externum.

Illas voces, *cetera ex eventu judicaturus,* Civilis ipse quidem sic interpretatur infra: 'Id bellum, cujus ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriæ rationem non reddi.'

p *Delectum . . . suapte natura gravem*] Quippe in longam et longinquam militiam. Velleius in laudibus Tiberii: 'Quanta cum quiete hominum, rem perpetui præcipuique timoris supplementum, sine trepidatione delectus providet?' *Lipsius.*

*Delectum*] In urbe lenius egit postea, cogente necessitate. Suet. Vit. 15. 'Delectum quoque ea conditione in urbe egit, ut voluntariis, non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum justæque militiæ commoda polliceretur.'

q *Quando Legatum*] Nota interrogandi hæc scripserim. Atque inter-

comitatu et superbo cum imperio, venire?[6] tradi se Præfectis Centurionibusque:[7] quos ubi spoliis et sanguine expleverint, mutari, exquirique[8] novos sinus et varia prædandi vocabula. Instare delectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus, velut supremum dividantur. Nunquam magis afflictam rem Romanam, nec aliud in hybernis, quam prædam et senes: attollerent tantum oculos et inania legionum nomina[r] ne pavescerent. At[9] sibi robur peditum equi-

importuno sane apparatu et arroganti imperio? Se permitti *per contemtum* præfectis et centurionibus; quos ubi præda et cruore satiaverint, alios immitti, et indagari novos sinus, et diversa rapiendi nomina. Imminere delectum, quo velut extremum separentur filii a parentibus, fratres a fratribus. Nunquam magis exhaustum attritumque imperium Rom. nec aliud in castris, quam spolia et senes: erigerent solummodo oculos, et ne metuerent vana legionum vocabula. Habere se lectos pedites equitesque; cognatos Germa-

*Idem.*—6 Mss. et veteres editiones, *quando legatum . . . venire:* quod probat Cl. Ernestus; et *quando* pro *quippe* accipit. At quomodo tunc stabit, *gravi quidem comitatu?* Redundabit *quidem*, quod tamen habent libri omnes. Præterea ad Batavos non mittebantur legati, sed præfecti et centuriones, qui delectum agerent. Nec placet Davanzati: 'E quanto si stara a veder venire un legato con quel lungo codazo, e superbo imperio?' In Ms. Reg. et editione principe, *quendam legatum . . . venire:* Ms. Agr. *quando legatum . . . venire parum.* Quod minime Cornelianum, licet Ryckio probatum. *Brotier.* —7 *Que*, abest a Mss. Bodl. Jes. et Budens. Secunda manu additum in Ms. Harl.—8 Ed. pr. *exequique.*—9 Brotierus cum Ryckio et Gronov. edidit *esse sibi robur;* omisso *at. Esse*, abest a Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editione principe. In Ms. Flor. secunda manu, *at sibi robur*, quod et Bipont. recipi-

NOTÆ

preter: En, usque eo viles Romanis sumus, ut non legati aut prætores saltem nos diripiant; id est, honestiorum manibus pereamus; sed latrunculi aliquot minuti, præfecti et centuriones? *Lipsius.*

[r] *Inania legionum nomina*] Hoc tempore sex fuerunt legiones non integræ, aut potius *legionum nomina*, ut hic vocantur. In superiori Germania ad Maguntiacum duæ; *quarta Macedonica*, et *octavadecima*, alias, *duoetvicesima*, præter octo Batavorum cohortes.

In Germania inferiori ad Bonnam *prima legio;* et infra Bonnam ad Novesium *sextadecima;* et paulo versus illam partem longius ad Vetera, *quinta* et *quintadecima;* utriusque duce Mummio Luperco. Ultimas duas hoc bellum penitus consumserat, castris solo æquatis. Tacitus.

*Sextadecima* et *prima* post Hordeonii mortem sponte sua se sacramento hostibus obstrinxere, atque ex illorum arbitrio Treveros submotæ, unde sua sponte Mediomatricos petierunt; atque inde accitæ a Cereale, in gratiam redierunt.

Eodem tempore, quæ Moguntiacum tenebant, legiones duæ, transierunt in partes antea inimicas, et neque mutare locum jussæ sunt, sed quæ post Cerealis adventum ad Romanos

tumque: consanguineos Germanos:[10] Gallias[11] idem cupientes: ne Romanis quidem ingratum id bellum,[8] cujus am-

nos: *et* Gallias idem volentes: ne Romanis quidem invisum *fore* id bellum

unt. Ms. Bud. *et*.—10 Sic bene libri omnes editi. *Germanos* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. Additum in margine Mss. Harl. Guelf. *Brotier*. —11 Supra *Gallias* in Ms. Vatic. 1958. scriptum, *Gallos*. Ernest.

NOTÆ

redierunt. Tac. Octo Batavorum cohortes initio belli in seditiones actæ, ad Civilem defecerunt.

Jam vero supplendis et in integrum restituendis, quos aut seditio aut cædes abstulerat, assignatæ erant sub Petilio Cereale septem legiones, teste Tacito; nimirum *sexta Victrix*, cum Muciano e Syria redux, et *octava Augusta*, una ex Mœsicis legionibus; (sic enim legi debet, non *octavadecima*, istius enim nominis nulla inter victrices fuit:) *unaetvicesima Rapax; secunda*, cognomine, ut opinor, *Flavia, e recens conscriptis; quartadecima Gemina* ex Britannia; *sexta Ferrata*, et *decima Gemina* ex Hispania.

Est enim in vulgatis Taciti exemplaribus, *tertia ac prima ex Hispania accitæ;* at nulla *tertia* fuit in Hispania, et Hispanicam *sextam* hisce rebus interfuisse narrat Hist. l. v.

Verum quidem quod aliqua *prima Adjutrix* in Hispania fuerit; sed cum l. v. bis memoretur *decima* legio Hispanica, dicendum, aut omnes legiones ex Hispania accitas, contra omnem probabilitatem, aut pro *prima* legendum esse, *decima*.

Ita ut ex emendatione, in fine hujus adversus Gallos et Germanos belli, fuerint in Romano exercitu undecim legiones. Superioris Germaniæ: Quarta Macedonica; Octavadecima, alias duo et vicesima; Didius Vocula legatus. Inferioris Germaniæ Prima, Herennius Gallus legatus: Sextadecima, Numisius Rufus legatus, ut opinor. Sexta Victrix e Syriacis; Octava Augusta e Mœsicis; Unaetvicesima Rapax e Vitellianis; Secunda Flavia e recens conscriptis; Quartadecima Gemina e Britannicis; Sexta Ferrata et Decima Gemina ex Hispanicis. *Savilius*.

[8] *Ne Romanis quidem ingratum id bellum*] Hic pro *Romanis* intelligendi sunt Vitellianorum militum in Germania duces, quos ait ambiguam belli fortunam Vespasiano imputaturos; hoc est, simulaturos, se in ejus gratiam Vitellii vires debilitasse.

Supra l. ii. 'Unde metus, et ex metu consilium, posse imputari Vespasiano, quæ apud Vitellium excusanda erant.' *Pichena*.

Immo Flavianis et melioribus omnium Romanorum, quos erat credibile, Vespasianum Vitellio prælaturos; et ideo non ingratum fore, hos, qui limitem obsidebant, tanquam portionem Vitellianæ factionis, impediri proprio negotio, ne creato et subornato ab sese imperatori, si necessum foret, auxilio venire possent.

Sic et *imputaturos* profecto Batavos, non Vitellianorum duces, ut putavit optimus interpres. *Gronovius*.

Forte potuerunt et ipsi Romani duces, qui Vitelliani hactenus, non *ingratum id bellum* habere, potuerunt et favere Vespasiano ut optimo, sicque bellum initio et hostem dissimulare, et hujus belli ambigua eidem

biguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriæ rationem non reddi.'[t]

15. Magno cum assensu auditus, barbaro ritu et patriis execrationibus universos adigit. Missi ad Canninefates,[1 u] qui consilia sociarent. Ea gens partem insulæ colit, origine, lingua, virtute, par Batavis; numero superantur. Mox occultis nuntiis pellexit Britannica auxilia,[v] Batavorum cohortes, missas[2] in Germaniam, ut supra retulimus, ac tum Magontiaci[3 w] agentes. Erat in Canninefatibus stolidæ

cujus dubium eventum Vespasiano ascriberent: nemini rationem reddituri, si vincerent.

*Ingenti assentientium plausu auditus, barbaro more, et patriis jurisjurandi cærimoniis omnes obstringit. Missi ad Caninefates, qui cæpta communicarent. Ea natio partem insulæ habitat, stirpe, sermone, fortitudine similis Batavis;* sed *multitudine impar. Dein secretis literis solicitavit copias auxiliares Britanniæ,* nempe *cohortes Batavorum, quæ missæ* fuerant *in Germaniam, ut antea memoravimus, ac tum Moguntiaci agitantes. Erat apud Caninefates inconsultæ audentiæ Brinio,*

1 Plinius, IV. 15. meminit *Cannenufatum;* et vetus Inscriptio apud Gruterum, p. 385. num. 1. ALAE PRIMAE CANNANEFATVM. Unde non male Cl. Ernestus edidit, *Canninefates.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *Caninefates,* et sic Ryckius et Gronov. Ms. Corb. infra c. 79. habet, *Cannenefates.* Ibidem editio princeps, *Canninefates.* Brotier.—2 Brotierus conjicit *remissas.*—3 Ita Mss. Vatic. 1863. 1864. 1958. Bodl. et Puteolanus. Ptolemæo quoque, II. 9. Μοκοντίακον. Male Ms. Reg. *Magontiana gens.* At ipse infra c. 24. habet, *Mogontiaco.* Beroaldus et recentiores, *Magontiaci;*

## NOTÆ

Vespasiano imputare. Sed præcipue hic respicit Tacitus ad socios Civilis, seu Flavianos, sive aperte sive occulte faverent, seu fortunam specularentur.

[t] *Victoriæ rationem non reddi*] Ausonius Paneg. ad Gratianum: 'Rationem felicitatis nemo reddit.' *Pichena.*

[u] *Canninefates*] Populi Batavorum populorum, in Germania inferiore. Hodie pars diœceseos archiepiscopatus Ultrajectensis *Utrecht.* Vel dominium Ultrajectense *la Seigneurie d'Utrecht,* una ex Provinciis Unitis, in Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

[v] *Pellexit Britannica auxilia*] Intellige Batavorum cohortes, quæ in Britannia militabant pro Romanis. Nam Hist. IV. 12. 'Diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant.' Hæ remissæ erant ex Italia in Germaniam, supra l. II. 'Principium interno simul externoque bello parantibus fatis.'

[w] *Magontiaci*] Magontiacum urbs Vangionum populorum ad Rhenum fluvium, in Germania superiore, Galliæ Belgicæ provincia. Hodie *Mayntz* Allemanis, *Mayence* Francis, urbs archiepiscopatus et Electoratus Moguntini, in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

audaciæ Brinno,[4] claritate natalium insigni: pater ejus, multa hostilia ausus, Caianarum expeditionum ludibrium impune spreverat. Igitur ipso rebellis[5] familiæ[x] nomine[6] placuit,[y] impositusque scuto, more gentis,[z] et sustinentium humeris vibratus, Dux deligitur. Statimque accitis Frisiis[a] (transrhenana gens est) duarum cohortium hyberna,[b] proxima occupatu,[7] Oceano[c] irrumpit. Nec præviderant impe-

*nobilitate stirpis eximia. Pater illius, etsi plurima hostiliter perpetrasset, impune* tamen *contemserat vesaniam bellorum Caii* Cæsaris. *Itaque gratus fuit ipso vocabulo gentis perduellis, sublatusque in clypeum, ritu patrio, et portantium humeris libratus, dux assumitur. Statimque accersitis Frisiis,* qui *transrhenanus populus est, mari invadit castra duarum cohortium, quæ propius irrumpi poterant. Nec*

quæ scriptura nonnunquam in Mss. reperitur. *Brotier.*—4 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. Ryckius et recentiores. Male Ms. Reg. et editio princeps, *Brumo.* Nam mox infra Ms. Reg. habet, *Brinnonem;* editio princeps, *Brinonem.* Puteolanus, *Brenno.* Rhenanus e Ms. Bud. *Brinio.* Idem. —5 Mss. Reg. Corb. *rebelle.* Editio princeps, *rebellæ.*—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *omine;* et sic Brotier. Editio princeps, *homine.* Emendatum in recentioribus editionibus, *nomine,* et sic edidere Ryckius et Gronovius cum Bipont. *Brotier.*—7 Sic optime Lipsius et recentiores. Male Ms. Flor. *proxima occupata.* Mss. Vatic. Harl. Bodl. Jes. Reg. Corb. et editiones veteres, *proximo occupata.* Beroaldus, *proximo occupato.* Idem. Dotteville

## NOTÆ

[x] *Rebellis familiæ*] Ut cui velut ingenita esset audacia, et insitum implacabile odium adversus Romanos, quod traditum a patre veluti per successionem.

[y] *Nomine placuit*] *Brunonem* scribi, verius fortasse sit. *Lipsius.*

[z] *Impositusque scuto, more gentis*] Mos igitur ille ignotus Romanis, eo quidem ævo. Nam postea irrepsit, sed non nisi cum barbaris.

Galli, Gothi, Franci hunc in cooptando principe ritum habuerunt: et notavit, atque exemplis firmavit P. Pythæus. Illum vide l. II. Subsecivor. c. 6.

Sed addo etiam Græcis levationem hanc *in scutum* usurpatam, inter solennia principatus. Zonaras de Hypatio, qui seditiose contra Justinianum electus: 'Et in scutum sublime tollentes, salutant imperatorem.'

Nicephorus Gregoras l. III. de Theodoro Ducæ filio: 'Dictus autem postea imperator est a volentibus subditis, sedens in clypeo, juxta morem in hac re receptum.' Curopalates de Officiis aulæ: 'Novus imperator scuto impositus tollitur in altum.' *Lipsius.*

[a] *Frisiis*] Hi populi Germaniæ magnæ ad Oceanum Germanicum. Hodie pars septemtrionalis comitatus *Hollandiæ,* et dominia *Ouest-Frise,* et *Groningue,* in provinciis Unitis, seu Belgio Fœderato. *Tillemon.*

[b] *Duarum cohortium hyberna*] Nullis enim legionum præsidiis occupata erat insula, sed quasdam tantum acceperat cohortes. *Savilius.*

[c] *Proxima occupatu, Oceano*] Scil. hac mente: ut Brinio duarum cohor-

tum hostium milites: nec, si prævidissent, satis virium ad arcendum erat. Capta igitur et direpta castra: dein vagos, et pacis modo effusos, lixas negotiatoresque Romanos invadunt. Simul excidiis castellorum imminebant:[d] quæ a Præfectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaque et quod militum in superiorem insulæ partem[8 e] congregantur,[9] Duce Aquillio, Primipilari; nomen magis exercitus, quam robur. Quippe, viribus cohortium abductis,[10 f] Vitellius, e proximis[11] Nerviorum[g] Germanorumque pagis, segnem numerum armis oneraverat.[12]

*præsenserat miles irruptionem hostium: nec satis roboris ad propellendum erat, etsi præscivissent. Igitur expugnata et spoliata hyberna; mox irruunt in lixas palabundos, ac tanquam in pace dispersos, et in mercatores Romanos. Eodemque tempore parabant exscindere propugnacula ac præsidia; quæ præfecti cohortium combussere, quia servari non poterant. Signa et vexilla* Rom. *et quicquid militum* erat, *contrahuntur in superiorem partem insulæ, duce Aquilio primipilari; magis vocabulum, quam vis exercitus. Namque, robore cohortium abstracto, Vitellius, e finitimis regionibus Nerviorum et Germanorum, ignavam multitudinem armis oneraverat.*

e cod. suo dat *uni hyberna proximo occupata.*—8 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in superiore insulæ parte.* Brotier.—9 Editio princeps, *congregabantur.*—10 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *quam robur cohortium abductum.* Inde emendaverat Rhenanus, *quam robur, cohortibus abductis.* Recte emendatum in Ms. Harl. *quam robur. Quippe viribus cohortium abductis.* Sic quoque habent Mss. Reg. Corb. Male Puteolanus, *cohortis.* Brotier.—11 Ms. Corb. *ex proximis.* Male Ms. Reg. et editio princeps, *ex primis.* Idem.—12 Ita Ms. Vatic. 1958. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. et editione principe, *armis ornaverat.* Idem.

## NOTÆ

tium castra, quæ finitima Caninefatibus, per Oceanum irruperit. *Lipsius.*

[d] *Simul excidiis castellorum imminebant*] Igitur erant castra cohortium, castra alarum, castra legionum, et forte *castella* ista, et hæc omnia præsidia, velut arces dominationis et servitutis.

Puto illa castella passim disposita esse in utraque ripa Rheni, quibus, scil. barbari arcerentur transitu, et socii continerentur. Patet ex his quæ infra: 'Directa ex diverso acies, haud procul a flumine Rheno, et obversis in hostem navibus, quas, incensis castellis, illuc appulerant.'

Illæ naves haud dubie apud castella distributæ passim, sed incensis castellis, simul eas contraxerant, iisque utebantur adversus Civilem.

[e] *In superiorem insulæ partem*] Propius *Vetera*, duabus insessa legionibus, *quinta* et *quintadecima.* Savilius.

[f] *Viribus cohortium abductis*] Vitellius certe non cohortes ipsas, aut legiones omnes e Germania abduxit; sed illis manentibus, nomine et specie, valentissimum quemque militem subtraxit. Id est, *vires cohortium* abduxit, ut hic ait. *Lipsius.*

16. Civilis, dolo grassandum[h] ratus, incusavit ultro Præfectos, 'quod castella deseruissent. Se cum cohorte, cui præerat, Canninefatem tumultum compressurum:[1] illi sua quisque hyberna repeterent.' Subesse fraudem consilio, et dispersas cohortes facilius opprimi, nec Brinnonem Ducem ejus belli, sed Civilem esse,[2] patuit: erumpentibus paulatim indiciis, quæ Germani, læta bello gens, non diu occultaverant. Ubi insidiæ parum cessere, ad vim transgressus, Canninefates, Frisios, Batavos propriis cuneis componit: directa[3] ex diverso acies,[4] haud procul a flumine Rheno, et obversis in hostem navibus, quas,[5] incensis castellis, illuc appulerant: nec diu certato, Tungrorum[6] cohors signa ad Civilem transtulit: perculsique milites improvisa proditione a sociis hostibusque cædebantur. Eadem etiam navibus perfidia. Pars remigum e Batavis, tanquam imperitia, offi-

*Civilis, fraude utendum esse existimans, arguit ultro præfectos* cohortium, quod præsidia reliquissent. Se Caninefatem motum coërciturum cum cohorte, quam regebat: illi in sua quisque castra reverterentur. *Inesse dolum monitis, et* sic *divisas cohortes* posse *facilius deleri, innotuit; nec Brinionem præcipuum auctorem ejus belli esse, sed Civilem: emergentibus sensim indiciis, quæ Germani, avida prœliorum natio, non diu dissimulaverant. Postquam dolus parum successit, ad vim confugiens, propriis catervis instruit Caninefates, Frisios, et Batavos. Ordinata e contrario acies* Rom. *non longe ab amne Rheno, et oppositis adversus hostem navigiis, quæ, crematis propugnaculis, illuc applicuerant. Nec diu dimicatum erat, cum cohors Tungrorum signa transmisit ad Civilem: exterritique milites* Rom. *inopinata transitione, interficiebantur a sociis et ab hostibus. Eadem etiam fraus classi. Pars nautarum e Batavis, velut inscitia, obstabant arti nauclerorum defen-*

1 Ita Mss. Reg. Bud. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *oppressurum*. Brotier.—2 In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *ducem esse belli, sed civilem, eis patuit*. Idem.—3 Male Ms. Reg. et editio princeps, *detecta ex diverso acies*. Brotier.—4 Mallet Pichena, *directa ex diverso acie*.—5 Ed. pr. et Ms. Budens. *quasi*.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editio princeps, *Turingorum*. Solenni librariorum errore. *Brotier*.

## NOTÆ

Vires, scil. cohortium, nomine vexillariorum, abduxerat in Italiam Vitellius.

g *Nerviorum*] Nervii, populi Belgicæ Secundæ, in Belgica regione Galliæ. Hodie diœcesis archiepiscopatus Cameracensis *Cambray*; vel secundum divisionem temporalem, pars est comitatus Hannoniæ *Haynault*, et omnis tractus Cameracensis *Cambresis*, in Belgica regia. *Tillemonius*.

h *Dolo grassandum*] Plutarch. Apophth. Lysander 'in eos, a quibus vituperabatur, ut Hercule indignus, quod dolo pleraque ageret, dicebat: Quo leonina pellis non pervenit, vulpinam esse assuendam.'

cia nautarum propugnatorumque impediebant: mox contra tendere, et puppes hostili ripæ objicere:[i] ad postremum gubernatores Centurionesque, nisi eadem volentes, trucidant, donec universa quatuor et viginti navium classis transfugeret, aut caperetur.

17. Clara ea victoria in præsens, in posterum usui: armaque et naves,[j] quibus indigebant, adepti, magna per Germanias Galliasque fama, 'libertatis auctores' celebrabantur.[1] Germaniæ statim misere legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem Civilis arte donisque affectabat, captos cohortium Præfectos suas in civitates remittendo: cohortibus, abire, an manere mallent, data potestate: manentibus honorata militia;[k] digredientibus spolia Romanorum[2] offerebantur. Simul secretis sermonibus admonebat 'ma-

*sorumque: dein contra niti, et puppes hostili littori opponere: demum obtruncant rectores et centuriones, nisi eadem cupientes, donec tota classis quatuor et viginti navium transiret* ad hostes, *aut expugnaretur.*

*Insignis ea victoria ad præsens,* et *in futurum utilis: armisque et navigiis, quibus opus habebant, potiti, magno decore per Germanias Galliasque, velut* libertatis assertores *extollebantur. Confestim e Germaniis missi oratores, qui copias et opem promitterent. Civilis arte et muneribus aucupabatur fœdus Galliarum; itaque præfectos cohortium, qui venerant in potestatem, in suas civitates remittit; concessa venia cohortibus,* seu *abscedere, sive remanere mallent: offerebatur remanentibus honestus in bello gradus seu locus; abeuntibus præda, et opes Romanorum. Etiam arcanis colloquiis enumerabat* ærumnas, quas per tot annos passi, misera-

1 Ms. Harl. *celebrantur.*—2 Ms. Agr. *spolia Romana.*

## NOTÆ

[i] *Puppes hostili ripæ objicere*] Prora enim lacessere debuerunt Batavos, et sic proram objicere hostili ripæ, non puppes. Sed remiges Batavi pugnare in suos noluere, ad quos demum et transire maluerunt.

[j] *Armaque et naves*] Armis indigebant Batavi, quia viros et arma et virtutem imperio ministrabant; et naves forte prohibitæ, aut abreptæ, vel nullæ; et hic mirari subit, quod Batavi, habitantes insulam, præpolleant equitatu, et navibus indigeant. Sed tum sic, nunc vero longe aliter se res habent. Puto equitatu prævaluisse Batavos, quia Galli ipsi, quia fortes viri, et in castris Rom. perpetuo militabant, atque in expeditiones longinquas abducebantur, et procul a sua Gallia, seu Germania.

[k] *Honorata militia*] Id est, Honestus gradus in bello, cuilibet pro sua sorte, splendidioribus munia officiaque, plebeiis vero stipendia majora, &c.

lorum, quæ tot annis perpessi, miseram servitutem falso pacem vocarent. Batavos, quanquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse: prima acie fusum victumque Romanum: quid? si Galliæ jugum exuant? quantum in Italia reliquum? provinciarum sanguine provincias vinci: ne Vindicis aciem cogitarent: Batavo equite protritos Æduos Arvernosque:[l] fuisse inter Verginii auxilia Belgas: vereque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse. Nunc easdem omnium partes,[m] addito, si quid[n] militaris disciplinæ in castris Romanorum viguerit: esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Servirent Syria Asiaque[o] et suetus Regibus Oriens:

bile servitium falso appellarent pacem. Batavos, licet a vectigalibus immunes, arma sumsisse adversus communes tyrannos. Prima pugna fugatum profligatumque Romanum: quid? si Galliæ jugum excutiant? quid in Italia superesse? populorum cruore populos superari: ne Vindicis prælium reputarent animis. Batavorum equitatu proculcatos Æduos Arvernosque: extitisse inter auxiliares Verginii Belgas: serioque advertentibus, Galliam suomet robore *prostratam* corruisse. Nunc easdem partes omnium *Gallorum*, adjuncto, si quid militari se veritate *retenta* in castris Romanis floruerit: stare a se vetustum militem, a quo nuper legiones Othonis profligatæ fuerint. Jugum subirent Syria, Asiaque, et regibus *inservire* soli-

NOTÆ

[l] *Æduos Arvernosque*] Sic loquitur, quia isti Galli, ut propiores Romanis, opulentia, luxu, deliciis, commercio urbis, ac longa pace fracti et emolliti, atque ipsi milites Vindicis protriti fuerant equitatu Batavorum, et auxiliis Belgarum, qui *fortissimi Gallorum*, ut scribit Cæsar.

*Belgæ* inter auxilia legionum superioris Germaniæ, quibus præerat Verginius, et vicit Gallos, immoto exercitu inferioris Germaniæ; nec bello aut prælio adversus Vindicem affuere Batavi, qui auxilia inferioris exercitus. Et ipsæ octo cohortes tum in Britannia, aut certe transibant in Italiam evocatæ a Nerone.

*Arvernos*] Arverni, populi Aquitaniæ Primæ, in Gallia. Hodie diœceses Episcopatuum *Clermont* et *Saint Flour*; vel, secundum divisionem temporalem, omnis provincia *Auvergne*, et pars provinciæ *Bourbonnois*, in regno Franciæ versus medium et meridiem. *Tillemonius.*

[m] *Nunc easdem omnium partes*] Innuit, jam non esse divisos Gallos, ut tempore Vindicis et Galbæ, sed in iisdem partibus esse Æduos, Arvernos, Batavos, Belgas, et omnes universim Gallias consensu easdem tueri partes.

[n] *Si quid*] Intelligit veteranas illas octo cohortes Batavorum toties memoratas, quas severitate disciplinæ anteponit legionibus, quæ in partibus Vitellii legiones Othonis profligaverant.

[o] *Servirent Syria, Asiaque*] Id dicit, quia apud Orientem opulentissimi

multos adhuc in Gallia[p] vivere, ante tributa genitos. Nuper certe, cæso Quintilio Varo, pulsam e Germania servitutem. Nec Vitellium Principem, sed Cæsarem Augustum bello provocatum. Libertatem natura, etiam mutis[3] animalibus, datam. Virtutem proprium hominum[4] bonum. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui occupatos, integri fessos: dum alii Vespasianum, alii Vitellium, foveant, patere locum adversus utrumque.'

18. Sic[1] in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum Regno imminebat. At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit. Ubi 'expugnata castra,[q] deletas cohortes, pulsum Batavorum insula Romanum

tus Oriens: plurimos adhuc in Gallia superesse, natos ante vectigalia. Haud pridem certe, interfecto Quinctilio Varo, exturbatam e Germania servitutem. Nec Vitellium imperatorem, sed Cæsarem Augustum *tunc* armis lacessitum. Libertatem a natura concessam, etiam mutis animantibus. Fortitudinem proprium hominis decus. Deos melioribus favere. Igitur invaderent liberi et expediti distentos ac impeditos, recentes fatigatos atque attritos: dum alii juvant Vespasianum, alii Vitellium, aperiri occasionem adversus utrumque.

*Ita Galliis Germaniisque imminens, si consilia processissent, potentissimarum opulentissimarumque gentium imperium adipiscebatur. At Flaccus Hordeonius prima Civilis cœpta dissimulando fovit. Postquam* tamen *pavidi nuntii monebant,* capta hyberna, fusas cohortes, ejectum populum Rom. ex insula Batavorum,

3 Male Mss. Reg. Guelf. et editio princeps, *multis*. Frustra tentat Acidalius, *brutis*. Brotier.—4 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Puteolanus cum Ryckio, *hominis*. Idem.

1 Perperam in Lipsianis quibusdam editionibus, *sicut in Gallius*. Brotier.—

NOTÆ

reges et maxima imperia. Comparat Asiaticos cum Gallis et Germanis, qui acerrime tuentur libertatem, et qui regnantur fere in quantum volunt, apud quos modici, vel nulli reges.

Hinc statim occisus Arminius, qui Germanicæ libertati insidiabatur, qui regnum apud suos affectabat: 'quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas.' Tac. de Mor. Germ. 37.

p *Multos adhuc in Gallia*] Caute vide legas. Si enim de prima servitute et stipendio quod Cæsar imposuit capis, capieris. Quomodo enim vera hæc assertio, cum ab eo tempore ad hunc diem, anni intersint fere CXX? Nec tam vitales, ut opinor, tunc nostri Galli.

Sed ad Augustum ejusque ævum id referri verius erit, qui censum tributumque instituit, quod penderent Galli. Idque in consulatu suo septimo. Ad quam rationem nihil absurdi aut vani in hac oratione Civilis. *Lips.*

q *Castra*] Scilicet, legionum. *Savil.*

nomen,' trepidi nuntii afferebant, Mummium[2] Lupercum,[r] Legatum, (is duarum legionum hybernis præerat) 'egredi adversus hostem' jubet. Lupercus legionarios e præsentibus,[s] Ubios[t] e[3] proximis, Treverorum equites, haud longe agentes, raptim transmisit, addita Batavorum ala, quæ jam pridem corrupta, fidem simulabat, ut, proditis in ipsa acie Romanis, majore pretio fugeret.[4] Civilis, captarum cohortium signis[u] circumdatus, ut suo militi recens gloria ante

exire contra hostem *jubet Mumium Lupercum, legatum, qui duarum legionum castra curabat. Lupercus propere transmittit legionarios ex his qui aderant, Ubios e propinquis, et equitatum Treverorum haud procul agitantem, adjuncta ala Batavorum, quæ jamdiu solicitata, obsequium fingebat, ut, desertis in ipsa pugna Romanis, majore merito transiret. Civilis, expugnatarum cohortium vexillis circumcinctus, ut suis copiis nuperum decus ob oculos versaretur, et hostes recordatione*

2 Ita Ms. Agr. Ryckius et recentiores. Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et Puteolanus, *Munium Lupercum:* Gronov. *Mumium.* Vitiose Ms. Vatic. 1863. et editio princeps, *munivit Lupercum.* Brotier.—3 Ms. Ryckii *Ubiorum ex prox.*—4 Male Ms. Bud. *fungeretur.* Brotier.

## NOTÆ

[r] *Mummium Lupercum*] Non sine veri specie dicere liceat, Vitellium legiones admodum reliquisse imminutas, fere dimidia parte detracta, (utraque enim hæc legio vix quinque armatorum millia complectitur;) sed et ducibus destitutas, uno legato, qui duabus præesset legionibus, relicto.

Et tamen, quasi se corrigeret Tacitus, alium lectori tanquam ex machina obtrudit, scilicet Numisium Rufum; quem ut *Vetera* venisse nulla nobis ratione constat, ita longe absurdius alio extra Vetera loco constituitur.

Si ab initio ibi constitit, cur Tacitus scribit, Lupercus solus *duarum legionum hybernis præerat?* Si non, cur et quando eo se recepit? Et præsertim cur et quando discessit? *Savilius.*

[s] *Legionarios e præsentibus*] Militia *in præsenti*, et milites *præsentes* dicebantur, qui in comitatu principis agebant. Unde magistri militum *in præsenti*, vel *præsentales.* Quod explicat Guidus Pancirollus in notitia imperii Orientalis capite 31.

Τὸ, *præsentibus*, hic intelligendum de militibus, qui aderant, ad differentiam Ubiorum, qui in proximo, et Treverorum, qui longius degebant. Sic Hist. II. 'Missus est, in locum ejus, Vectius Bolanus e præsentibus.' Et Sallust. in Jug. 'Marius cum Ligure promissa ejus cognitum ex præsentibus misit.' *Pichena.*

[t] *Ubios*] Ubii populi Germaniæ inferioris provinciæ, in Belgica regione Galliæ, et ad Rhenum fluvium. Hodie pars diœceseos Archiepiscopatus Coloniensis, *Cologne;* vel secundum divisionem temporalem, dominium Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, cum urbe Colonia, atque ducatus Juliacensis, *Juliers*, &c. in circulis Rheni inferioris et Westphaliæ. *Tillemonius.*

[u] *Captarum cohortium signis*] Instar

oculos, et[5] hostes memoria cladis terrerentur, matrem suam sororesque,[v] simul omnium conjuges parvosque liberos, consistere a tergo jubet: hortamenta victoriæ,[w] vel pulsis pudorem. Ut virorum cantu,[x] fœminarum[6] ululatu, sonuit acies, nequaquam par[y] a legionibus cohortibusque redditur clamor. Nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens, statimque in nos versa: sed legionarius miles, quanquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Ubiorum Treverorumque auxilia, fœda fuga dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuere Germani. Et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus *Veterum* nomen est.[z] Præfectus

*cladis perturbarentur, stare a tergo præcipit matrem suam sororesque, simul et omnium uxores tenerosque filios: incitamenta victoriæ, vel fusis ignominiam. Ut virorum clamore, mulierumque ululatu insonuit acies, nequaquam par vociferatio remittitur a legionibus et cohortibus* Rom. *Ala Batavorum transiens detexerat cornu sinistrum, statimque adversus nos signa obvertit: sed legionarii, quamvis rebus ambiguis, arma stationemque tenebant. Copiæ Ubiorum et Treverorum turpi fuga effusæ, passim per agros vagantur. Illuc ingruere Germani. Et interea spatium fuit, quo legiones effugerent in hyberna, quæ* Vetera *vocant. Claudius Labeo, præfectus*

—5 Bipont. ex ingenio *ante oculos esset, hostes.* Egregie: quæritur, an vere? Cod. obstant; nec in vulg. dura ellipsis. *Oberl.*—6 Ms. Bodl. *fœminarumque ululatu.*

NOTÆ

ducis, vel imperatoris Rom. quia scil. nihil sanctius, nihil venerabilius, aut splendidius ipsis signis. Non majora his decora aut insignia. 'Honorem pilorum,' vocat Plinius Paneg.

[v] *Matrem suam sororesque*] Sic de Mor. Germ. c. 7. 'Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit. Sed familiæ et propinquitates et in proximo pignora; unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium; hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.'

[w] *Hortamenta victoriæ*] Sic de Mor. Germ. 8. 'Memoriæ proditur, quasdam acies inclinatas jam et labantes a fœminis restitutas, constantia precum, et objectu pectorum, et monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius, fœminarum suarum nomine, timent.'

[x] *Virorum cantu*] Sic de Mor. Germ. c. 3. 'Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. Terrent enim trepidantve, prout sonuit acies. Nec tam voces illæ quam virtutis concentus videntur.'

[y] *Nequaquam par*] Quod valde Romani observabant, et velut omen habebant eventus.

Appianus in Parthicis: 'Crassus jussit eos clamorem tollere. In quo maxime militum mœstitia deprehensa est, exilem et dissonum clamorem edentium. Contra, a barbaris clarus et fortis est redditus.' *Lipsius.*

[z] *Castra quibus Veterum nomen est*] Castra Vetera, oppidum Gugernorum

alæ Batavorum, Claudius Labeo, oppidano[7] certamine æmulus Civili, ne interfectus invidiam[8] apud populares, vel, si retineretur, semina discordiæ præberet, in Frisios avehitur.[9]

19. Iisdem diebus, Batavorum et Canninefatium cohortes,[a] cum jussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius assequitur. Intumuere statim superbia ferociaque, et 'pretium itineris, donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum,' promissa sane a Vitellio, postulabant, non, ut assequerentur, sed causam seditioni. Et Flaccus, multa concedendo, nihil aliud[1] effecerat, quam ut acrius exposcerent,[2] quæ sciebant negaturum. Spreto Flacco, inferiorem Germaniam petivere, ut Civili jungerentur. Hor-

*alæ Batavorum, provinciali æmulatione infensus Civili, in Frisios abducitur, ne occisus indignationem* moveret *apud suos, vel, si remaneret, causas dissensionis excitaret.*

*Eodem tempore, nuntius, missus a Civili, attingit cohortes Batavorum et Caninefatium, cum jussu Vitellii Romam contenderent. Statim exarsere animis per arrogantiam ac pervicaciam, et flagitabant* præmium expeditionis, donativum, geminum stipendium, *et* addi sibi equitatum numero ampliorem, *quæ certe promiserat* illis *Vitellius*, sed hæc tum petebant, *non ut obtinerent, sed ut occasionem discordiæ* invenirent. *Et Flaccus, multa largiendo, nihil aliud obtinuerat, quam ut vehementius efflagitarent, quæ prævidebant recusaturum. Contemto Flacco, perrexere in Germaniam inferiorem, ut Civili se adjungerent. Hordeonius,*

7 Ms. Vatic. 1958. *oppidanorum certamine.*—8 In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *esset invidia apud populares.* Inde tentabat Ryckius, *invidiæ.* At potior est vulgata scriptura. *Brotier.*—9 Sic bene Rhenanus et recentiores. Male Ms. Reg. et editiones veteres, *advehitur.* Idem.

1 In Budens. *aliud* abest.—2 Ms. Agr. *acrius expostularent.*

NOTÆ

populorum, in Germania inferiore, provincia Galliæ Belgicæ. Hodie *Santen*, oppidum ducatus Cliviæ ad meridiem, et ad occidentem Rheni fluvii, in circulo Westphaliæ. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[a] *Batavorum et Canninefatium cohortes*] Hæ sunt illæ *octo cohortes Batavorum*, nunc ad Magontiacum relictæ, quo loco Civilis clam submissis nuntiis, ad defectionem eas solicitabat, ut ex hoc libro cognoscimus.

Et quanquam nulli ante expressum Caninefatum nomen est, probat hic locus, illas octo cohortes ex mixtis duabus gentibus coiisse, sumto a Batavis nomine, velut a parte principaliori, quos et potentia atque exinde celebritas reddiderat notissimos.

Sane Caninefates Batavorum pars erant, juncti insula, lingua, et origine, ut paulo ante ostendit.

Atque hæc fortassis causa est, cur in libro de moribus Germanorum solos nominet Batavos, aut quod ceteros commune nomen designet, aut quod propria appellatione indigni essent. *Savilius.*

deonius, adhibitis Tribunis Centurionibusque, consultavit, 'num obsequium abnuentes vi coërceret.' Mox, insita ignavia et trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus et subito delectu suppletæ legiones[b] angebant, statuit, continere intra castra militem. Dein pœnitentia, et arguentibus ipsis, qui suaserant, tanquam secuturus, scripsit Herennio Gallo, legionis primæ Legato, qui Bonnam[c] obtinebat, ut 'arceret transitu Batavos: se cum exercitu tergis eorum hæsurum.' Et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum, aliisque literis Gallum monuit, ne terreret[3] abeuntes.[d] Unde suspicio, sponte Legatorum excitari bellum: cunctaque, quæ acciderant[4] aut metuebantur, non inertia militis, neque hostium vi, sed fraude Ducum evenire.

20. Batavi, cum castris Bonnensibus[1] propinquarent,

*accitis tribunis et centurionibus, deliberavit,* num vi comprimeret parere recusantes. *Dein, ingenita socordia et pavidis administris, quos dubia sociorum fides, et tumultuario milite suppletæ legiones, anxios habebant, decrevit, attinere exercitum intra munimenta. Postea, mutato consilio, et increpantibus ipsismet, qui id consuluerant, veluti secuturus, mandavit Herennio Gallo, legato primæ legionis, qui Bonnæ præerat,* ut Batavos prohiberet transgressu: se cum legionibus a tergo invasurum. *Et profligari poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, illatis utrimque signis, medios intercepissent. Flaccus proposito abstitit, aliisque epistolis Gallo mandavit, ne terrorem inferret abscedentibus. Unde* orta *opinio, voluntate ducum accendi bellum: quin etiam omnia quæ contigerunt aut timebantur,* ea *non accidere ignavia militis, neque potentia hostium, sed perfidia legatorum.*

*Batavi, cum ad præsidia Bonnensia prope accederent, præmisere, qui desideria*

3 Sic bene Mss. veteres et recentiores editiones. Male Rhenanus, *teneret.* Brotier.—4 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Agr. Puteolanus et recentiores. Rhenanus e Ms. Bud. in quo, *qui cuncta,* emendaverat, *quin cuncta quæ acciderant;* [et sic edidit Ryckius.] *Idem.*

1 Ms. Budens. *Bononiensibus,* male; sic et paulo post. *Oberl.*

NOTÆ

[b] *Subito delectu suppletæ legiones*] Magontiaci tum duas habuit legiones Hordeonius, quartam et duodevicesimam, alias duoetvicesimam.

[c] *Bonnam*] Hæc urbs Ubiorum populorum, in Germania inferiore provincia Galliæ Belgicæ. Hodie *Bonne* urbs Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, prope Rhenum fluvium.

[d] *Ne terreret abeuntes*] Ita Florent. et Ven. vulgo, *ne teneret.* Pichena.

Magis pro re et pro genio Taciti, *terreret.* Nam si *tenere* eas, seu retinere noluit, magis et cavere debuit, ne *terreret abeuntes:* quia sic contumaciam et rebellionem irritaret. Et sic volunt libri MSS.

præmisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret:[2] 'nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent. Longa atque irrita militia fessis patriæ atque otii cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore; sin arma occurrant, ferro viam inventuros.' Cunctantem Legatum milites perpulerant, 'fortunam prælii experiretur.' Tria millia legionariorum[e] et tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumque ignava,[3] sed procax ante periculum, manus, omnibus portis erumpunt, ut Batavos numero impares circumfundant.[4] Illi, veteres militiæ, in cuneos[5] congregantur, densi undique et frontem tergaque ac latus tuti. Sic tenuem aciem nostrorum[6] perfringunt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. Ibi plurimum cladis: cumulatæ corporibus fossæ: nec cæde tantum et vulneribus, sed ruina[f] et suis plerique[7] telis interiere.[8] Victores, colonia Agrip-

*cohortium Herennio Gallo referrent:* Nullam sibi discordiam adversus Romanos, pro quibus toties armis certassent. Diuturno et sterili bello fatigatis *ipsis* desiderium esse patriæ et quietis. Si nemo obstaret, in via nihil hostile commissuros; quod si arma opponantur, *armis* ferro*que* iter *sibi* facturos. *Milites incitarant dubitantem legatum*, ut fortunam pugnæ tentaret. *Tria millia legionariorum, et subitariæ cohortes Belgarum, simulque oppidanorum, et lixarum iners, sed petulans ante discrimen, turba, omnibus portis effunduntur, ut Batavos numero inæquales circumveniant. Illi, pridem bello exerciti, in cuneos componuntur, conferti undique, et a fronte a tergo atque a lateribus defensi. Sic infrequentem aciem nostrorum perrumpunt. Abscedentibus Belgis, proturbatur legio, et ad castra portasque pavidi contendebant. Illic plurima cædes: impletæ cadaveribus fossæ: nec ferro tantum et vulneribus perire, sed* etiam *casu ac strage, et suis plerique telis* confossi. *Victores, declinata civitate Agrippinensium, nihil hostile per*

2 Ita Mss. Flor. Reg. et ed. princeps. Quod quoque Jac. Gronov. probatum. Puteolanus ceterique, *exponerent*.—3 Ita bene Rhenanus et recentiores. Male Mss. et veteres editiones, *ignavia:* Gronoviis immerito probatum. In Ms. Harl. secunda manu emendatum, *ignava*. Brotier.—4 Male Ms. Bud. et Rhenanus, *circumdant*. Idem.—5 Sic bene Mss. Vatic. 1864 Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *illi veteris militiæ memores in cuneis congregantur*. Brotier.—6 Sic Rhenanus aliique. Mss. Harl. Bodl. Jes. Agr. Edd. veteres cum Ryckio, Gronov. et Brotier. habent *ten. nostr. aciem*.—7 Ms. Corb. et editio princeps, *suis ple-*

NOTÆ

[e] *Tria millia legionariorum*] Cum integra legio constet 6000. aut minimum 5000. millibus armatorum. *Savil.*

[f] *Sed ruina*] Puto, quia fusi fugatique tendebant ad vallum et portas; hinc in fossas circumdatas vallo cadebant; et casu illo, seu ruina periere, et tum plerique cadendo, propriis, aut sociorum armis confodiebantur.

pinensium vitata, nihil cetero in[9] itinere hostile ausi, Bonnense prælium excusabant; tanquam petita pace, postquam negabatur, sibimetipsi consuluissent.

21. Civilis, adventu veteranarum cohortium, justi jam exercitus ductor,[1] sed consilii ambiguus et vim Romanam reputans, cunctos, qui aderant, in verba Vespasiani adigit: mittitque legatos ad duas legiones, quæ, priore acie pulsæ, in Vetera castra concesserant, 'ut idem sacramentum acciperent.' Redditur responsum, 'neque proditoris, neque hostium se consiliis uti. Esse sibi Vitellium Principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos: proinde perfuga[2] Batavus arbitrum[3] rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris pœnas expectaret.' Quæ[4] ubi relata Civili, incensus ira, universam Batavorum gentem in arma rapit. Junguntur Bructeri[g] Tencterique,[h] et excita nuntiis Germania ad prædam famamque.

*reliquam viam aggressi* sunt, *et Bonnense certamen excusabant; tanquam postulata pace*, et *postquam non concedebatur, suæ saluti providissent.*

*Civilis, adjunctis vetustis cohortibus, justi jam exercitus imperator, sed consilii incertus, et potentiam Rom. revolvens animo, quotquot* præsentes *aderant in nomen Vespasiani sacramentum appellare jubet: mittitque oratores ad duas legiones, quæ, superiore prælio fusæ, in Vetera hyberna se receperant*, ut eodem sacramento adigerentur. *Respondent*, se neque proditoris, neque hostium sequi consilia. Esse sibi Vitellium imperatorem, pro quo *obsequium* fidemque et arma retenturi essent, usque ad extremum vitæ finem: itaque desertor Batavus ne se rerum Rom. arbitrum ferret, sed dignum facinore supplicium opperiretur. *Quæ postquam renuntiata* sunt *Civili, ira præceps, totam Batavorum nationem ad arma excit. Adduntur Bructeri Tencterique, et concitata nuntiis Germania ad raptus famamque.*

*rumque telis.*—8 Ms. Harl. *interire*, pro *interiere.*—9 Præpositio, *in*, abest a Ms. Corb.

1 Male Beroaldus, *doctor*. Ms. Agr. *justi exercitus jam ductor*. Brotier.—2 Sic bene Mss. Reg. Harl. Corb. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus, *perfugus*. Idem.—3 Brotierus edidit *arbitrium rerum:* et ita Mss. Flor. Reg. Bodl. Corb. Guelf. editio princeps, et Cl. Ernestus. Puteolanus, *arbitrum;* ut supra Annal. XIII. 14. Sic quoque supra scriptum in Ms. Bodl.—4 Male Beroaldus, *quippe ubi*. Brotier.

NOTÆ

[g] *Bructeri*] Populi Germaniæ magnæ ad Amisiam fluvium, dividuntur in *Majores* et *Minores*. Hodie Episcopatus Monasteriensis *Munster*, &c. In circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[h] *Tencteri*] Populi Germaniæ magnæ ad Rhenum fluvium. Hodie ducatus *Berg* seu *Mons*, et comitatus *Sigen*, et *Dillenbourg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

22. Adversus has belli concurrentes minas, Legati legionum, Mummius Lupercus et Numisius Rufus,[i] vallum murosque firmabant.[j] Subversa longæ pacis opera,[k] haud procul castris,[1] in modum municipii exstructa, ne hostibus usui forent. Sed parum provisum, ut[2][l] copiæ in castra conveherentur: rapi permisere. Ita paucis diebus per licentiam absumta sunt, quæ adversus necessitates in longum suffecissent. Civilis, medium agmen cum robore Batavorum obtinens, utramque[3] Rheni ripam,[m] quo truculentior visu

*Adversus has belli undequaque ingruentis minas, legati legionum Mummius Lupercus et Numisius Rufus, muniebant aggerem fossamque et mœnia castrorum firmabant. Solo æquata* sunt *diuturnæ pacis ædificia, haud procul vallo, instar oppidi constituta, ne iis hostes uterentur. Sed non satis prospectum* est, *ut commeatus in castra deferrentur;* copias *rapi passi sunt* duces. *Ita brevi consumta sunt per licentiam, quæ diu suppeditassent contra necessitates. Civilis cum lectissimis Batavorum media acie assistens, utrumque littus Rheni occupat, dispositis* hic *Germano-*

1 Ms. Vatic. 1863. *haud procul a castris.* Editio princeps, *haud procul a muris.*—2 Brotierus legit *ni copiæ:* et ita Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus, aliique ante Lipsium. Veteris quoque scripturæ vestigia retinet editio princeps, licet corrupte habeat, *vi copiæ.* Lipsius emendavit, *ut copiæ.* Quod Salinerio Ryckioque jam observatum.—3 A Ms. Bud. abest, *utramque.*

## NOTÆ

[i] *Numisius Rufus*] Ibi memoria lapsus Tac. nam solus Lupercus 'duarum legionum hybernis præerat.' Numisium quoque ad Vetera non fuisse, sed decimæsextæ potius legionis legatum, cui castra ad Novesium, alia facile ex Tacito loca probaverint. *Savilius.*

[j] *Vallum murosque firmabant*] Hyberna enim legionum postremis temporibus, urbium instar, muniri cœperunt. *Savilius.*

[k] *Longæ pacis opera*] Id est, *procestria,* et quæ ædificari ante castra solent, usibus lixarum, aut adventorum. Me vide Milit. v. Dial. 1. *Lipsius.*

*Longæ pacis opera*] Extra ipsa hyberna seu stativa annectere solebant aliqua ædificia, quæ *procestria* appellabantur, ut in iis reciperentur lixæ, mercatores, aliique pagani, qui castra sequebantur. Eos enim Romani militibus non miscebant.

Quin etiam ignominiæ loco, extra vallum tendere milites cogebantur. Tacitus libro XIII. 'Militesque tendere omnes extra vallum jussit. Inque ea contumelia detenti; nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt.'

Livius libro X. 'Cohortes quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis, destitutas invenit.' Frontinus libro IV. 'Otacilius Crassus consul, eos qui ab Annibale sub jugum missi redierant, tendere extra vallum jussit.'

[l] *Sed parum provisum, ut*] Peccatum, inquit, in eo a ducibus, quod dum ædificia pro castris diruuntur, commeatum aliaque tolerandæ obsidioni diripi permisere, potius quam, ut in castra conveherent ad usum. *Lipsius.*

[m] *Utramque Rheni ripam*] Vox,

foret, Germanorum catervis complet,[n] assultante per campos equite. Simul naves in adversum amnem agebantur. Hinc veteranarum[4] cohortium[o] signa, inde depromtæ sylvis lucisve[5] [p] ferarum imagines, ut cuique genti inire prælium mos est, mixta[6] belli civilis externique[q] facie obstupefecerant obsessos: et spem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod, duabus legionibus situm, vix quinque millia armato-

*rum cuneis, quo atrocior aspectu foret, advolitante* interim *per campos equitatu. Simulque classis in adversum fluvium impellebatur. Hinc vexilla vetustarum cohortium, illinc detractæ saltibus nemoribusque ferarum effigies, ut quælibet natio incedere ad certamen solet, juncta* simul *belli civilis extraneique specie, terruerant circumsessos: et spem obsidentium firmabat spatium ingens castrorum, quæ,* pro *duabus legionibus exstructa, vix quinque millia militum Romanorum defendebant.*

***********

At vocem illam habent alii omnes scripti et editi libri. Immerito ergo illam aut deletam, aut in *utrimque* mutatam, vult Lipsius. *Brotier.*—4 Ms. Corb. *veteranorum cohortium.*—5 Brotierus edidit *sylvis lucisque:* et ita Ms. Corb. et recentiores editiones. In Ms. Reg. et editione principe, *sylvis lucisve.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *sylvis jugisque.* Forte redundat, *lucisque.* Addi potuit in margine a quodam, qui attendebat ad librum ' de Moribus Germanorum, VII.' ' Effigies et signa quædam detracta lucis in prælium ferunt.' *Brotier.*—6 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *belli civilis externique mixta facie.* Mss. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *justa belli civilis externique facie.* Ms. Jes. et Rhenanus, *juxta.*—

NOTÆ

*utramque*, Budensi abest. Et vero cur utramque ripam milite compleverit, cum hæc in altera gesta?

Forte leg. *utrimque.* Id enim veri speciem habet, supra infraque castra militem locatum, ad obsessorum terrorem. *Lipsius.*

Vulgatam Florentinus et alii veteres confirmant, nec mirum videri debet, Civilem, qui militibus abundabat, navesque habebat, ad eos hinc inde absque ullo periculo traducendos, in utraque ripa catervas suas explicavisse, ad speciem et terrorem, ac fortasse ad commeatum, pro tanta multitudine facilius parandum. Romani enim suam ripam tunc non custodiebant; quippe obsessi. *Pichena.*

[n] *Quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet*] Britanni, Germani, Thraces, fere majores et truculentiores, armatos disponebant in muris, in vallo, vel in primis ordinibus, seu prima acie, in speciem simul ac terrorem. Sic supra Ann. lib. XI. notavimus. Et sic *truces* ultro, *insitæ feritati* magis *lenocinabantur.*

[o] *Veteranarum cohortium*] Batavos, scilicet. *Savilius.*

[p] *Sylvis lucisve*] Tacitus de Moribus gentis: ' Effigiesque et signa quædam detracta lucis, in prælium ferunt.'

[q] *Mixta belli civilis externique*] Respicit antecedentia verba. Nam veteranæ cohortes Batavorum, quæ in eo exercitu erant cum signis ad Romanum morem, speciem belli civilis præ se ferebant. *Pichena.*

*Mixta belli civilis externique facie*]

rum[7] tuebantur.[r] Sed lixarum multitudo, turbata pace illuc congregata, et bello ministra aderat.

23. Pars castrorum, in collem leniter exsurgens;[1] pars æquo adibatur: quippe, illis hybernis obsideri premique Germanias, Augustus crediderat: neque unquam id malorum, ut oppugnatum ultro legiones nostras venirent.[2] Inde non loco, neque munimentis labor additus:[s] vis et arma satis placebant. Batavi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi[3] quæque gens consistunt,[t] eminus lacessentes. Post, ubi pleraque telorum turribus pinnisque[4] mœnium irrita hærebant,[5] et desuper saxis

*Sed lixarum affluens turba, commoto bello, illuc concurrerat, et* ipsa *bello operam navabat.*

*Pars munimentorum, in acclive jugum clementer attollebatur, pars in plano jacebat. Namque Augustus existimaverat, illis castris occludi reprimique Germanias: neque unquam* sperasset, *eam calamitatem* fore, *ut legiones nostras ultro* Barbari *obsiderent. Proinde non loco, neque castris adjuncta opera aut munimenta; vis et arma sufficere videbantur. Batavi et Transrhenani, quo separata virtus clarius animadverteretur et magis conspicua foret, quæque simul* invicem *natio componuntur,* castra *eminus oppugnantes. At postquam pleraque missilium incassum jacta pendebant, defixa propugnaculis pinnisque murorum, et desuper lapidibus*

7 Brotierus cum Ryckio et Gronov. legit *armatorum Romanorum:* et sic Mss. editiones veteres, Pichena et recentiores. Rhenanus, secutus unum suum Ms. Bud. omiserat, *Romanorum.*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps. Hac voce jam usus est Tacitus, Hist. II. 14. Puteolanus et ceteri, *assurgens.* Brotier.—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. *veniretur.*—3 Ita Mss. et libri editi. Pro *sibi* mallet Rhenanus, *simul;* Cl. Ernestus, *soli.* Vulgata scriptura, licet a communi dicendi ratione aliquantisper remota, non tamen displicet. *Brotier.*—4 Male Ms. Corb. *primisque mœnium.* Idem.—5 Pro *hærebant,* Mss. Reg. Agr. et editio

NOTÆ

*Civilis,* nempe, quia ibi signa Romana et socii eadem militia exerciti in castris Rom. quia ibi arma et disciplina eadem cum Romanis. *Externique,* quia ibi Germani suo more bellantes, suaque signa deferentes, nempe *ferarum imagines depromtus sylvis lucisque,* nempe aprorum; hinc terror.

[r] *Quinque millia armatorum Romanorum tuebantur*] Dixit Tacitus, *Romanorum,* ut a quinque millium summa excluderet servos, lixas, atque id genus hominum. *Pichena.*

[s] *Inde non loco, neque munimentis labor additus*] Naturæ seu ingenio loci nullum opus, ars, seu manus addiderat, et castra erant tantum munita pro more, fere potius ad continendum militem, quam ad propellendos hostes, et potius spectata distantia castrorum inter se, seu propinquitas, quam ingenium loci.

[t] *Consistunt*] Quo discreta virtus manifestius spectaretur, *sibi quæque*

vulnerabantur, clamore atque impetu invasere vallum, appositis[6] plerique scalis, alii per testudinem suorum: scandebantque[7] jam quidam, cum, gladiis et armorum incussu præcipitati, sudibus et pilis obruuntur, præferoces initio et rebus secundis nimii. Sed tum[8] prædæ cupidine adversa quoque[9] tolerabant. Machinas etiam, insolitum sibi, ausi: nec ulla ipsis[10] solertia: perfugæ captivique docebant[11] struere materias[12] in modum pontis,[u] mox subjectis rotis propellere: ut alii superstantes, tanquam ex aggere, præliarentur; pars intus occulti muros subruerent. Sed excussa balistis saxa stravere informe opus: et crates vineasque parantibus adactæ tormentis ardentes hastæ: ultroque ipsi oppugnatores ignibus petebantur; donec, desperata vi, verterent consilium ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta et multum imbellis turbæ. Simul ex inopia

*sauciabantur, ululatis insultuque irrupere castra, admotis plerique scalis, alii facta testudine. Subibantque jam nonnulli, cum, ensibus et armorum impulsu deturbati, et in præceps jacti, sudibus et telis opprimuntur, maxime promti violentique principio, et rebus prosperis audaciores. Sed tum spoliorum opumque desiderio, improspera etiam ferebant. Etiam machinas adhibuere, quod ipsis insuetum: nec ulla ipsis ars, aut industria: transfugæ et captivi admonebant, et erexere materias,* seu tabulata *ad instar pontis, dein subditis rotis adigere: ut alii supra stantes, velut ex aggere, pugnarent; alii intus abditi mœnia subverterent. Sed emissi machinis lapides profligavere indigestam molem: et crates vineasque disponentibus injectæ* sunt *catapultis flagrantes tædæ; ultroque ipsi obsessores flammis oppugnabantur; donec, objecta spe, vi* potiundi castris, *mutato consilio, tempus traherent, haud inscii inesse* vallo *copias ad paucos dies, et multum inermis vulgi. Simul ex penu-*

princeps, *pendebant.* Quod probabat Gruterus.—6 Ms. Budens. *oppositis.*—7 Ita Mss. Flor. Harl. editio princeps et recentiores. Copulam, *que*, omisit Puteolanus. Omissa quoque fuerat in Ms. Bodl. sed secunda manu fuit addita.—8 Male Mss. Corb. et Farnes. *sed tamen.* Brotier.—9 Ms. Corb. *adversa quæque.*—10 Ms. Corb. *illis.* Male Ms. Reg. et editio princeps, *nullam sibi ipsis solertiam.* Brotier.—11 Bene Mss. Corb. Guelf. Rhenanus et recentiores. Male Ms. Reg. et editio princeps, *ducebant.* Brotier.—12 In

NOTÆ

*gens consistunt;* id est, sibi invicem in aciem assistunt; seu, prope invicem consistunt gens quæque, seorsim, scil. ab alia gente.

[u] *In modum pontis*] Vegetius libro IV. c. 7. in descriptione turris ambulatoriæ, mentionem facit pontis, hisce verbis: 'Circa mediam partem accipit pontem factum de duabus trabibus, quem subito prolatum, inter turrim murumque constituunt; et per eum egredientes de machina milites occupant muros, et in civitatem transeunt.'

proditio et fluxa servitiorum fides ac fortuita belli sperabantur.[13]

24. Flaccus interim,[v] cognito castrorum obsidio,[1] et missis per Gallias, qui auxilia concirent, lectos e[2] legionibus Dillio Voculæ, duodevicesimæ[3] legionis Legato,[w] tradit,[4] ut quam maximis per ripam itineribus celeraret. Ipse pavidus, invalidus corpore,[5] invisus militibus: neque enim

*ria transitio, et levis mancipiorum fides, et casus belli expectabantur.*

*Interea Hordeonius, comperta obsidione castrorum, et missis per Gallias, qui auxiliares copias accirent, robora legionum permittit Dillio Voculæ, legato legionis duodevicesimæ, ut properaret per littus* Rheni *quam celerrimo gradu* posset. *Ipse* Flaccus *segnitia languere, odiosus militibus: nec enim occulte indignabantur; esse*

editionibus veteribus et Ms. Reg. *machinas.*—13 Ms. Agr. *spectabantur.*

1 Ms. Reg. *cognita castrorum obsidione.*—2 Ita Mss. Flor. Corb. Pichena et recentiores. A Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus abest præpositio.—3 Brotierus scribit *duoetvicesimæ legionis:* et sic Mss. Flor. Reg. Bodl. Corb. editio princeps, Rhenanus ac Lipsius. Mss. Harl. Jes. Puteolanus et recentiores, *duodevicesimæ.* In Ms. Vatic. 1958. *duodevicesimæ:* sed supra scriptum, *duoetvicesimæ.*—4 Ms. Corb. *tradidit.* Quod mallem, cum mox sequatur, *celeraret.* Brotier.—5 In Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *ipse navibus, invalidus corpore.* Bene Pichena emendavit, *pavidus.* Puteolanus cum Ryckio, *ipse pavidus torpere,* omissis, *invalidus corpore.*

## NOTÆ

Tacitus hoc loco per *pontem* intelligere videtur totam machinam ambulatoriæ turris, non solam partem, quam sic Vegetius speciatim vocat. *Savil.*

[v] *Flaccus interim*] Hordeonius Flaccus, cum ad Magontiacum, ubi quartæ et octavædecimæ legionis hyberna, obsessa Vetera intellexisset, Dildium Voculam, legatum octavædecimæ, præmisit, et selectum utriusque legionis robur.

Hordeonius, relicto ad Magontiacum præsidio, quod hybernis custodiendis sufficeret, videtur proxime subsecutus, et assecutus Voculam Bonnæ, assitæ fluvio, octo supra Coloniam milliaribus, sexaginta supra Vetera, ut testatur Antoninus in Itinerario et Tacitus Ann. I. et sic pariter Coloniam profecti: ubi instante per rebellionem exercitu, et suadente invaletudine, abdicatam præfecturam, saltem ejus exercitium, in Voculam transtulit.

Cum illis nihilominus Novesium perrexit, (hodie *Nuys* vocant,) sexdecim milliarium infra Coloniam distantia, ex Antonini dimensione. Flaccus Novesii substitisse videtur, occiditurque ibidem, ut manifestum, mota per ebrios milites seditione.

Sed Vocula cum magna exercitus parte contendit ulterius, ut cœperat, propiusque Vetera, delecto castris loco Geldubæ, quæ ad Rhenum arx est,' ubi ciceris generositas præcipua,' ait Plinius. *Savilius.*

[w] *Duodevicesimæ legionis Legato*] Libri et historia, *duodevicesimæ.* Vide quæ notavi Hist. I. 55. Inferius etiam dixit: 'Dein mutati in pœnitentiam primani quartanique et duodevicesimani, ea Voculam sequuntur:' quod non est mutandum. *Savilius.*

ambigue fremebant,[6] 'emissas a Magontiaco[7] Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, asciri[8] in societatem Germanos: non Primi Antonii, neque Muciani, ope Vespasianum magis adolevisse: aperta odia armaque[x] palam depelli: fraudem et dolum obscura, eoque inevitabilia. Civilem stare contra, struere aciem: Hordeonium e cubiculo et lectulo jubere, quicquid hosti conducat. Tot armatas fortissimorum virorum manus unius senis valetudine regi. Quin potius, interfecto traditore,[9] [y] fortunam virtutemque suam malo[10] omine exsolverent.' His inter se vocibus instinctos[11] flammavere[12] insuper allatæ a Vespasiano literæ, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitavit:[13] vinctosque, qui attulerant, ad Vitellium misit.

dimissas cohortes Batavorum a Magontiaco, aucta adjutaque per dissimulationem Civilis cœpta, assumi in commilitium Germanos: neque magis provectum auctumque Vespasianum, subsidio Primi Antonii et Muciani, *quam ea simulatione:* manifestas offensiones, bellumque apertum palam propulsari; perfidiam et astum occulta, ideoque ineluctabilia *esse.* Civilem contra pugnare et instruere aciem; *at* Flaccum e tentorio et cubili imperare, quicquid hosti utile sit. Tot armatas strenuissimorum virorum dextras gubernari ab uno et invalido sene. Quin potius, occiso proditore, fortunam fortitudinemque suam infausto omine liberarent. *His invicem sermonibus incitos, accendere præterea missæ a Vespasiano epistolæ, quas* tamen *Hordeonius, vocato exercitu palam legit, quia dissimulari non poterant: et coërcitos vinclis nuntios duci jussit ad Vitellium.*

Frustra tentabat Lipsius, *ipse pavidus, invalidus, torpere.* Brotier.—6 Mss. Flor. et Ryckii, *premebant.*—7 Brotierus legit *emissas a Mogontiaco:* et ita Mss. Reg. Harl. Jes. In Ms. Bodl. *emissas Magontiaco.* In libris editis, *emissas a Magontiaco.*—8 Rhenanus, *acciri.*—9 Ita libri omnes scripti et editi. Suspecta tamen vox, *traditor;* nec ante Tertulliani tempora Latinis auribus audita. Inde Heinsius tentabat, *traditove;* id est, custodiæ, quæ eum ad Imperatorem adduceret, tradito. Potius crediderim, *hostibus tradito.* Dictum supra Annal. II. 66. 'tradito Cotye.' *Brotier.* Ferrettus et Acidalius legunt *proditore.*—10 Ms. Reg. et editio princeps, *a malo omine.*—11 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vocibus insistentes.* In margine Ms. Harl. additum, *instinctos.*—12 Editio princeps et Ms. Agr. sed secunda tantum manu, *inflammavere.*—13 Ms. Corb. *recitaverat.*

## NOTÆ

[x] *Aperta odia armaque*] Sallustii est: 'Hostem adversum deprimere, homini strenuo haud difficile est: occulta pericula neque vitare, neque facere, bonis in promtu est.' *Lipsius.*

[y] *Quin potius, interfecto traditore*] Sic vulgus insanum modo personis, modo locis, suas calamitates ascribit, etiam tempori, cœlo, et elementis ipsis.

25. Sic mitigatis animis, Bonnam,[1] hyberna primæ legionis, ventum.[2] Infensior illic miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat: 'ejus jussu directam adversus Batavos aciem,[3] tanquam a Magontiaco legiones sequerentur: ejusdem proditione cæsos, nullis supervenientibus auxiliis. Ignota hæc ceteris exercitibus, neque Imperatori suo nuntiari: cum accursu tot provinciarum exstingui repens perfidia potuerit.' Hordeonius exemplaria[4] omnium literarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit; instituitque pessimum facinus,[5] ut epistolæ Aquiliferis legionum traderentur; a quis ante militi, quam Ducibus,[6] legebantur.[7] Tum e seditiosis unum vinciri jubet, magis usurpandi[8] juris,[z] quam quia unius culpa foret. Motusque Bonna exercitus[a] in coloniam Agrippinensem: affluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe juvabant: mox, valescentibus Germanis, pleræque civitates[b] adversum nos armatæ[9] spe libertatis;

*Ita placatis animis, venere Bonnam, castra primæ legionis. Infestior illic miles, causam cladis refundebat in Flaccum;* ejus mandatis commissum adversus Batavos prælium, quasi advenirent legiones Magontiaco: ejusdem perfidia profligatos *ipsos*, nullis supervenientibus copiis. Incomperta hæc reliquis legionibus, neque principem suum admoneri: cum auxilio tot provinciarum, recens perduellio opprimi potuerit. *Hordeonius legit coram militi exemplaria omnium epistolarum, quibus auxilia rogabat per Gallias Britanniamque et Hispanias; usurpavitque institutum deterrimum,* scil. *ut præberentur literæ signiferis legionum; a quibus recitabantur prius militi, quam ducibus. Tum seditiosorum uni catenas indi jubet, magis exercendæ auctoritatis* gratia, *quam quia unius crimen foret. Exercitusque profectus* est *Bonna in civitatem Agrippinensem, accurrentibus auxiliis Gallorum, qui primo partes Rom. summa ope fovebant. Dein, adauctis Germanis, pleræque nationes* Galliarum *adversus nos excitæ, desiderio libertatis;*

1 Ms. Corb. *in Bonnam.*—2 Ms. Ryckii *est vent.*—3 Ms. Reg. et editio princeps, *directa .... acie.*—4 Sic bene Ms. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Flor. Bodl. Jes. Corb. Bud. Guelf. *exemplares.* Brotier.—5 Acidalius includit *pessimum facinus* parenthesi cum exclamatione.—6 Ms. Agr. *duci.*—7 Lipsius mallet *legantur.*—8 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus addunt, *causa.* Illud autem eleganter omittunt Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. *Brotier.*—9 In Mss. Flor. Reg. Bud. Corb. et editione prin-

NOTÆ

[z] *Magis usurpandi juris*] Id est, Ut ostentaret, quid posset, aut quid sibi liceret pro jure suo, seu pro potestate legati; et tamen in seditiosos exemplum erat.

[a] *Motusque Bonna exercitus*] Assumta prima legione, aut magna ejus parte, ut aliunde patet. *Savilius.*

[b] *Pleræque civitates*] Nempe civitates Galliarum.

*et*, si exuissent servitium, cupidine imperitandi. Gliscebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant: quin idem ille arguebat ultro 'conscientiam Ducis: tanquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur.' Conscendit tribunal Vocula mira constantia, prehensumque militem ac vociferantem 'duci ad supplicium' jussit. Et, dum mali pavent, optimus quisque[10] jussis paruere. Exin consensu 'Ducem Voculam' poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit.

26. Sed discordes animos multa efferabant: inopia stipendii frumentique;[c] et simul delectum tributaque Galliæ aspernantes;[d] Rhenus incognita illi[1] cœlo siccitate[e] vix navium patiens; arcti commeatus: dispositæ per omnem ripam stationes, quæ Germanos vado arcerent:[f] eademque

*et, si servitii jugum excussissent, cupiditate dominandi. Gravescebat ira legionum, nec unius militis catenæ metum intulerant: quin idem ille accusabat ultro* eodem scelere innexum ducem; et quasi nuntius *ipse* inter Civilem et Flaccum, supposito facinore, conscius veri exstingueretur. *Ascendit suggestum Vocula, insigni constantia, correptumque militem clamitantemque,* rapi ad mortem *jussit. Et dum pessimi metuunt, modestissimus quisque imperiis morem gessere. Mox consensu* ducem Voculam *postulantibus, Hordeonius summum rerum arbitrium ei concessit.*

*Sed turbidum militem plurima exasperabant; penuria pecuniæ et annonæ; et simul Galliæ abnuentes præbere auxilia et vectigalia; Rhenus insolita illis regionibus ariditate vix navigia ferens; angustæ tenuesque copiæ: et collocata per omne littus præsidia, quæ Germanos transitu prohiberent: ac proinde arctior res frumen-*

---

cipe, *arma*. Quod immerito probavit et edidit Jac. Gronovius, *converterunt* intelligens. In Ms. Agr. *arma sumsere*. Sed, ut puto, est potius viri eruditi conjectura, quam vetus scriptura. *Brotier*. Bipont. legunt *armari*.—10 In margine Ms. Harl. *optimi quique*.

1 Ita Ms. Reg. et libri omnes editi. *Illi*, abest a Mss. Harl. Bodl. Jes.

NOTÆ

[c] *Inopia stipendii frumentique*] Puto, pecunia et frumentum tribuebantur militi, velut integrum stipendium. Cic. in L. Pisonem: 'Stipendio mehercule et frumento Catilinam esse putasses juvandum.' Stipendium ipsum, *annonam* vocabant.

[d] *Delectum tributaque Galliæ aspernantes*] Et tamen vix decem ante lineis scribit, 'affluentibus auxiliis Gallorum, quæ primo rem Rom. enixe juvabant.' *Savilius.*

[e] *Incognita illi cœlo siccitate*] Sic de Mor. Germ. 5. 'Terra etsi aliquanto specie differt, in universum tamen, aut sylvis horrida, aut paludibus fœda: humidior qua Gallias, &c. aspicit.'

[f] *Quæ Germanos vado arcerent*] Id est, Ne flumen vado transirent, afferrentque commeatus: quod potuissent ob siccitatem et penuriam aquarum.

de causa minus frugum, et plures, qui consumerent. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque et vetera Imperii munimenta[g] desererent: quod in pace 'fors,'[2] seu 'natura,' tunc 'fatum et ira Dei,'[h] vocabatur. Ingressis Novesium[i] tertiadecima[3] legio conjungitur. Additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus, Legatus: nec ausi ad hostem pergere, loco, cui[4] Gelduba[j] nomen est, castra fecere. Ibi struenda

*taria, et plures qui absumerent. Apud ignaros in omen vertebatur ipsa aquarum inopia, tanquam nos* ipsa *flumina etiam et antiqui limites imperii destituerent. Quod rebus tranquillis,* fors, *vel* natura, *vel* providentia vocaretur, *tunc* fatum *et* ira Numinis *appellabatur. Intrantibus Novesium adjungitur tertiadecima legio. Accessit Voculæ socius curarum Herennius Gallus, legatus: nec ausi adversus hostem ire, castra posuere loco, quem Gelduba vocant. Illic firmabant ex-*

Bud. Guelf. Additum est secunda manu in Ms. Harl.—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. *sors.*—3 *Sextadecima legio.* Male Puteolanus et deinde ceteri omnes, *tertiadecima legio.* Emendandum, *sextadecima,* recte vidit Mercerus. Bene enim Mss. Reg. Agr. et ed. pr., XVI. *legio.* Sic quoque infra c. 62. Ms. Flor. *legio* XVI. Ibi quidem, vice versa, Ms. Reg. et ed. pr. habent, *legio tertiadecima.* Ms. Agr. *legio tredecima.* Nam legio tertiadecima erat in Pannonia. Sextadecima autem legio erat in Germania inferiore, ut videre est in not. et emend. ad Hist. II. 6. Nec est quod Pichena Mercero objiciat sextadecimanos a Vitellio in Italiam fuisse abductos, teste ipso Tacito Hist. III. 22. Primani, et quintani, et quintadecimani fuerant quoque abducti, teste Tacito ibid. Passim tamen in hoc Civilis bello memorantur. At hæc gesta ante Cremonense prælium, ut patet ex Hist. IV. 31. Præterea non integræ legiones, sed earum partes mittebantur, quæ etiam supplebantur. Inde manebant legionum nomina. Confer Hist. III. 22. Hist. IV. 35. *Brotier.* Budens. hic et c. 62. XIII. Fuere autem duæ legiones hoc numero, altera, quæ Vespasiano accesserat Hist. II. 86. altera, de qua h. l. in verba Vespasiani adigetur serius c. 62. *Oberl.*—4 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. A Mss.

## NOTÆ

[g] *Vetera imperii munimenta*] Hi imperii limites, Rhenus, Oceanus, Danubius, Euphrates.

[h] *Fatum et ira Dei*] Caius libro X. ad Edictum provinciale, 'vis major, quam Græci Dei iram vocant.' Videntur enim auctores, quicquid grave, quicquid horriferum mortalibus accidit, divinæ iræ ascribere. *Alciatus.*

[i] *Novesium*] Urbs Ubiorum populorum, in Germania inferiore, Galliæ Belgicæ provincia; hodie *Nuys,* urbs Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, prope *Erfft* fluvium, in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

[j] *Gelduba*] Oppidum Ubiorum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ regionis provincia: hodie *Geldub,* aut *Gelb,* vicus Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, ad occidentem Rheni fluvii, et inter oppida *Nuyss* et *Ordinghen,* in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

acie, muniendo vallandoque et ceteris belli meditamentis[k] militem firmabant. Utque præda ad virtutem accenderetur,[5] in proximos Gugernorum[l] pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus a Vocula[6] exercitus. Pars cum Herennio Gallo permansit.

27. Forte navem, haud procul castris, frumento gravem, cum per vada hæsisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus, misitque subsidio cohortem. Auctus et[1] Germanorum numerus, paulatimque aggregantibus se auxiliis, acie certatum. Germani multa cum strage nostrorum navem abripiunt.[2] Victi (quod tum in morem verterat) non suam ignaviam, sed perfidiam Legati[m] culpabant. Protractum e tentorio, scissa veste, verberato[n] corpore, ‘ quo

*ercitum ordinanda acie, fossas et aggerem moliendo, et aliis belli imitamentis. Utque per raptus ad fortitudinem incitarentur, Vocula duxit partem exercitus in propinquas Gugernorum terras, qui ad partes Civilis transiverant. Pars remansit cum Herennio Gallo.*

*Fortuito casu Germani trahebant in suum littus navigium* e nostris, *frugibus onustum, cum haud longe a castris* Rom. *vado defixum esset.* Id *non toleravit Gallus, et cohortem* nostris *auxilio misit. Accrevit etiam Germanorum turba, sensimque adjungentibus se auxiliis, prælio dimicatum. Germani non sine plurima cæde nostrorum navigium abducunt. Pulsi,* (*quod tum in consuetudinem abierat,*) *non suam segnitiam, sed fraudem legati criminabantur. Abreptum e tabernaculo, lacerata veste, et fædato plagis corpore, promere jubent,* quo præmio, quibus sociis, tra-

Harl. Bodl. Jes. abest, *cui.* Illud quoque omisere Puteolanus, Ryckius et Gronov. In Ms. Harl. secunda manu additum est.—5 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incenderetur.* Budens. *accederetur.*—6 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Præpositio abest a Mss. Flor. Bud. et editione principe. Eam quoque omisit Rhenanus. In Ms. Agr. *Voculæ.* Brotier.

1 Male Puteolanus, *auctus est Germanorum.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Harl. Jes. Guelf. Rhenanus et recentiores. In editionibus veteribus, *arri-*

## NOTÆ

[k] *Ceteris belli meditamentis*] Illi labores seu exercitationes sunt veluti præludia et meditamenta belli, quibus instruitur, paratur, firmaturque miles, priusquam ducatur ad summam belli, priusquam in discrimen aut prælium veniat.

[l] *Gugernorum*] Gugerni, pagus, vel pars Menapiorum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ provincia: hodie pars septemtrionalis diœceseos Archiepiscopatus *Coloniensis*; vel secundum divisionem temporalem, hic nunc est ducatus Cliviæ *Cleves*, pars septemtrionalis Archiepiscopatus et Electoratus *Coloniæ*, atque *Meurs* comitatus. *Tillemonius.*

[m] *Perfidiam legati*] Nempe, Herennii Galli, quem deripiunt e tentorio, et verberibus ac vinclis onerant.

[n] *Scissa veste, verberato*] Sic supra Hist. III. 77. ‘ Julianus ad L. Vitel-

pretio, quibus consciis, prodidisset exercitum,' dicere jubent. Redit in Hordeonium[o] invidia. Illum 'auctorem sceleris,' hunc 'ministrum' vocant;[p] donec, exitium minitantibus exterritus, proditionem et ipse Hordeonio objecit; vinctusque,[q] adventu demum Voculæ exsolvitur. Is postera die[r] auctores seditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diversitas inerat licentiæ patientiæque. Haud dubie gregarius miles Vitellio fidus: splendidissimus quisque in Vespasianum proni: inde scelerum ac suppliciorum vices, et mixtus obsequio furor: ut contineri non possent, qui puniri poterant.

28. At Civilem immensis auctibus[1 s] universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata. Ille, ut cuique proximum, 'vastari Ubios Treverosque, et aliam

didisset exercitum. *Dein revolvitur in Flaccum iracundia: illum* consultorem flagitii, *hunc* executorem ac satellitem *appellant; donec, mortem intentantibus metu perculsus, perfidiam et ipse Flacco exprobravit: et in vinclis habitus, adveniente tandem Vocula, eximitur. Is postridie auctores consternationis morte mulctavit. Tanta apud* illum *militem vicissitudo fuit audaciæ et tolerantiæ. Certe plebeius miles fide constans* pro *Vitellio fuit: clarissimus quisque in Vespasianum proclives* erant: *inde flagitiorum ac pœnarum vices, et mixta obedientiæ ira;* ita *ut regi non possent, qui castigari poterant.*

*At ingenti fama tota Germania Civilem celebrabat, inito stabilitoque fœdere per splendidissimos obsides. Ille, ut cuique* genti *vicini* erant, diripi *jubet* Ubios et

*piunt.* Idem.—1 Sic bene Pichena e Ms. Flor. Sic quoque Ms. Covarruviæ. Cf. Ruhnken. ad Vell. Paterc. I. 40. In Mss. Vatic. 1958. et Bodl. *actibus.* Supra scriptum autem, *auctibus.* Male Ms. Agr. *laudibus.* Editio princeps habet quoque, *actibus.* At cum vox illa deesset in Ms. Vatic. 1863. quem

NOTÆ

lium perductus, et verberibus fœdatus, in ore ejus jugulatur.' *Scissa veste,* quod afflictis usurpatum, quo commiserationem moverent, et innocentiam testarentur, aut dolorem. Vel in reos sic sæviebant.

[o] *Hordeonium*] Qui videtur Novesii relictus.

[p] *Auctorem sceleris, hunc ministrum vocant*] Illum *auctorem,* nempe Hordeonium Flaccum, hunc *ministrum,* nempe Herennium Gallum.

[q] *Vinctusque*] Nempe Herennius Gallus.

[r] *Is postera die*] Vocula scil.

[s] *Immensis auctibus*] Sensus est, nempe, quotidie affluxisse Civili immensa Germanorum auxilia, quibus ille *auctibus* maxime extollebatur.

Livius l. IV. 'Cujus rei præmium sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere.' *Pichena.*

manum Mosam[t] amnem transire,'[2] jubet 'ut Menapios[u] et Morinos[v] et extrema Galliarum quateret.'[3] Actæ utrobique prædæ; infestius in Ubiis,[w] quod gens[4] Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomen, *Agrippinenses*, vocarentur.[5] Cæsæ cohortes eorum, in vico Marcoduro,[x] incuriosius agentes, quia procul ripa aberant.[y] Nec quie-

Treveros, et alio agmine transmeare Mosam fluvium, ut excirent commoverentque Menapios et Morinos et ultimas oras Galliarum. *Abrepta ex utraque parte spolia; infensius apud Ubios, quod natio Germanicæ stirpis, abdicata patria, Romanorum vocabulo* Agrippinenses *appellarentur. Profligatæ cohortes eorum, in pago Marcoduro, socordius agitantes, quia longe distabant a* Rheni *littore. Nec*

inspexit Lipsius, emendabat, *immensum universa, &c.* Brotier.—2 Brotierus legit, *alia manu . . . transire.* Vel *aliam manum*, vel *transiri*, emendandum videtur Ursino, Faërno et Freinshemio. Vulgatam tamen scripturam, *alia manu .... transire*, defendunt Ryckius et Ernestus, aut *suos*, aut *duces populorum*, intelligendo.—3 Sic bene Mss. editiones veteres et recentiores. Male Rhenanus, *quaterent.* Brotier.—4 Sic bene Mss. Flor. Bud. Pichena et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quos genus Germanicæ, &c.* In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *quod Germanicæ originis.* Idem.—5 Sic bene Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Romanorum nomine, Agrippinenses vocarent. Romanorum nomen*, insititia Grutero videbantur. *Idem.*

## NOTÆ

[t] *Mosam*] Mosa fluvius Celticæ sive Lugdunensis et Belgicæ regionis in Gallia, exonerat se in Oceanum Germanicum; hodie vocatur *la Meuse*, vel *Vieille Meuse*, et *Maes*. Labitur per Campaniam, *Champaigne*; status Lotharingiæ, *Lorraine*; Belgicam hodiernam, *les Pays Bas, &c.* in mare Allemaniæ effunditur. *Tillemon.*

[u] *Menapios*] Menapii, populi Germaniæ inferioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœceses Episcopatuum *Ruremonde, Bosleduc, Anvers*, et *Middelbourg*, pars Episcopatus *Gand*, atque omnis diœcesis Archiepiscopatus *Malines*. Vel, secundum divisiones temporales, pars ducatuum *Brabant, Gueldres, &c.* omnis comitatus *Zeelande*, in Belgica hodierna: ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[v] *Morinos*] Morini, populi Belgicæ Secundæ, ad Oceanum Britannicum, in Gallia: hodie diœceses Episcopatuum *Boulogne, Saint Omer, Ippres, Brugges, Tournay*, et pars Episcopatus *Gand*. Vel, secundum divisionem temporalem, pars est *Picardiæ*, et comitatuum *Flandriæ* et Artesiæ, *Artois*, in regno Franciæ et acquisitis, &c. *Tillemon.*

[w] *In Ubiis*] Ann. l. XII. 'Agrippina (uxor Claudii) quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat; cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.'

[x] *Marcoduro*] Marcodurus vicus, aut oppidum Ubiorum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ provincia; hodie *Duren*, oppidum ducatus Juliacensis, ad Ruram fluvium. *Tillemonius.*

[y] *Procul ripa aberant*] Scilicet non

vere Ubii, quominus prædas e Germania peterent: primo impune, dein circumventi sunt; per omne id bellum meliore usi fide, quam fortuna. Contusis Ubiis, gravior et successu rerum ferocior Civilis, obsidium legionum urgebat: intentis custodiis, ne quis occultus nuntius venientis auxilii penetraret. Machinas molemque operum Batavis delegat: Transrhenanos, 'prælium' poscentes,[6] 'ad scindendum vallum ire, detrusosque redintegrare certamen,' jubet; superante multitudine et facili damno: nec finem labori nox[7] attulit.

29. Congestis circum lignis accensisque, simul epulantes, ut quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela per tenebras vana: Romani conspicuam Barbarorum aciem, et, si quis audacia aut insignibus[1] effulgens, ad ictum destinabant. Intellectum id Civili: et, 'restincto igne, misceri[2] cuncta tenebris et armis,' jubet. Tum vero strepitus dissoni, casus incerti, neque feriendi, neque declinandi providentia. Unde clamor

*defuere Ubii, quin prædam agerent et ferrent e Germania: primo salvi et incolumes, deinde oppressi et intercepti sunt; et per omne id bellum majore fide, quam fortuna egere. Fractis Ubiis, immanior, et rebus secundis audacior Civilis, obsidioni legionum instabat: acribus excubiis, ne quis secretus nuntius adventantium legionum perrumperet. Tormenta et curam laborum Batavis demandat; Transrhenanos,* pugnam *flagitantes,* ad expugnandum aggerem pergere *jubet,* deturbatosque instaurare prælium; *affluente numero, et vili jactura: nec pugnam aut laborem nox diremit.*

*Aggestis passim lignis, subditoque igne, simul convivia celebrantes, ut quisque mero flagrabat, ad prælium vana audacia prorumpebant. Namque ipsorum missilia per noctem irrita: Romani conspicuum Germanorum agmen, et, si quis ferocia aut ornamentis præniteret, certo ictu petebant. Id animadvertit Civilis; et,* amotis ignibus, omnia tenebris et armis implicari *jubet. Tum vero clamores discordes, accidentia ambigua, neque percutiendi* aderat *prudentia, neque ictus vitandi. Unde*

6 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *bellum poscentes.* Additum in margine Ms. Harl. *prælium.* Brot.—7 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ne finem quidem labori nox attulit.* Inde tentabat Jac. Gronovius, *ne nox quidem finem labori attulit.*

1 Male Ms. Agr. *insignibus armis effulgens. Insignibus,* ita usurpatum jam vidimus supra Hist. I. 38. et Annal. I. 24. *Brotier.*—2 Sic bene Mss. et edi-

NOTÆ

putabant, Germanos eo usque excursuros. *Pichena.*

acciderat,[3] circumagere corpora, tendere arcus:[4] [z] nihil prodesse virtus,[5] fors cuncta turbare et ignavorum sæpe telis fortissimi cadere. Apud Germanos inconsulta ira: Romanus miles, periculorum gnarus,[6] ferratas sudes, gravia saxa, non forte jaciebat. Ubi sonus molientium, aut appositæ scalæ hostem in manus dederant, propellere umbone, pilo sequi: multos, in[7] mœnia egressos, pugionibus fodere. Sic exhausta nocte, novam aciem dies aperuit.

30. Eduxerant Batavi turrim, duplici tabulato, quam,

*strepitus advenerat*, huc *obvertere corpora, obniti telis: nihil conducere fortitudo, fortuna omnia miscere, et inertium jaculis strenuissimi sæpe confodi. Apud Germanos præceps furor: Romanus miles, discriminum præliorumque sciens, ferratas sudes, et magnæ molis saxa, non temere immittebat. Cum strepitus subruentium* muros, *vel admotæ scalæ hostem prope objecerant, umbone proturbare, et hasta insectari: plurimos, qui jam in muros evaserant, ferro confodere. Sic absumta nocte, novum certamen dies patefecit.*

*Exstruxerant Batavi turrim, gemino ordine tabulatorum, quam, portæ præto-*

tiones veteres. Jac. Gronovius et recentiores, *miscere cuncta*. Brot.—3 Ms. Agr. *accideret*.—4 Ita Mss. et libri editi. Frustra tentat Lipsius, *tendere armis*. Male Acidalius, *tendere jactus*. Tendebant arcus adversum Romanos, qui e summis mœnibus ferratas sudes et gravia saxa jaciebant. *Brotier*.—5 *Virtus*, in Ms. Reg. et ed. pr. perperam excidit.—6 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *ignarus*.—7 Sic bene veteres et recentiores editiones. In intermediis quibusdam editionibus præpositio, *in* est omissa. *Brotier*.

## NOTÆ

[z] *Tendere arcus*] Mihi suspectum, et tibi, si attendes. Quorsum hic arcus? De Germanis sermo est, quibus haud crebra ea arma: sed nec ille sensus ad Taciti sensum.

Mihi videbatur, *tendere armis*; et ita solet: ubi periculum, eo armis tendimus. *Lipsius*.

*Tendere arcus*] Legunt *artus*; quod absurdum: sic idem bis dixisset Tacitus, nam circumagerent corpora, et tenderent artus eo loci unde clamor oriebatur; quod idem foret.

Sed puto, non ibi de Germanis tantum agitur, sed etiam de Romanis simul; ita ut par esset difficultas utrobique propter noctem: et postea distinguit iram Germanorum a Romani militis prudentia peritiaque.

Et licet de Germanis tantum ageretur, hi tamen potuerunt *tendere arcus*, aut similia. Nam infra de mor. German. 6. 'Pedites et missilia spargunt pleraque singuli, atque in immensum vibrant.'

Aut certe hæc inter liberos egressus et ornamenta historiæ, quæ non ita stricte capienda, sed ea magis ut sunt, quam ut dicuntur, intelligenda, et scriptori sua facundia condonanda sit. Quidni conflatus fuerit ille exercitus Civilis ex varii generis gentibus et militibus, quorum alii alia tela missiliaque in usu habuerint?

Prætoriæ portæ[a] (is æquissimus locus) propinquantem, promoti contra validi asseres et incussæ trabes[1] perfregere, multa superstantium pernicie. Pugnatumque in perculsos subita et prospera eruptione.[2] Simul a legionariis, peritia et arte præstantibus, plura struebantur. Præcipuum pavorem[3] intulit suspensum et nutans machinamentum, quo repente demisso, præter suorum ora singuli pluresve hostium sublime rapti, verso pondere intra castra[4] effundebantur. Civilis, omissa oppugnandi spe, rursus per otium assidebat, nuntiis et[5] promissis fidem legionum convellens.

31. Hæc in Germania ante Cremonense prælium[b] gesta, cujus eventum literæ Primi Antonii docuere, addito Cæcinæ edicto.[c] Et Præfectus cohortis e victis, Alpinus[1] Mon-

*riæ imminentem, (is commodissimus locus,) provecti contra firmi asseres, et impulsæ trabes perrupere, cum plurima superstantium strage. Certatumque in exterritos, repentina et felici eruptione. Etiam plura moliebantur legionarii, experientia et industria præcellentes. Summum terrorem incussit suspensa et titubans machina, qua subito demissa, in conspectu suorum, unus pluresve barbarorum in altum abrepti, inverso libramento, intra munimenta valli excutiebantur. Civilis, amissa spe expugnandi* castra, *rursus ea per quietem obsidebat, et per nuntios, promissaque constantiam legionum solicitabat.*

*Hæc apud Germaniam acta* sunt *ante pugnam Cremonensem, cujus exitum renuntiavere epistolæ Primi Antonii, adjecto edicto Cæcinæ* consulis. *Et Alpinus*

1 In margine Ms. Harl. *et incussis trabibus.*—2 Ms. Budens. *ruptione.*—3 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *præcipuum terrorem.*—4 *Castra*, abest a Ms. Jes.—5 Copulam bene Rhen. inseruit e Budens. *Oberlin.*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *Alpinius.* Alias habent quo-

## NOTÆ

[a] *Prætoriæ portæ*] In castris Romanis fuerunt multiplices portæ, et ad summum quatuor, prima *Prætoria*, altera *Decumana*, tertia *Principalis*, quarta, *Quintana.*

Ea porta in castris appellata *Prætoria*, qua exercitus in prælium educi tur, quia initio *prætores* erant qui deinde consules, et ii bella administrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur *Prætorium*, ait Pompeius 14. significationum. *Vertran.*

[b] *Ante Cremonense prælium*] Pugnatum est ultimo Octobris, ut alibi dictum. *Savilius.*

[c] *Cæcinæ edicto*] Qui consul, publicato, ut videtur, edicto, suum in Flavianas partes studium probavit. *Savilius.*

Consul enim Cæcina erat; atque eo edicto, credendum est, de rebus Cremonæ gestis scripsisse, ac Vespasianum jam haud dubie imperatorem esse, ac vicisse; ut legiones, quæ in Germania erant, nihil ultra cunctarentur, quin Vespasiani parti-

tanus,[d] fortunam partium præsens fatebatur. Diversi hinc motus animorum.[e] Auxilia e Gallia,[f] quis nec amor, nec odium in partes, militia sine affectu,[g] hortantibus Præfectis,[2] statim a Vitellio desciscunt: vetus miles cunctabatur.[3 h] Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus Tribunis, dixit sacramentum, non vultu, neque[4] animo, satis affirmans: et, cum cetera jurisjurandi verba conciperent,[5] 'Vespasiani' nomen hæsitantes, aut levi murmure et plerumque silentio, transmittebant.

32. Lectæ deinde pro concione epistolæ Antonii ad Civilem, suspiciones[1] militum irritavere, tanquam ad socium partium scriptæ, et de Germanico exercitu hostiliter. Mox allatis Geldubam in castra nuntiis, eadem dicta factaque: et missus cum mandatis Montanus ad Civilem, 'ut

*Montanus, præfectus cohortis,* qui unus *e victis, præsens confitebatur fortunam partium. Hinc varii affectus animorum. Copiæ Gallorum, quibus nec favor, nec inimicitia in partes, et bellum sine studio, incitantibus præfectis, statim deficiunt a Vitellio: veteranus miles dubitabat. Sed compellente Flacco, hortantibus tribunis, appellavit sacramentum, non ore neque mente satis asseverans: et cum ceteram sacramenti formulam proferrent,* Vespasiani *vocabulum suspensi ac nutantes, aut levi susurro, et sæpe silentio, præteribant.*

*Dein recitatæ literæ Antonii ad Civilem coram exercitu, suspicaces militum animos exasperavere, velut ad socium partium compositæ, et* tamquam Primus *de Germanicis legionibus hostiliter* sentiret. *Posthac missis nuntiis Geldubam in castra, eadem dicta ac facta* sunt: *et missus cum literis Montanus ad Civilem,* ut

que, *Alpinus.*—2 Budens. *Tribunis.*—3 Male Ms. Jes. *conturbatur.* Brotier. —4 Ms. Bodl. *non vultu, non animo.*—5 Ms. Jes. *acciperent.*

1 Sic bene libri editi. In Ms. Bodl. *suspictiones.* In Ms. Vatic. quem

NOTÆ

bus accederent.

Quæ fortasse Antonius ipse a Cæcina curavit nuntianda, tanquam majorem auctoritatem edictum consulis, apud Rom. legiones habiturum esset. *Pichena.*

[d] *Alpinus Montanus*] Missus a Flavianis nuntius victoriæ. Hist. III. *Savilius.*

[e] *Diversi hinc motus animorum*] Alii alia sentiebant statuebantque; alius affectus Gallorum, alia voluntas veteris militis.

[f] *Auxilia e Gallia*] Id est, recenter conscriptæ copiæ accitæque e Gallia; a quibus copiis distinguit veterem militem, puto, etiam Gallorum, qui, scil. magis imbutus favore Vitellii.

[g] *Militia sine affectu*] Ut qui erant nuper delecti, forte plerique inviti.

[h] *Vetus miles cunctabatur*] An veteres cohortes Gallorum, an vetus miles Romanus? Puto tamen esse militem Romanum.

absisteret bello: neve externa armis[2] falsis velaret.[i] Si Vespasianum juvare aggressus foret, satisfactum cœptis.'[j] Ad ea Civilis primo callide: post, ubi videt Montanum præferocem ingenio, paratumque in res novas, orsus a questu periculisque, quæ per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset, 'Egregium,' inquit, 'pretium laboris[3] recepi,[4] necem fratris[k] et vincula mea et sævissimas hujus exercitus voces,[l] quibus ad supplicium petitus,[m] jure gentium pœnas reposco. Vos autem[5] Treveri,[n] ceteræque servientium animæ,[o] quod præmium[6] effusi totiens

arma deponeret: et ne externo bello fraudem obtenderet. Si fovere Vespasianum cœpisset, proposito satisfecisse. *Ad hæc Civilis primo caute* respondere: *at postquam animadvertit Montanum audentem animo, promtumque ad nova cœpta, incipiens a questu, et a discriminibus, quæ per quinque et viginti annos in bellis Rom. exantlasset.* Eximium, *inquit*, operæ navatæ præmium accepi, cædem fratris, et catenas meas, et atrocissimos hujus exercitus clamores, quibus ad exitium flagitatus, jure gentium vindictam repeto. Vos vero Treveri, aliæque servitutis victimæ, quod præmium fusi toties cruoris

Lipsius inspexit, *suspectiones*. Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Agr. editiones veteres et recentiores. Lipsius emendabat, *externa arma falsis*. In Ms. Jes. *extrema armis falsis*.—3 In Ms. Reg. et editione principe, *laborum*.—4 Sic Ms. Flor. et editio princeps. Ms. Reg. *recipi*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *cepi*, et sic Ryckius et Gronov.—5 Ms. Budens. *Vosque Treveri*.—6 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Jac. Gronovius, et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pretium*. In margine

## NOTÆ

[i] *Neve externa armis falsis velaret*] Clarius, *externa arma*; hoc sensu, Ne Civilis ultra tegeret perfidiam et rebellionem: neu quod revera externum bellum erat, tegeret et velaret, quasi pro Vespasiano sumtum, et civile esset. *Lipsius.*

[j] *Si Vespasianum juvare aggressus foret, satisfactum cœptis*] Ita Cicero pro Rege Deiotaro: 'Itaque Pharsalico prælio facto, a Pompeio discessit, spem infinitam persequi noluit. Vel officio, si quid debuerat, vel errori, si quid nescierat, satisfactum esse duxit.'

[k] *Necem fratris*] Sic supra c. 13. 'Julius Paulus et Claudius Civilis regia stirpe, multo ceteros anteibant. Paulum Fonteius Capito, falso rebellionis crimine, interfecit. Injectæ Civili catenæ,' &c.

[l] *Hujus exercitus voces*] Per *exercitum* hic, intellige legiones Romanas quas Civilis obsidebat, et etiam alias quæ in Germanicis castris.

[m] *Voces quibus ad supplicium petitus*] Supra eodem libro, 'sub Vitellio discrimen adiit, flagitante supplicium ejus exercitu.'

[n] *Treveri*] Ibi enim natus Alpinus. Hist. III. *Savilius.*

[o] *Servientium animæ*] Scite dictum de miseris servitioque pressis, qui nec vel animam in sua potestate habent.

sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures et dominorum ingenia?[p] En ego Præfectus unius cohortis et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus,[q] vel septa ferro fameque premimus:[r] denique ausos aut libertas sequetur, aut victi iidem erimus.' Sic accensum, sed 'molliora[7] referre' jussum, dimittit. Ille, ut irritus legationis, rediit,[8] cetera dissimulans, quæ mox erupere.

33. Civilis, parte copiarum retenta, veteranas cohortes, et quod e Germanis maxime promtum, adversus Voculam exercitumque ejus mittit: Julio Maximo et Claudio Victore, sororis suæ filio,[1] Ducibus. Rapiunt in transitu hyberna alæ, Asciburgii[s] sita: adeoque improvisi castra[2] involavere,[3] ut non alloqui, non pandere aciem Vocula potuerit.

speratis, nisi invisum bellum, sempiterna vectigalia, fasces, ac bipennes, et superba tyrannorum imperia? En ego præfectus unius cohortis, et Caninefates Batavique, modica pars Galliarum, vacuam inanemque illam castrorum amplitudinem evertimus, vel *ea* obsessa armis et inopia urgemus: tandem audentes aut libertatem adipiscemur, aut domiti perinde serviemus. *Sic animatum, sed* mitiora renuntiare *jussum, remittit. Ille, tanquam re infecta, revertit, cetera occultans, quæ postea patefacta sunt.*

*Civilis, retinens partem militis, mittit vetustas cohortes, et quod e Germanis præcipue strenuum* erat, *adversus Voculam et agmen illius: ducibus Julio Maximo, et Claudio Victore, filio sororis suæ. Invadunt ex itinere castra alæ, Asciburgii locata; adeoque inopinati irrupere castra, ut Vocula, neque hortari* suos *potuerit, neque stru-*

Ms. Bodl. *præmium.*—7 Sic bene Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Nec aliter Puteolanus et Mss. Harl. Bodl., licet habeant, *moliora.* Mss. Reg. Jes. et Alciatus, *meliora.* Brotier.—8 Mss. Harl. Bodl. Jes. editio princeps, Puteolanus et Beroaldus, *redit.*

1 Ms. Agr. *sororis suæ viro.* Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *Claudio victores sororis suæ victores ducibus.*—2 *Castra* non est in Ryckii Msto.—3 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *involvere.* In margine Ms. Harl.

## NOTÆ

[p] *Dominorum ingenia*] Scil. superbiam, fastum, impotentiam, sævitiam, avaritiam, ac libidines omnes, quas mens humana cogitare aut fingere sibi possit in dominantibus.

[q] *Excidimus*] In Batavia.

[r] *Fameque premimus*] Intelligit *Vetera.*

[s] *Asciburgii*] Asciburgium oppidum Gugernorum populorum, prope Rhenum fluvium, in Germania inferiore, provincia Galliæ Belgicæ. Hodie *Asburg*, villa comitatus Meursii, in circulo Westphaliæ et prope Rhenum fluvium. Ex Germania Cluverii et Sansonis. *Tillemon.*

Id solum, ut in tumultu, monuit, 'subsignano[4] milite media[5] firmare:' auxilia[t] passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptusque compositis hostium ordinibus, terga in suos[6] vertit. Cædes inde, non prælium. Et Nerviorum cohortes, metu seu perfidia, latera nostrorum[7] nudavere. Sic ad legiones perventum: quæ, amissis signis, intra vallum sternebantur; cum repente novo auxilio fortuna pugnæ mutatur. Vasconum[u] lectæ a Galba cohortes ac tum accitæ,[v] dum castris propinquant,[8] audito præliantium clamore, intentos hostes a tergo invadunt, latioremque, quam pro numero, terrorem faciunt: aliis a Novesio, aliis a Magontiaco,[w] universas copias advenisse credentibus. Is error Romanis[9] addit

*ere aciem. Id unum, ut in consternatione, præcepit;* subsignanis copiis firmare mediam aciem: *socii passim circumstetere. Eques invectus est, exceptusque conferto hostium agmine, retrocessit in suos. Hinc internecio, non certamen. Et cohortes Nerviorum,* sive *pavore sive fraude, latera nostrorum detexere. Ita venit hostis ad legiones: quæ, abjectis vexillis, intra castra fundebantur; cum subito novis copiis fortuna prælii vertitur. Cohortes Vasconum conscriptæ a Galba, ac tum accersitæ, dum in castra adventant, audito pugnantium strepitu, a tergo irruunt in Germanos* pugnæ *intentos, majoremque, quam pro agmine, pavorem inferunt: aliis putantibus, adventasse universum exercitum a Novesio, aliis a Magontiaco. Is error*

*involavere.*—4 Male Ms. Reg. et editio princeps, *subsignato milite.* Brotier. —5 Male Ms. Agr. et editio princeps, *mœnia firmare.* Idem.—6 Omitti *in suos* perperam vult Muretus, quasi in hostes, non in suos, terga verterent. At fugam versus suos direxere, ut recte animadvertit Cl. Ernestus. *Brotier.* —7 Ms. Agr. et editio princeps, *latera nostra.*—8 Ms. Budens. *appropinquant.* —9 *Romanis,* abest a Mss. Flor. Reg. Bud. et editione principe. In Ms. Harl. *Romanis addidit animos.* Male Ms. Jes. *Romanus addidit, &c.* Brotier.

## NOTÆ

[t] *Subsignano milite media firmare: auxilia*] Sic distinguit legiones et cohortes Rom. ab auxiliis, seu cohortibus et aliis sociorum. Quia nempe legiones et cohortes Rom. sub signis Rom. et more seu disciplina Rom. institutæ; auxilia vero sociorum sub suis signis et magis expedita. Auxiliares, quasi levis armaturæ et antesignani; at subsignanus miles gravius agmen et fortius, ideoque eo firmatur acies media.

[u] *Vasconum*] Vascones, populi Hispaniæ Tarraconensis ad septemtrionem et orientem, atque ad montes Pyræneos. Hodie regnum *Navarræ* fere integrum, aliquid *Castellæ Veteris,* pars quædam regni *Arragoniæ,* sub ditione regis Catholici, in Hispania. *Tillemon.*

[v] *Accitæ*] Unde? Novesio, Bonna, Magontiaco, aut ex qua tandem terrarum parte? *Savilius.*

[w] *Aliis a Novesio, aliis a Magontiaco*] Ne sumas, ita ut hostes aliud crediderint, aliud Romani; sed hostium pariter et Romanorum indistincte alii credebant advenisse copias a Novesio, alii a Magontiaco.

Utrique ignorabant, quæ copiæ ad-

animos, et, dum alienis viribus confidunt, suas recepere.[10] Fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur: eques evasit cum signis captivisque, quos prima acie corripuerant. Cæsorum eo die, in partibus nostris, major numerus et imbellior; e Germanis ipsa robora.

34. Dux uterque, pari culpa meritus adversa, prosperis defuere. Nam Civilis, si majoribus copiis instruxisset aciem, circumiri[1] a tam paucis cohortibus nequisset,[2] castraque perrupta exscidisset.[3] Vocula nec adventum hostium exploravit, eoque simul egressus victusque: dein victoriæ parum confisus, tritis frustra diebus, castra in hostem movit: quem si statim impellere, cursumque rerum sequi maturasset, solvere obsidium legionum eodem[4] impetu potuit.[5] Tentaverat interim Civilis obsessorum animos, tanquam perditæ apud Romanos res, et suis victoria provenisset. Circumferebantur signa vexillaque: ostentati etiam captivi: ex quibus unus, egregium facinus ausus, clara voce gesta patefecit, confossus illico[6]× a Germanis: unde

*Romanorum erigit animos, et, dum fidunt alieno robori, suum reciperavere. Validissimus quisque e Batavis, quotquot pedestres copiæ erant, profligantur: equitatus effugit cum vexillis et captivis, quos initio prælii abripuerant. Occisorum eo die, in partibus nostris, amplior numerus et invalidior; e Germanis ipsa decora.*

*Ambo duces, pari errore improspera meriti, rebus secundis defuere. Quippe Civilis, si majore numero firmasset agmen, circumdari a tam paucis cohortibus non potuisset, vallumque penetratum evertisset. Nec Vocula speculatus est, aut prævidit impressionem hostium, et ideo simul* atque *exiit* castris, *profligatus est. Dein victoriæ non satis fidens, absumto incassum tempore, copias in hostem duxit: quem si statim incessere, premere, et fortunæ rerum instare festinasset, liberare obsidione legiones eodem incursu potuisset. Interea Civilis exploraverat mentes obsessorum, quasi fractæ ac profligatæ res apud Romanos, et sui victoriam adepti essent.* Ostentui *passim ferebantur signa et vexilla: monstrati etiam captivi: ex quibus unus eximio facinore inclaruit;* quippe *alta voce promsit aperuitque,* quæ *acta* essent, *obtruncatus illic a Germanis: unde certior fides indicii. Eodemque tempore popu-*

10 Male Ms. Agr. *suscepere.* Licet id probet Ryckius. *Brotier.*

1 In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *circumveniri.*—2 Ms. Reg. et editio princeps, *nequivisset.*—3 In editione principe, *excidissent.*—4 Rhenanus, *eo impetu.*—5 In Mss. Flor. Agr. et editione principe, *potuit.* Puteolanus et Gronov. *potuisset.*—6 Sic mallet Freinshemius, probante Brotiero.

NOTÆ

venissent, et unde: utrique sciebant esse copias Novesii et Magontiaci; quare utrique idem dubie suspicari poterant, non diversa.

× *Confossus illico*] Alii legunt, *illic,* quod eundem sensum facit; nempe festinationem et iram Germanorum sic satis designat. Et cum illic con-

major indici[7] fides. Simul vastatione incendiisque flagrantium villarum, venire victorem exercitum, intelligebatur. 'In conspectu castrorum constitui signa, fossamque et vallum circumdari,' Vocula jubet: 'depositis[8] impedimentis sarcinisque, expediti certarent.' Hinc in Ducem clamor pugnam poscentium: et minari assueverant.[9] Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompositi fessique prælium sumsere: nam Civilis aderat, non minus vitiis hostium, quam virtute suorum, fretus. Varia apud Romanos fortuna, et seditiosissimus quisque ignavus: quidam, recentis victoriæ memores, retinere locum, ferire hostem, seque et proximos hortari: et, redintegrata acie, manus ad obsessos tendere, 'ne tempori deessent.' Illi, cuncta e muris cernentes,[10] omnibus portis prorumpunt. Ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita,[11] per utrumque exercitum fama, 'vulneratum aut interfectum,' immane quantum suis pavoris, et hostibus alacritatis, indidit.

35. Sed Vocula, omissis fugientium tergis, vallum turresque castrorum augebat, tanquam rursus obsidium immine-

*latione ignibusque ardentium prædiorum, adventare victorem exercitum, cognoscebatur. Imperat Vocula* statui vexilla in præsentia castrorum, aggeremque et vallum circummuniri, *ut*, relictis *ibi* impedimentis et sarcinis, expediti dimicarent. *Hinc adversus legatum vociferatio prælium postulantium: et minas intentare* ipsi *soliti erant. Ne tempore quidem sumto ad instruendam aciem, inordinati fatigatique pugnam capessere: quippe Civilis astabat, perinde erroribus hostium, ac fortitudine suorum, innixus. Diversa apud Romanos fortuna, et turbidissimus quisque segnis: nonnulli, nuperam victoriam reputantes animo, servare stationem, invadere hostem, seque et propinquos stimulare: et, instaurata pugna, palmas ad obsessos extollere,* ne occasioni deessent. *Illi, omnia e mœnibus spectantes, cunctis portis erumpunt. Ac forte Civilis casu equi afflictus, sparso per utramque aciem rumore,* sauciatum aut occisum *ipsum, incredibile quantum suis formidinis, et hostibus ardoris adjecit.*

*Sed Vocula, cum fugientium tergis instare debuisset, firmabat aggerem, et turres*

Mss. et Edd. *illic.*—7 Male Ms. Reg. et editio princeps, *judicii fides.* Brotier. —8 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ut depositis impedimentis.* Idem. —9 Male Puteolanus, *asseverant.* Idem.—10 Hæc *cuncta e muris cernentes* absunt in Budens.—11 Ita Mss. et libri editi. Mallet Lipsius, *dedita,* vel *didita.* Rhenanus, *edita.... fama.*

NOTÆ

fossus dicitur, simul et *illico* confectus intelligitur, nempe statim et coram ipsis obsessis; ne quid ulterius promeret, aut per iram, quod *gesta patefecisset,* nec loqueretur ut jusserat Civilis.

ret: corrupta totiens victoria, non falso suspectus bellum malle. Nihil æque exercitus nostros, quam egestas copiarum, fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turba Novesium missa, ut inde, terrestri[y] itinere, frumentum adveherent: nam flumine hostes potiebantur. Primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Civile: qui, ubi[1] 'rursus missos Novesium frumentatores,[z] datasque in præsidium cohortes, velut multa pace ingredi' accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compositus invadit: præmissis, qui pontes et viarum angusta insiderent. Pugnatum longo agmine et

*munimentorum, quasi nova obsidio impenderet: labefacta toties victoria, non frustra suspectabatur bellum velle. Nihil perinde militem nostrum premebat, ac penuria commeatuum. Vehicula legionum cum inermi agmine missa Novesium, ut inde fruges asportarent, terrestri via: quippe amnem hostes insederant. Prima manus incolumis evasit, nondum satis valido Civile: qui, postquam comperit,* iterum missos Novesium, qui frumentum adveherent, datasque in auxilium cohortes, tanquam profunda pace incedere, *infrequentem apud vexilla militem, arma plaustris invecta, omnes petulantia palabundos, ordinatus involat: præmissis, qui occuparent pontes et angustias itinerum. Certatum longa acie, et ambiguo Marte,*

1 Sic bene Mss. Flor. Agr. Bud. Pichena et recentiores. *Ubi*, omisere Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. Corrupte Ms. Reg. et editio princeps,

NOTÆ

[y] *Ut inde, terrestri*] *Impedimenta*, id est, currus et jumenta. *Imbelli turba*, lixis scil. et calonibus, ut multa manus citius expedirent negotium frumentandi.

Sed qui medios inter hostes? Primum præsidio cohortium additarum, quod hic tacuit, mox nominaturus. Deinde minus in itinere timebant, ob recentem victoriam. *Gronovius.*

[z] *Qui, ubi rursus missos Novesium frumentatores*] Etiamdum infirmo Civili ex equi lapsu, securum incessit agmen imbellium frumentatorum; quibus nondum reversis, alii Novesium missi sunt ab obsessis, cum præsidio cohortium, quod nimis de annona soliciti essent: sed valido jam Civili, qui, (milites per iter sciens raros apud signa armaque in vehiculis,) compositus, huc et illuc vagos adoritur.

Pugnatur anceps ad noctem prælium, quamobrem cohortes cum una secum missis frumentatoribus, omisso Novesio, quo ire jussi, Geldubam se conferunt.

Non semel itaque missi sunt frumentatores: priores et imbelles securi Novesium veniunt, sed regredi non audebant. 'Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret frumentatoribus, onustis pauculisque.' Secunda missio præsidio cohortium firmata frustra fuit. *Salinerius.*

Forte hic sensus sit: Qui ubi accepit, rursus missos Novesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multa pace ingredi, rarum esse apud signa militem, arma in vehiculis ferri, cunctos licentia vagos esse, eos compositus invadit; præmissis, &c.

incerto Marte, donec prælium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus, ut fuerant, castris, quæ relictorum illic militum præsidio tenebantur. Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret, frumentatoribus onustis perculsisque.[2 a] Addit[3] exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quintadecima[4] legionibus,[b] apud Vetera obsessis, indomitum militem et Ducibus infensum. Plures, quam jussum erat, profecti, palam in agmine fremebant, 'non se ultra famem, insidias Legatorum, toleraturos.' At, qui remanserant, 'desertos se, abducta parte legionum,' querebantur. Duplex hinc seditio; aliis revocantibus Voculam,[c] aliis redire in castra abnuentibus.

*donec pugnam nox separaret. Cohortes petiere Geldubam, stantibus, ut fuerant, munimentis, quæ remanentium illic militum præsidio occupabantur. Non incertum erat, quantum periculi subeundum foret, frumenti vectoribus paucis et oneratis. Adjungit Vocula agmini suo mille validissimos, e legionibus quinta et quartadecima, apud Vetera circumsessis, præferocem militem, et legatis infestum. Plures, quam imperatum erat, exeuntes, aperte in itinere fremebant,* non se amplius passuros inopiam commeatuum, et perfidiam ducum. *At, qui relicti erant,* destitutos se *indignabantur,* abstracta parte legionum. *Hinc gemina discordia; aliis Voculam revocantibus, aliis reverti in castra nolentibus.*

*urbi.* Aliis male emendatum, *qui reversus missos.* Brotier.—2 Ita Ms. Agr. Ryckius et recentiores. Mss. Flor. Reg. et editio princeps, *periculisque.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *vehiculisque.* In margine Ms. Bodl. *pauculis.* Sic quoque Puteolanus ceterique omnes ante Ryckium, *pauculisque.* Atque ita vertit Davanzati: 'Nel ritorno s'andava a pericolo manifesto, essendo i frumentieri carichi, e pochi.' Contra Ryckium secutus est Cl. Gordon: 'There remained no doubt what threatening danger must be incurred in the return, whilst they who carried the grain were loaded, and indeed already dismayed.' Dictum est supra c. 30. 'pugnatumque est in perculsos.' *Idem.* —3 Sic bene veteres et recentiores editiones. In mediis quibusdam editionibus, *addidit.* Brotier.—4 Sic optime Mercerus. *Quintadecima* enim legio, non vero *quartadecima* fuit in Germania inferiore. Vide supra Hist. III. 22.

NOTÆ

[a] *Onustis pauculisque*] Rom. *onustis perculsisque.* Lipsius.

[b] *E quinta et quartadecima legionibus*] Scribendum, *et quintadecima.* Nam sequenti capite, *adventu quintanorum quintadecimanorumque,* (illorum ipsorum de quibus hic sermo,) *auctæ legiones.*

Quartadecimanos enim in Britanniam remiserat Vitellius (ut vere animadvertit Lipsius ad Hist. III. 23. quem locum simili ratione purgavit) statim post Bedriacense prælium, supra Hist. II. 66., ubi adhuc fuerunt cum gererentur res descriptæ infra Hist. IV. 79. Postmodum demum evocati, neque in prælium deducti, Hist. V. 14. *Freinshemius.*

[c] *Aliis revocantibus Voculam*] Id est, Qui in castris erant, Voculam revocabant: qui autem cum Vocula, in castra redire abnuebant. *Pichena.*

36. Interim Civilis Vetera circumsedit. Vocula Geldubam atque inde Novesium concessit. Civilis capit Geldubam Mox, haud procul Novesio, equestri prælio prospere certavit. Sed miles secundis adversisque perinde in exitium Ducum accendebatur.[1] Et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctæ legiones, 'donativum' exposcunt, comperto, pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hordeonius nomine Vespasiani dedit. Idque præcipuum fuit seditionis alimentum. Effusi in luxum et epulas, et nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renovant:[2] nec ullo Legatorum Tribunorumve obsistere auso, (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum e cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu, per tenebras, ignoratus evasisset. Ubi, sedato impetu, metus rediit, Centuriones cum epistolis ad civitates Galliarum misere, auxilia ac stipendia oraturos.[d]

*Interea Civilis obsidione cinxit Vetera* castra. *Vocula se recepit Geldubam, atque illinc Novesium. Civilis expugnat Geldubam. Dein, equestri certamine feliciter pugnavit, non longe a Novesio. Sed miles,* rebus *prosperis et improsperis, pariter incitabatur in perniciem legatorum. Et advenientibus quintanis et quintadecimanis, firmatæ legiones,* congiarium *efflagitant, cognito, missam a Vitellio pecuniam. Nec diu moratus Hordeonius, vocabulo Vespasiani largitus est. Eaque* largitio *præcipua fuit discordiæ causa. Projecti in lasciviam et convivia, et nocturnos conventus, priorem in Flaccum rabiem instaurant: et nullo ducum aut tribunorum prohibere audente, (nam omnem modestiam nox abstulerat) abreptum e lecto* Hordeonium *interimunt. Eadem in Voculam struebantur, nisi servili amictu, per noctem, incognitus abscessisset. Postquam, senescente violentia, rediit formido, misere centuriones cum literis ad nationes Galliarum, rogaturos copias et stipendia.*

Male Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *quinta et decima.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus [cum Ryckio et Gronov.] *quinta et quartadecima.* At bene infra cap. seq. iidem Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus habent, *quintanorum et quintadecimanorum.* In editione principe, *quintanorum et quintadecimorum.* Idem.

1 Male Ms. Agr. *accendebantur.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Rhenanus et recentiores. In editione principe, *effusus in luxum et epulas, et nocturnos cœtus miles, veterem in Hordeonium iram renovavit.* Sic quoque habent Mss. Reg. Agr. et Puteolanus, omisso tantum *miles.* Manu secunda additum est in Ms. Agr. *Idem.*

NOTÆ

[d] *Auxilia ac stipendia oraturos*] Capio hic *stipendia* pro censu, sive tributo, quod a Galliarum civitatibus Romani exigere solebant. Namque eam pecuniam destinatam ad usus et stipendia octo legionum, juxta Rhenum præsidium agitantium, colligitur Annalium lib. I. quando Germanicus Cæsar eidem exactioni erat intentus.

Sic infra in oratione ad Treveros et Lingonas: 'Nos quanquam toties lacessiti, jure victoriæ id solum vobis

37. Ipsi, ut est vulgus sine rectore præceps, pavidum,[1] socors, adventante Civile, raptis temere armis ac statim omissis, in fugam vertuntur. Res adversæ discordiam peperere, iis, qui e superiore exercitu erant,[e] causam suam dissociantibus.[f] Vitellii tamen imagines, in castris et per proximas Belgarum civitates, repositæ, cum jam Vitellius occidisset.[2] Dein mutati in pœnitentiam primani quartanique et duodevicesimani,[3] Voculam sequuntur : apud quem resumto Vespasiani sacramento, ad liberandum Magontiaci obsidium ducebantur. Discesserant obsessores, mixtus ex Cattis,[4g] Usipiis,[h] Mattiacis[5i] exercitus, satietate[6] prædæ, nec incruenti.[7] In via dispersos et nescios miles noster

*Ipsi, ut est multitudo sine ductore inconsulta, trepida, segnis, adveniente Civile, capessitis, captis temere armis, ac statim relictis, terga vertunt. Res improsperæ dissensionem creavere, milite superioris Germaniæ in alias partes inclinante. Effigies tamen Vitellii restitutæ* sunt *apud castra, et per finitimas urbes Belgarum, cum jam Vitellius interiisset. Postea, mutato consilio, primani et quartani et duodevigesimani Voculæ obsequuntur : apud quem, renovato in Vespasianum jurejurando, ductabantur ad solvendam obsidionem Magontiaci. Abierant obsessores, compositus* scilicet *ex Cattis, Usipiis, et Mattiacis exercitus, spoliis graves, nec impune* tamen. Quippe illos *miles Rom. involarat in itinere palantes et incautos.*

1 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *pavidus*. Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editiones veteres et recentiores. Rhenanus e Ms. Bud. *corruisset*.—3 Sic Puteolanus cum Ryckio et Gronov. Brotierus habet *duoetvicesimani:* et sic Bipont. Sed vid. Hist. I. 55. Corrupte Ms. Reg. *primum quartumque et duovicesima manus*. Editio princeps, *et duoetvicesima manus*.—4 Male Ms. Agr. *ex Caucis*. Mss. Bodl. Jes. *Cactis*. Editio princeps, *Cautis*. Brotier.—5 Ms. Ryckii *Matricis*.—6 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *societate prædæ*.—7 In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *nec incruentari via dispersos*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nec incruentati. Ita dispersos*. Ms. Agr. *nec incruenti. Via dispersos*. Merito receptum est, *incruenti*. Suspecta enim *incruentari* et *incruentati*. *In via*, recte conjecit Lipsius, quem omnes sunt secuti. *Brotier.*

NOTÆ

addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.' *Pichena.*

*Auxilia ac stipendia oraturos*] Hæc duo potissimum tributa Galli Romanis pendebant, nempe, alii pecuniam, alii viros, equos, arma.

[e] *Iis, qui e superiore exercitu erant*] Non quod ibi esset exercitus superioris Germaniæ, sed tantum quædam aderant copiæ, quæ auxilio venerant, nempe propter bellum Civilis : quippe auxilio mutuo advolabant hi duo exercitus, superior et inferior, aut pars, si quis rebellaret.

[f] *Causam suam dissociantibus*] Quia, scilicet, Vespasianum quam Vitellium malebant. *Pichena.*

invaserat. Quin et loricam vallumque per fines suos Treveri[j] struxere, magnisque invicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga Populum Romanum merita mox rebelles fœdarent.

38. Interea Vespasianus iterum ac Titus Consulatum absentes inierunt; mœsta et multiplici metu suspensa civitate, quæ, super instantia mala, falsos pavores induerat: 'descivisse Africam, res novas moliente L. Pisone.' Is præerat[1] provinciæ, nequaquam turbidus ingenio: sed, quia naves sævitia hyemis prohibebantur, vulgus, alimenta in dies mercari solitum, cui una[2] ex Republica annonæ cura,[k] clausum littus, retineri commeatus, dum timet, credebat; augentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum

*Quinetiam Treveri muniere loricam et murum per limites suos* terreum, *et pugnabant cum Germanis, non sine magnis invicem damnis et cædibus, donec postea descescentes, conspicuam testatamque amplissimis meritis erga populum Rom. fidem polluerent.*

*Interea Vespasianus secundum ac Titus absentes consulatum obtinuere; consternata urbe, et diversis metuendi causis anxia,* ut, *quæ præter præsentes calamitates, inanes* etiam *metus conceperat,* defecisse Africam, nova cœpta agitante L. Pisone. *Is regebat provinciam, minimè natura turbulentus: sed, quia naves* transitu *arcebantur, ob violentiam hyemis, plebecula, quæ copias cibosque emere in diem solet,* et *cui una ex Repub. solicitudo* est *rei frumentariæ,* existimabat *insessam* esse *oram* maris, ac *prohiberi commeatus,* et id *quia verebatur, credebat; intendentibus rumorem Vitellianis, qui favorem partium nondum abjecerant;*

1 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Bud. et editione principe omissum, *præerat.* Inde frustra conjicit Jac. Gronovius olim scriptum fuisse, *is proc. provinciæ,* id est, proconsul provinciæ. In Ms. Agr. *is provinciæ præerat.* Brotier.—2 In quibusdam Mss. *cui una* desunt.

NOTÆ

[g] *Mixtus ex Cattis*] Quos haud dubie exciverat Civilis ad infestandos Germanos socios Romanorum.

[h] *Usipiis*] Usipetes, populi Germaniæ magnæ ad Rhenum fluvium. Hodie pars septemtrionalis ducatus *Geldriæ* cum *Zutphaniæ* comitatu, in provinciis Unitis, sive Fœderato Belgio. *Tillemon.*

[i] *Mattiacis*] Populi Germaniæ magnæ inter Visurgim et Rhenum fluvios. Hodie pars Landgraviatus *Hassiæ,* et regionum *Westerwaldiæ,* et *Wetteraviæ,* in circulis superioris et inferioris Rheni. *Tillemon.*

[j] *Per fines suos Treveri*] Quidam vertunt, quasi *Treveri* struxissent vallum adversus eosdem hostes, nempe Cattos, Usipios, et quasi se ipsis transeuntibus opponerent. Sed præcise non dicit Tacitus, adversus quosnam Germanos mutua clade certarint Treveri.

[k] *Una ex Repub. annonæ cura*] Tale illud Juvenalis de populo Romano est: 'Duas tantum res anxius optat, Panem et Circenses.' *Lipsius.*

posuerant; ne[3] victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates, externis quoque bellis inexplebiles, nulla unquam civilis victoria satiavit.

39. Kal. Januariis[1] in Senatu, quem Julius Frontinus, Prætor urbanus,[l] vocaverat, Legatis exercitibusque ac Regibus, 'laudes gratesque' decretæ:[m] et Tertio[2] Juliano Prætura, 'tanquam[3] transgredientem in partes[n] Vespasiani legionem deseruisset,' ablata, ut in Plotium Griphum[o] transferretur. Hormo dignitas Equestris[p] data. Et mox, ejurante

*et ne victoribus quidem invisa* ea *fama* erat, *quorum cupiditates, extraneis etiam bellis insatiabiles, nulla unquam Reipub. clades exsaturavit.*

*Kalend. Januariis apud senatum, quem convocaverat Julius Frontinus, prætor urbanus, constitutæ decreto* laudes gratesque *legatis legionibusque ac regibus. Et prætura ademta Tertio Juliano,* quasi reliquisset legionem transeuntem in partes Flavianorum, *ut conferretur Plotio Gripho. Equestre fastigium Hormo*

—3 Male Mss. et veteres editiones, *nec.* Brotier.

1 Ms. Bodl. *Januarii.*—2 Sic bene Mss. Guelf. Jes. Rhenanus et recentiores. Male Mss. Flor. Reg. Agr. et editiones veteres, *Tito Juliano.* Mox cap. seq. habent, *Tertio.* Brot.—3 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quod transgredientem.* Ms.

NOTÆ

[l] *Prætor urbanus*] Cujus erat, senatum convocare, si consules abessent. *Savilius.*

[m] *Laudes gratesque decretæ*] Id erat solenne haud dubie erga victoriæ socios, ut tali honore celebrarentur; sed id genus honoris forte non sufficere videretur erga reges. Hic intelligit præcipue reges Orientis, qui inserviebant, et qui inter instrumenta dominationis seu servitutis erant: et jam mos priscus exoleverat, quo togæ pictæ, scipiones, et alia dona magnifica ipsis mitterentur per legatos, auctore senatu.

[n] *Tanquam transgredientem in partes*] Adverbio *tanquam,* ostenditur, non omnino illam causam fuisse, prætura Juliano adimendi, sed ut Griphus honore prætura decoraretur. Ac tamen paulo infra dignitas eadem Juliano restituitur. *Pichena.*

[o] *Plotium Griphum*] Qui Muciani cliens. Hist. III. *Savilius.*

In mente dominantium fuit ablata prætura Juliano, quasi vere deseruisset partes: et sic statim crediderant; non autem eo prætextu usi, ut eam Gripho, seu insignia traderent. Nam certe statim ei restituta est prætura, cognita ejus innocentia: quamvis forte duces ipsi infensi eo prætextu usi sint, ut auferrent prætura. Sed id factum præter mentem Muciani et Vespasiani, qui tum aberant. Et τὸ *tanquam* sæpe rem designat, non figmentum solum, aut prætextum.

[p] *Hormo dignitas equestris*] Puto, is non libertus fuit Vespasiani, sed Cæsaris, qui se inseruit, immiscuitque bellis civilibus ultro, dein et malis publicis; haud dubie sub Vespasiano, aut certe bello durante, et interregno.

Frontino, Cæsar Domitianus Præturam cepit. Ejus nomen epistolis edictisque præponebatur,[4] vis[5] penes Mucianum erat:[6] nisi quod pleraque Domitianus, instigantibus amicis, aut propria libidine, audebat. Sed præcipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque[7] Arrio: quos recentes,[q] clarosque rerum fama ac militum studiis, etiam[8] populus fovebat,[r] quia in neminem ultra aciem sævierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregiis majoribus et fraterna imagine fulgentem,[o] ad capessendam Rempublicam hortatus: haud defutura consciorum manu, ni Scribonianus abnuisset, ne paratis[9] quidem[s] corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in Senatu laudibus cumulatum,

*concessum. Et mox, abdicante se Frontino, Cæsar Domitianus præturam sumsit. Ejus vocabulum præscribebatur literis et diplomatibus, auctoritatem habebat Mucianus: nisi quod multa sibi arrogabat Domitianus, incitantibus amicis, aut propria cupiditate. Sed summus Muciano pavor ex Primo Antonio et Varo Arrio; quos nuper nobilitatos, celebresque rerum* gestarum *gloria et legionum favore, etiam vulgus tuebatur, quia neminem interfecerant extra prælium. Et dicebatur Antonius impulisse Scribonianum Crassum, illustri stirpe et fraterna nobilitate micantem, ad occupandum imperium: non defuturo sociorum agmine, nisi Scribonianus respuisset, ne parata quidem ac certa fortuna facile pelliciendus, adeo timebat ambigua. Itaque Mucianus, quia non poterat aperte occidi Antonius, plurimis* eum *apud patres laudi-*

Budens. nec *quod*, nec *tanquam* habet.—4 Sic bene Mss. Reg. Harl. Jes. Agr. editio princeps, J. F. Gronovius et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *præferebatur*. At in margine Ms. Bodl. additum, *præponebatur*. Rhenanus, *proponebatur*. Brotier.—5 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *jus penes Mucianum;* solito librariorum errore. *Idem.*—6 *erat* a Rhenano omissum, quia deest in Budens.—7 *Varioque Ario* Ms. Budens.—8 Ms. Agr. *et populus.*—9 Ms. Budens. *patratis.*

## NOTÆ

[q] *Quos recentes*] Id est, Recenter gloriam adeptos, ob res eximie gestas. Istam autem novitatem præcipue amat fovetque vulgus, et præsertim adversus potentiores crudelioresque, qualis fuit Mucianus.

[r] *Etiam populus fovebat*] Quia scil. in neminem extra aciem sævierant. Cic. pro Ligario: 'Nunc melior certe ea [causa] judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt. Cognita vero clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus?'

[o] *Fraterna imagine fulgentem*] Pisonis puta, quem Galba adoptavit. *Savil.*

[s] *Ne paratis quidem*] Videtur intelligi de rebus, quas in promtu licet haberet, tamen solicitari iis non facilis fuerit; usque adeo metuebat res incertas.

secretis promissis onerat, 'citeriorem Hispaniam' ostentans,[t] 'discessu Cluvii Rufi vacuam;'[u] simul amicis ejus Tribunatus Præfecturasque largitur. Dein, postquam inanem animum spe et cupidine[10] impleverat, vires abolet:[11] dimissa in hyberna legione septima, cujus[12] flagrantissimus in Antonium amor. Et tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. Pars exercitus[v] in Germanias ducebatur. Sic egesto, quicquid turbidum, redit urbi sua forma legesque et munia[13] Magistratuum.

40. Quo die Senatum ingressus est Domitianus, 'de absentia[1] patris fratrisque ac juventa sua' pauca et modica

*bus extollit, et occultis promissis cumulat, offerens* ei citeriorem Hispaniam, digressu Cluvii Rufi *legato* destitutam; *etiam amicis ejus concedit tribunatus et præfecturas. Mox, ubi vanum hominem cumulaverat spe et ambitione, vires infringit: amovendo in castra* sua *legionem septimam, cujus ardentissimus* erat *erga Antonium favor. Et legio tertia, devinctus Arrio Varo miles, in Syriam amandata. Pars exercitus ductabatur in Germanias. Sic abstracto, quicquid turbulentum* fuit, *redit civitati sua species, juraque et officia magistratuum.*

*Quo die Domitianus curiam introiit,* de absentia Vespasiani ac Titi, et de

10 Ms. Jes. *cupiditate.*—11 Ms. Agr. *adimit.* Mendose editio princeps, *adolet.* Brotier.—12 Ms. Ryckii *ejus.*—13 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Male editio princeps, *redditur sua forma legibus et muniis magistratuum.* Ita quoque Ms. Reg. omisso *redditur.* Brotier.

1 Ms. Budens. *de essentia.*

## NOTÆ

[t] *Citeriorem Hispaniam ostentans*] Eam vero libentius suscepit regendam Antonius, quia Tolosæ natus erat, puer cognomine *Beccus* dictus apud Suetonium.

Legitur autem Tolosæ in Hispania Capitolium, sacris annalibus: ut inde conjicere liceat, et Narbonensi Galliæ, et Hispaniæ citeriori Tolosam annumeratam olim fuisse. *Vertran.*

[u] *Discessu Cluvii Rufi vacuam*] Erat *vacua* provincia, quia sic volebat, aut sic videri cupiebat Mucianus. Attamen illam retinuerat Rufus sub Vitellio, etiamsi Romæ maneret, ut olim L. Arruntius sub Tiberio. Ideoque non vere *vacua* fuit, quamvis discessisset Cluvius. Attamen Vitellii partes foverat Cluvius in Hispania; quare forte suspectus fuit Flavianis, et tales legatos mutare statim festinabant, ut sibi providerent, simul et suos fautores remunerarent. Retinuerat Hispaniam, licet absens Cluvius, nullo metu imperitantis, sed favore, quo certe præcelluit apud Vitellium. Nam pacto celebri affuit ipse et Silius Italicus: quo sibi opes et amœna littora paciscebatur cum Flavio Sabino.

[v] *Pars exercitus*] Sexta et octava de legionibus victricibus. Tacitus. *Savilius.*

disseruit, decorus habitu: et, ignotis[2] adhuc moribus, crebra oris confusio[w] pro modestia accipiebatur. Referente Cæsare, 'de restituendis Galbæ honoribus,'[x] censuit Curtius Montanus, 'ut Pisonis quoque memoria celebraretur.' Patres utrumque jussere: de Pisone irritum fuit.[y] Tum sorte ducti, 'per quos redderentur bello rapta,[3] quique æra legum, vetustate delapsa,[4 z] noscerent figerentque, et fastos,[5] adulatione temporum[a] fœdatos, exonerarent, modumque publicis

adolescentia sua, *pauca et modesta protulit, præclarus specie: et, incognitis adhuc vitiis, frequens in vultu rubor pro pudore sumebatur. Referente Domitiano* de reponendis Galbæ imaginibus, *addidit Curtius Montanus*, ut honoraretur etiam memoria Pisonis. *Senatus utrumque decrevit: de Pisone haud ratum* decretum *fuit. Tum sorte electi* e patribus, per quos restituerentur bello capta, quique tabulas legum vetustate corruptas examinarent, firmarent figerentque; et Fastos, assentatione temporum contaminatos, purgarent, modumque statue-

—2 Mss. Guelf. Jes. *ignotus*.—3 Budens. *Tum rapta:* omissis intermediis.—4 *Dilapsa* Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores cum Brotiero. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio, Gronov. et Bipont. *delapsa*. —5 In Edd. vet. *et qui fast*. Flor. et Bud. *qui* non habent. Delevit jam

NOTÆ

[w] *Crebra oris confusio*] Erat plurimo rubore et sanguine suffusus vultus Domitiani. Et se tali rubore quasi velabat mox tuebaturque adversus crimen et cruorem.

[x] *Restituendis Galbæ honoribus*] Intellige de statuis erigendis, seu publice rursus proponendis.

[y] *De Pisone irritum fuit*] Puto, propter Calpurnium, qui occisus est a Muciano, via Appia; et propter L. Pisonem, qui postea occisus est dolo ejusdem in Africa. Forte ob æmulationem etiam in Crassum fratrem natu majorem Pisonis hujus, de quo hoc loco Tacitus; et hæc familia fœcunda viris eximiis. Hinc invidia dominantium, hinc 'de Pisone irritum fuit.'

[z] *Vetustate delapsa*] Vespasianus 'ærearum tabularum tria millia, quæ simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus,' inquit Suetonius Vesp. 8.

Quod verisimilius est, quam leges, quæ summo cultu servarentur, solius temporis vetustatisve causa aboleri cœpisse. *Vertran.*

*Æra legum vetustate delapsa*] Forte nonnullæ tabulæ vetustate labefactæ, et suo loco dimotæ: vel, loquitur tantum de legibus insculptis, quæ jam oculos fugiebant.

[a] *Et fastos, adulatione temporum*] Mens auctoris videtur, ut qui æra legum reponerent, iidem Fastorum quoque exonerandorum curam susciperent. *Pichena.*

*Fastos adulatione*] Multa quippe in Fastos invehebantur decreta adulatoria in honorem scil. principum, sæpe levibus, aut etiam turpibus ex causis, ex flagitiis sceleribusque. Hæc omnia talia purgari et aboleri decrevit imperator.

impensis[b] facerent.' Redditur Tertio Juliano Prætura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse: Gripho honor mansit.[c] Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et P. Celerem placuit, damnatusque Publius et Sorani Manibus satisfactum. Insignis publica severitate dies, ne privatim quidem laude caruit. Justum indicium[6] explesse Musonius videbatur: diversa fama[7] Demetrio,[d] Cynicam sectam professo; quod manifestum reum ambitiosius, quam honestius, defendisset. Ipsi Publio neque[8] animus in periculis, neque oratio suppeditavit. Signo ultionis in accusatores dato, petit a Cæsare Junius Mauricus,[9] 'ut commentariorum Principalium[e] potestatem Senatui faceret, per

rent sumtibus publicis. *Prætura restituitur Tertio Juliano, postquam compertum est transiisse ad Vespasianum: Plotio insignia mansere. Dein placuit resumi causam inter Musonium Rufum et P. Celerem, punitusque Publius, et Sorani mors vindicata. Illustris* hic *publico exemplo dies, ne privatim quidem sine decore fuit. Æquissimam causam suscepisse Musonius putabatur:* sed *alia existimatio Demetrii* fuit, *Cynicam sapientiam æmulantis; quod compertum reum patrocinio suo juvisset, majori ambitione quam decore. Ipsi Publio neque mens in discrimine, neque verba suppetivere. Prolato in delatores vindictæ signo, Junius Mauricus postulat a Cæsare,* ut copiam faceret patribus commentariorum principis *Neronis,* per quos

Pichena.—6 Mss. et Edd. *judicium.* Ernestus emendavit *indicium:* quod et Bipont. recepere.—7 Hæc *diversa fama* absunt in Ed. pr.—8 Sic bene Mss. Flor. Reg. editio princeps, Lipsius et recentiores. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus omisere, *neque.* Secunda manu additum est in Mss. Harl. et Guelf. *Brotier.*—9 Sic bene Lipsius et recentiores. Mss. Flor. Harl. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *Maricus.* Ms. Agr. et editio princeps, *Martius.* Idem.

## NOTÆ

[b] *Modumque publicis impensis*] Supra memoravit Tacitus in senatu modum impensis postulatum a prætoribus ærarii, cum quererentur publicam paupertatem. Eam tamen cognitionem a consule designato principi reservatam. *Lupanus.*

[c] *Gripho honor mansit*] Id est, insignia præturæ, ut *prætorius* dici potuerit, non tamen *prætura functus.* Honorem et ornamenta habuit dignitatis, quasi suo anno præturam obisset.

[d] *Demetrio, &c.*] Muciani consilio, Vespasianus omnes Stoicos, in quorum numero fuit Demetrius Cynicus, urbe abegit. Demetrius vero in insulam relegatus. Ei, nondum quiescenti, dixit Vespasianus, 'Tu omnem moves lapidem, ut te interfici jubeam: ego tamen latrantem canem non occido.' Dio.

Suet. Vesp. 13. 'Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi, post damnationem, ac neque assurgere neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit, canem appellare.'

[e] *Ut commentariorum Principalium*] Commentarius liber est, quem sibi

## NOTÆ

quisque conficit, quasi eorum, quæ agimus, memoriæ promtuarium, id est, diarium et ephemeris. Hujusmodi commentarios sibi factitasse principes ex hoc loco, et ex Sueton. in Tib. apparet.

Cicero Philippica I. 'An in commentariolis et chirographis et libellis, se uno auctore prolatis, acta Cæsaris firma erunt?'

*Commentariorum*, quæ ab Agrippina confecta, meminit Tacitus Annal. IV. et *commentariorum* Claudii patris, lib. XIII.

*Commentarios* quoque sibi senator conficiebat, ut ex l. XV. in fine, et l. V. apparet et l. XII. 24. 'Quos Claudius terminos posuerit, publicis actis scriptum.' *Lupanus.*

*Commentaria* dixere Latini libros, in quibus non fusè lateque res, sed tantum quasi per capita describerentur. Cicero in Bruto: 'Non est oratio, sed quasi capita rerum, et orationis commentarium.' Paulo plenius Seneca l. III. Declamationum: 'Sine commentario nunquam dixit Crassus, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur.'

Hunc *diurnum*, *Ephemeridem*, *regestum*, a verbo *regero*, quo usus est Quintilianus, unde vulgo *registrum:* et Latine sic vocari posse docet Budæus in Pand.: ita Plutarch. Julii Cæsaris commentaria, *Ephemerides* appellavit.

Hujusmodi autem commentariis omnes fere magistratus, qui Reipublicæ Romanæ munia obibant, usos fuisse, comperimus. Cicero appellat commentarium sui consulatus Græce scriptum.

De Prætoribus idem in Verrem: 'Audite decretum mercenarii prætoris, ex ipsius commentario.' De regibus in Orat. pro Rab. capite 5. Livius l. I. 60. et l. XLII. 6. et libro XLV. de Pontificibus. Cicero de Clar. Orat. Livius IV. 3.

Quod vero et imperatores propria haberent commentaria, patet ex Cicerone Philippica I. 7. Tranquillus in Tib. 61. Calig. 15. Trajanus ad Plinium, 'referri in commentarios jussi.'

Quod etiam *publica* scriberentur, *et urbana commentaria*, patet ex Cicerone libro de Oratoribus: 'Publicis commentariis consignatis.' Et in Epist. 'In commentario est rerum urbanarum;' et II. 8.

Ex his patet, *commentariorum principalium*, ibi esse, superiorum principum, quorum sub imperio delationes frequentes exercitæ, puta, Claudii et Neronis. *Marc. Donatus.*

Præcipue hic respicit Tacitus ad commentaria Neronis, superborum Æneadum ultimi. Alia superiorum principum, non tam vetustate abolita, quam nova et inaudita sævitia Neronis, exoleverant: nec ea in immensum erui, excitari, aut moveri rursus debuerunt.

Itaque illa vetusta, majore mox sævitia obruta aut excusata, et Reipub. interfuit talia aboleri tandem. Sed hic nuperos Neronis delatores quærebant, quorum opes vigebant adhuc, et metus proxime urgebat. In commentariis illis ascriptæ literæ, accusationes, et alia pessima delatorum facinora, consiliaque, et commercia exitiabilia cum Nerone.

Ipsæ literæ, ipsa scripta delatorum hic consignata manebant; unde doli, flagitia, et scelerum omnium series statim erui in lucem et probari poterat. Et senatorum quisque eligere potuit, quem statim aggrederetur, et perderet, ac profligaret; non sine decore Reipub. senatus, et temporum, quibus tandem scelera hæc vindica-

quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset.' 'Consulendum tali super re Principem,'[10] respondit.

41. Senatus, inchoantibus primoribus, jusjurandum concepit, quo certatim[f] omnes Magistratus, ceteri ut sententiam

scirent, quem quisque deferendum flagitasset. Interrogandum *esse* de tali re imperatorem, *respondit Domitianus.*

*Senatus, incipientibus proceribus*, certis verbis *concepit sacramentum, quo certatim omnes magistratus, reliqui quasi sententiam* prolaturi *interrogabantur*, Deos

10 Male Puteolanus, *Princeps.* Brotier.

## NOTÆ

rentur. Sed flagitia cum opibus tum etiam præpollnere, ut ante, ut semper. Forte tot tantaque flagitia eruere in lucem noluerunt, ne reperirent etiam bonos inter nocentes, aut certe qui boni æstimarentur. Ne miseriarum colluvionem rursus moverent, ne facere adversus malos cogerentur, quod factum antea in bonos promiscue ex malos. Ne quid mali rursus in Rempub. ex talibus miseriis erumperet. Et ut tandem quocumque pacto tamen pax orbi urbique restitueretur. Facinus, quod veluti publicum et omnium fuit, nemo vindicare ausus. Ut inter multos tutiores rei et secura scelera. Vindicare in acie imperium sufficiebat novo principi. Cetera vindicavit perpetua facinorum ignominia, et æterna conscientiæ labes.

[f] *Jusjurandum....quo certatim*] Est juramentum a toto senatu editum, de calumnia, quam nemini capitalem intulissent. Sed hic non video, cur ita *certatim* magistratus præstiterint. Neque enim in honorem principis, aut adulatio aliqua fuit, immo cunctanter potius hoc agendum.

Sane ea vox suspecta est; et *seriatim*, aut tale aliquid malim: quia certum habeo, ordine quodam magistratus omnes id præstitisse, et dignores primo. *Lipsius.*

Cur non *certatim* magistratus tale jusjurandum amplecterentur; quo nempe statim innocentiam suam publice, et coram universo senatu, approbarent?

Neque accipiendum τὸ *certatim*, quasi properarent, nec suo ordine jusjurandum promerent: nempe consules præire debuerunt, dein consulares, mox prætores et prætorii. An cunctanter agendum fuit, quia ordine agendum? Non certe cunctanter tunc, sed *certatim* agendum erat, ubi innocentia et decus æternum agebatur: *seriatim* nihil ad rem, neque Taciti est.

*Jusjurandum concepit, quo certatim omnes magistratus*] Forte leg. *quo seorsim*; vel sic intellige: Jusjurandum concepit, quo certatim omnes magistratus (ceteri patres ut sententiam rogabantur) Deos testes advocabant.

*Jusjurandum*] Tamen sacerdotio præditi magistratus jurare non cogebantur forte. Plutarchus Problem. Rom. quærit, 'Cur Flamini Diali jurare non liceat? An quod tormenti genus quoddam est homini libero jusjurandum? Flaminis autem corpus et animum intactum inviolatumque esse oportet? An quod parva in re

rogabantur,[g] 'Deos testes' advocabant, 'nihil ope sua factum, quo cujusquam salus læderetur, neque se præmium, aut honorem, ex calamitate civium cepisse:' trepidis et verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, quis flagitii conscientia inerat. Probabant religionem Patres, perjurium arguebant.[h] Eaque velut censura in Sariolenum[1] Voculam

testes *appellabant*, nihil a se gestum, quo cuiquam exitium strueretur, neque se opes aut dignitates ex pernicie civium percepisse: *pavidis, et verba sacramenti per varias ambages eludentibus, quos facinoris conscientia premebat. Æstimabant religionem patres, perjurium convincebant. Eaque quasi censura atrocis-*

1 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Agr. et editione principe, *Sannolenum*. Mss. Reg. *Saneleium*. At mox Ms. Reg.

NOTÆ

ei fidem non habere absurdum est, cui divina ac summa credita sunt? An quod omne jusjurandum in perjurii terminat imprecationem, execratio vero omnis tristis et abominanda: unde ne aliis quidem imprecari Flamines solent? Laudata est igitur Athenis sacerdos illa, quæ populi jussu adduci non potuit, ut Alcibiadem execraretur. Dixit enim precandi se causa, non imprecandi, sacerdotio præditam fuisse. An commune omnium perjurii periculum est, si homo impius ac perjurus vota pro civitate suspiciat?' Hoc tamen soli Diali concessum videtur.

[g] *Ceteri ut sententiam rogabantur*] Id est, loco sententiæ. Jusjurandum promere debuerunt: in id interrogabantur.

[h] *Probabant religionem patres, perjurium arguebant*] An probabant *religionem* insontium, verumque jurantium; aliorum vero *perjurium* reprehendebant? Potius vero putem, referri hæc ad eos tantum, qui verba jurisjurandi detorquebant.

Ironice enim, patres laudasse quidem virorum talium religionem, quod trepidanter et ambigue jurassent, ne perjurium admitterent: sed tamen ex illa trepidatione, et perjurii et noxiæ conscientiæ argumentum eliciebant. *Pichena.*

*Probabant religionem patres*] Id potest intelligi, ita ut patres probarent *religionem* innocentium, qui scil. suam innocentiam vero jurejurando affirmabant, et iidem patres arguebant *perjurium* in sontibus, qui contra conscientiam jurabant, ita ut de diversis ibi sit religio et perjurium.

Vel intelligi possit de iisdem senatoribus, quos sceleris conscientia premit, et qui jurare non audent, et qui verba jurisjurandi mutant ac torquent per varias artes: in ipsis patres probant religionem, et in iisdem ipsis perjurium arguunt. *Probant religionem*, quia trepidant et se varie torquent; et simul *perjurium arguunt*, quia, licet trepidando, jurant tamen, et licet se in varias partes vertant flectantque deprehensi, jurant tamen, seu potius pejerant. Nec illi conscientiæ propriæ, aut religioni patrum interrogantium satis respondent.

et Nonium[2] Actianum et Cestium Severum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum ei recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem foret: nec destitit Senatus manus intentare Voculæ, donec curia excederet. Ad Pactium Africanum transgressi, eum quoque proturbant:[3] tanquam Neroni Scribonios[4] fratres,[1] concordia opibusque insignes, ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cujus interrogationibus fatigabatur,[5] ultro conversus, miscendo quæ defendere nequibat, societate culpæ invidiam declinavit.

42. Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipstanus[1] Messala adeptus est, nondum Senatoria ætate, ausus

*sime ingruit in Sariolenum Voculam, et Nonium Actianum, et Cestium Severum, multis accusationibus apud Neronem infames. Sariolenum etiam novum facinus premebat, quod apud Vitellium easdem artes exercuisset: nec desiere patres dextras intentare Voculæ, donec senatu exiret.* Dein *invadentes Pactium Africanum, cum etiam exterrent; velut ad perniciem exhibuisset Neroni Scribonios fratres, amicitia et divitiis illustres. Africanus neque confiteri audebat, neque inficiari poterat:* sed *ultro invectus in Vibium Crispum, cujus quæstionibus premebatur, confundendo quæ excusare non poterat, societate sceleris indignationem* patrum *effugit.*

*Eo die Vipsanius Messalla egregiam assecutus est existimationem caritatis et facundiæ;* ille *nondum senatoriæ ætatis, rogare ausus* est patres *pro fratre Aquilio*

---

et editio princeps, *Sariolenum.* Brotier.—2 Ita Ms. Reg. Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Guelf. et editione principe, *Novium.* Ms. Agr. *Novum.* Puteolanus, *Nomium.*—3 Ms. Budens. *perturbant.*—4 Ita bene Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Sic jam supra Annal. XIII. 48. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Scribonianos.* Brotier.—5 Editio princeps, *fatigaretur.* Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *cujus fatigabatur interrogationibus.* Ita quoque Ms. Jes. sed habet, *fatigatur.*

1 Sic Ryckius et recentiores. Sed de hoc cognomine jam dictum est supra

## NOTÆ

1 *Scribonios fratres*] Junctim eos iterum nominat Annal. XIII. 'Ad Scribonios fratres ea cura transfertur.' Nec temere aut jungit, aut concordiam laudat. Audi Xiphilinum, qui unus hæc illustrat in Nerone: 'Fratres,' inquit, 'et quodam modo æquales, nihil alter absque altero facientes, sed ut genere, ita et electione vitæ et facultatibus conjuncti.' Addit deinde, 'cum utrique Germaniæ præfuissent, vocatos a Nerone in Græciam, ibique, incisis sponte venis, periisse.' Lipsius habet *Scribonianos.*

Sed rectene *Scribonianos* hic legimus? non opinor. Taciti loco dicto *Scribonios* habes: et in Xiphilino, Σκριβωνίων. *Lipsius.*

pro fratre, Aquilio Regulo,[k] deprecari. Regulum subversa Crassorum et Orphiti[2] domus in summum odium extulerat.[3] Sponte ex SC.[4] accusationem subisse[5][l] juvenis admodum, nec depellendi periculi, sed in spem potentiæ videbatur. Et Sulpicia Prætextata, Crassi uxor,[6][m] quatuorque liberi,

*Regulo. Eversa Crassorum et Orphiti familia Regulum in maximam invidiam adduxerat. Ultro* ille *et suopte ingenio juvenis admodum credebatur delationem suscepisse, nec amoliendi periculi* gratia, *sed spe amplioris fortunæ. Et si judicarent patres, vindices instabant Sulpicia Prætextata, conjux Crassi, et quatuor li-*

c. 9.—2 Male Ms. Reg. et editio princeps, *Orfita domus.* Sic quoque secunda manu emendatum in Mss. Vatic. 1958. et Harl. Mss. Bodl. Jes. *Orphitii*, vel *Orphicii.* Brotier.—3 Ms. Ryckii *extulerant.*—4 Ms. Agr. habet *sponte ex se.* Pichena conjicit *sponte, nec Senatu consulto.* Bipont. legunt *sponte antequam ex SC.* ex similitudine vocum alteram omissam a librario rati. Addunt, sæpius datos a Senatu patronos se excusasse. Id et de accusatoribus valet. Innuit ergo hic Tacitus, decretam sibi SC. accusationem avide arripuisse Regulum; quæ est interpretatio Huetii, vera, ut puto. Itaque verba *ex SC.* cancellis, quibus incluserat Ernesti, libero et sanum esse locum pronuntio cum Broterio. *Oberl.*—5 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus: Brotierus cum Ryckio et Gronov. et Bipont.

## NOTÆ

[k] *Aquilio Regulo*] Qui, teste Plinio juniore, 'omnium bipedum nequissimus,' pessimum perniciosissimumque crudelitati Neronis et Domitiani instrumentum l. I. Ep. 5. *Savilius.*

[l] *Sponte ex SC. accusationem subisse*] Moris fuisse videtur, ut alicujus causæ, vel accusatio, vel etiam defensio, a senatu huic vel illi oratori plerumque demandaretur; sive actoribus vel reis nominatim unum aliquem petentibus, sive proprio senatus motu; quod notissimum est, ac præsertim ex Plinio juniore l. I. epist. 12. l. III. epist. 4. et v. 20. et VI. 29.

Tangit etiam hunc morem Tacitus, Annal. l. III. de Pisone patronos a senatu petente, et l. XV. 'At nunc colimus externos et adulamur: et quomodo ad nutum alicujus grates, ita promtius accusatio decernitur.'

Hæc autem verba, *sponte ex SC.* secum pugnant. Quomodo enim ex SC.? An ipsemet Regulus irrequisitus, ac *sponte* curavit, ut sibi ex SC. accusatio injungeretur? Mea conjectura est: *Sponte, nec senatusconsulto.* Pichena.

Mihi certum est, illa, *ex SC.* dolo malo irrepsisse. Nam Plinius l. III. epist. de Silio: 'Læserat famam suam sub Nerone: credebatur sponte accusasse.' *Colerus.*

*Sponte, nec SC.* bono quidem sensu; sed non sic scripsit Tacitus. Sufficiebat dixisse *sponte*, ut constaret non esse id ei senatusconsulto imperatum, nec etiam scripsit Tac. *sponte ex se.* Et τὸ *ex SC.* verum figmentum et glossema est vocis *sponte*, cui aliquis forte ascripserat, *ex se.* Illæ accusationes, quæ a senatu decernebantur oratoribus, nullatenus *sponte* sola suscipiebantur, sed imperabantur. Et quamvis pravitate ingenii, aut peculiari ratione aliqua inductus, actor talia susciperet ultro, hoc tamen ipso quod jubebantur demandabanturque tales actiones a senatu, jam non *sponte* suscipi censebantur.

[m] *Crassi uxor*] Vox, *uxor*, abest Rom. edit. rectissime. Vix enim ali-

si cognosceret Senatus, ultores aderant. Igitur Messala non causam, neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens, flexerat quosdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut, ‘ post cædem Galbæ, datam interfectori Pisonis pecuniam[n] a Regulo, appetitumque[7] morsu Pisonis caput,’ objectaret. ‘ Hoc[8] certe,’ inquit, ‘ Nero non coëgit, nec dignitatem, aut salutem, illa[9] sævitia redemisti. Sane toleremus istorum defensiones, qui perdere alios, quam periclitari ipsi, maluerunt. Te securum reliquerat[o] exul pater,[p] et divisa inter creditores bona, non-

*beri. Itaque Messalla, neque crimen, neque sontem defendere, sed discrimini fratris ultro occurrens*, patrum *nonnullos placaverat. Opposuit se cum atroci oratione Curtius Montanus, eo usque provectus, ut exprobraret*, post necem Galbæ, numeratam *esse* percussori Pisonis pecuniam a Regulo, laniatamque dentibus Pisonis cervicem. Hæc sane, *ait*, non jussit Nero, nec illa crudelitate redemisti honorem, vel incolumitatem *tuam*. Esto, feramus *hominum* istorum excusationes, qui subvertere alios maluerunt, quam periculum subire ipsi. Te parens exul *adversus pericula* tutum fecerat, et distributæ creditoribus facul-

*subiisse.*—6 *Uxor*, abest a Mss. Reg. Agr. et editione principe.—7 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. Copulam, *que* omisere Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus.—8 Sic bene Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *hæc certe.* Ms. Reg. *certo.* Brotier.—9 Sic optime Lipsius et recentiores. Perperam Mss. Vatic. Reg. Harl. et editio princeps, *nec dignitate hausta litem illam sævitia redemisti.* Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nec dignitatem aut ista lucem sævitia redemisti.* Idem.

## NOTÆ

ter prisci locuti, aut scripsere, quam *Terentia Tullii, Livia Drusi, &c.* Lipsius.

[n] *Datam interfectori Pisonis pecuniam*] Puto datam nomine Othonis, qui nominatim miserat percussores ad cædem Pisonis: attamen potest fieri, ut inimici morte gestiens Regulus, etiam suo nomine pecuniam largitus sit interfectori Pisonis. Omnia perverse agebat.

*Interfectori Pisonis*] Et tamen suffragante Verania legationem adeptus est, ‘ cujus marito,’ ait Plinius II. epist. 20. ‘ inimicissimus, ipsi invisissimus erat.’ *Savilius.* ‘ Verania Pisonis [a Galba adoptati,] graviter jacebat.’ Regulus aruspicem consulit: ‘ illa ut in periculo credula, poscit codicillos; legatum Regulo scribit.’ Plin. II. Ep. 20.

[o] *Te securum reliquerat*] Neronianis enim temporibus magni ac potentes viri periculis conflictabantur; contra, viles atque abjecti securi agebant. Ideo sequitur, ‘ nihil quod timeret.’ *Pichena.*

[p] *Exul pater*] Quatuor de causis nihil erat, quod ex ipso speraret aut timeret Nero; nempe, quia subversus pater, ac perculsus pœna exilii; quia nullæ opes, nulla dignitas, et quia ipse ætate juvenili.

dum honorum capax ætas: nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. Libidine sanguinis et hiatu præmiorum ignotum adhuc ingenium, et nullis defensionibus[q] expertum, cæde nobili imbuisti: cum ex funere Reipublicæ raptis Consularibus spoliis,[r] septuagies[s] sestertio saginatus[10] et sacerdotio fulgens, innoxios pueros, illustres senes, conspicuas fœminas eadem ruina prosterneres: cum segnitiam[11] Neronis incusares, quod per singulas domos seque et[12] delatores fatigaret: posse universum Senatum una voce subverti. Retinete, Patres conscripti, et reservate homi-

tates et nondum *capessendis* dignitatibus idonea ætas: nihil quod ex te desideraret Nero, nihil quod metueret. Cupidine cruoris, aviditate prædæ et opum, *sævitiam ac sanguinem prælibasti*, imbuistique cruore illustri incognitam adhuc facundiam, et nullis patrociniis spectatam: cum ex ruina et exitio Reip. abreptis consularibus spoliis, septuagies sestertio impinguatus, et sacerdotio splendens, eadem strage profligares insontes pueros, nobiles senes, splendidas matronas: cum inertiam Neronis increpares, quod per singulas familias, seque et accusatores lassaret: posse profligari totum senatum uno verbo. Servate, Patres conscripti, et habete apud vos virum tam egregii

—10 Sic optime Faërnus, Scaliger et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *signatus*. Lipsius primum emendaverat, *dignatus*. Brotier.—11 Mss. Corb. Agr. et editio princeps, *segnitiem*.—12 Pro *seque et* Ms. Ryckii

## NOTÆ

[q] *Nullis defensionibus*] Cum ejus eloquentia nullis patrociniis reorum exercita esset, ignotum erat illius ingenium, et mansisset incognitum, nisi se ingenti crimine ultro polluisset.

[r] *Consularibus spoliis*] Eo dictum, quia consulatum acceperat, præmium accusationis. Nam ita obtinebat, ut accusanti et damnanti, non pecuniæ solum merces esset, sed et honoris, aut magistratus, quem reus habuisset.

Dio l. XLVI. de accusatoribus percussorum Cæsaris pulchre: 'Nam et pecunias e bonis damnati, et honorem aut magistratum, siquem modo haberet, accipiebant.'

Tacitus sæpe indicat: et clare initio Hist. l. I. 'Nec minus præmia delatorum invisa, quam scelera. Cum alii sacerdotia et consulatus, ut spolia, adepti; procurationes alii et interiorem potentiam: agerent, ferrent cuncta.' *Lipsius.*

*Raptis consularibus spoliis*] Si acceperat præmium accusationis, consulatum, Regulus, ut placuit viris summis, mirum cur infra mox de eodem dicatur: 'Et quem adhuc quæstorium offendere non audemus, prætorium et consularem visuri sumus?' *Gruterus.*

Forte tantum illi promissus erat consulatus a Nerone, quem adeptus foret suo tempore, seu post alia munia, si durasset Nero, aut habuit forte insignia consularia.

[s] *Septuagies*] Sunt 175000. coronati.

nem tam expediti consilii, ut omnis ætas instructa sit,[t] et quomodo senes nostri Marcellum, Crispum, juvenes Regulum, imitentur. Invenit etiam æmulos infelix nequitia:[u] quid si floreat vigeatque? Et quem adhuc Quæstorium offendere non audemus, Prætorium et Consularem visuri sumus? An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Caio, superstites fuerunt: cum interim intestabilior et sævior[v] exortus[13] est. Non timemus Vespasianum: ea Principis ætas, ea moderatio. Sed diutius durant exempla, quam mores.[14][w] Elanguimus,[15] Patres

consilii, ut omnis ætas edoceatur, et juvenes *nostri* Regulum æmulentur, quemadmodum senes nostri *imitati sunt Eprium* Marcellum, et *Vibium* Crispum. Reperit etiam imitatores infausta malitia: quid si approbetur et floreat? Et quem adhuc quæstorium lædere formidamus, an prætorium et consularem aspecturi sumus? an Neronem ultimum tyrannorum creditis? Idem existimaverant, qui supervixere Tiberio, et Caligulæ: cum interea detestabilior et immanior invasit principatum. Non metuimus Vespasianum; ea Imperatoris ætas, ea modestia. Sed diutius manent *commissorum* exempla, quam virtutes.

habet *sequens*.—13 Ed. pr. *exceptus*.—14 Ita Mss. et libri omnes editi. Secunda tantum manu Ms. Agr. *quam hoies*, id est, *quam homines*. Atque ita vertit Davanzati: 'Ma gli uomini non vivono, quanto gli esempi.' Longius Cl. Gordon: 'But more lasting are the examples of justice and severity, than is the good, but perishing life of any mortal man.' Murphy ita vertit, 'but virtue operates slowly, while pernicious examples remain in force, and teach a system of cruelty when the tyrant is no more.' Frustra tentat Lipsius, *quam amores*, vel *quam auctores*. Minime displicet, immo acutum est, *quam mores*, uti jam observatum est Ryckio et Ernesto. Nec aliter vertit Coloma: 'Pero lo que veo es, que duran mas los exemplos, que las costumbres.' *Brotier*.—15 Ms. Agr. ed. pr. *elanguemus*.

## NOTÆ

[t] *Omnis ætas instructa sit*] Non omnem forte ætatem hic intelligi deceat, sed ut *omnis ætas nostra instructa sit;* nempe, senes nostri a Marcello et Crispo, et nostri juvenes a Regulo.

[u] *Infelix nequitia*] Potius indistincte sumi debet; nempe de universis delatoribus, qui præsertim sub Tiberio mutuis vulneribus et præliis sese vicissim prosternebant.

Fuit tum *infelix nequitia* illa, et tamen æmulos imitatoresque reperit. Iste igitur debet statim subrui: nam si ad summas dignitates pervenerit, tum certe quid faciet, quid non molietur tantus artifex, qui se tenera jam ætate imbuit atrocissimo scelere?

[v] *Intestabilior et sævior*] *Intestabilior*, pro detestabilior. Horat. in 2. serm. 'Intestabilis et sacer esto.' Tacitus l. v. Annalium de Æmilia Lepida: 'quanquam intestabilis, tamen impunita agebat.'

Paulo post, eodem libro de Tiberio: 'Intestabilis sævitia, sed obtectis libidinibus.' *Rhenanus*.

[w] *Diutius durant exempla, quam mores*] Id est, Hic diutius durant ex-

conscripti, nec jam ille Senatus sumus, qui, occiso Nerone, delatores et ministros more majorum puniendos flagitabat. Optimus est, post malum Principem,[x] dies primus.'

43. Tanto cum assensu Senatus auditus est Montanus, ut spem caperet Helvidius, posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluvii Rufi orsus, qui, perinde dives et eloquentia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum facessisset,[1] crimine simul exemploque Eprium urgebat:[y] arden-

*Jam* torpemus, Patres conscripti, nec nunc ille senatus sumus, qui, interfecto Nerone, postulabat accusatores et *horum* satellites puniendos more majorum. Justissimus et maximus est primus, post pravum Imperatorem, dies.

*Tantis patrum studiis excepta est oratio Montani, ut spem conciperet Helvidius, posse etiam Marcellum subverti. Itaque incipiens a decore Cluvii Rufi, qui, juxta opibus et facundia insignis, nemini unquam, Nerone imperante, discrimen intentasset, scelere simul et comparatione Marcellum premebat: flagrantibus senatorum*

1 Ita Ms. Reg. Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Agr. et editione principe, *fecisset*. Utrumque Latine dicitur. Jam vidimus supra Annal. I. 74. 'Clarissimo cuique periculum facessit,' et Annal. XIII. 35. 'Insonti periculum fecissent.' *Brotier.*

NOTÆ

empla mala quam boni mores, scil. comparat virtutem Vespasiani cum flagitiis priorum principum.

Et certe magis durant mala exempla dominantium, quam boni mores novi principis, et longe plures fuerunt mali principes, quam boni. Et ab Augusto usque ad Vespasianum frustra quæras bonos. Et possint vocabula bonorum principum annuli circulo facile insculpi.

Mala exempla, principum, seu delatorum, perpetua et æterna sunt, abeuntque in exemplum omnibus posteris futurisque sæculis. At boni mores ævo unius principis limitantur, et vix ad unum aut alterum sæculum se extendunt, etiam in civitatibus felicissimis aut egregie constitutis, quoad mores legesque spectat.

[x] *Optimus est, post malum Principem*] Defuncto enim malo principe, senatus statim pravos mores tollere nititur; sed paulatim deinde ardor ille refrigescit. *Pichena.*

*Optimus*] Cic. Philipp. 1. post cædem Cæsaris. 'Quo senatus die lætior? quo populus Rom. qui quidem nulla in concione unquam frequentior fuit, tum denique liberati per viros fortissimos videbantur, quia, ut illi voluerant, libertatem pax consequebatur.'

[y] *Crimine simul exemploque Eprium urgebat*] *Crimine* urgebat, tanquam delatorem Thraseæ; quam actionem tentaverat olim Helvidius, Galba imperante, dein omiserat, ut refert Tacitus initio hujus libri.

*Exemplo*, quoniam laudando Cluvium, sic vitæ morumque diversitatem Marcello exprobrabat. *Pichena.*

Comparat Cluvium cum Marcello, ita ut opibus et facundia perinde clarus sit Cluvius ac Marcellus; cum hoc discrimine, quod divitiis et elo-

tibus Patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus,[z] velut excedens curia: 'Imus,' inquit, 'Prisce, et relinquimus tibi Senatum tuum: regna, præsente Cæsare.' Sequebatur Vibius Crispus: ambo infensi,[a] vultu diverso: Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens: donec accursu amicorum retraherentur. Cum glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci et validi, pertinacibus odiis tenderent, consumtus per discordiam dies.

44. Proximo Senatu, inchoante Cæsare 'de abolendo dolore iraque, et priorum temporum necessitatibus,' censuit Mucianus prolixe pro accusatoribus: simul eos, qui cœptam, dein omissam, actionem repeterent, monuit sermone molli, et tanquam rogaret. Patres cœptatam[1] libertatem,

*animis. Quod postquam animadvertit Marcellus, quasi abiret e senatu:* Eximus, *inquit*, Helvidi, et permittimus tibi senatum tuum: impera, videnti Cæsare. *Et comitabatur* eum *Vibius Crispus: ambo infesti, ore dissimili: Eprius trucibus oculis, Vibius maligne ridens: donec affluentibus amicis, retinerentur. Cum jurgium ingravesceret, hinc plurimi egregiique, inde pauci et præpollentes, pervicacibus animis niterentur*, sic *absumtus* est *per dissensionem dies.*

*Primo senatu, incipiente Domitiano* de obliterando dolore odioque, et superiorum temporum calamitatibus, *disseruit Mucianus multis verbis pro delatoribus: etiam eos, qui inchoatam, dein relictam, cognitionem renovarent, hortatus est miti clementique oratione, et tanquam precaretur. Senatores occupatam libertatem,*

1 Sic Mss. Flor. Bodl. Guelf. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Ms. Jes. *cœptam libertatem;* et sic Gronov. Ms. Reg. et editio princeps, *cœptam*

## NOTÆ

quentia ille recte usus esset, et in salutem civium; iste vero in exitium: quare sic Eprium et *crimine* urgebat, ut qui periculum bonis *facessisset sub Nerone* et *exemplo*, qui divitiis et eloquentia non recte usus esset, quemadmodum Cluvius.

[z] *Marcellus*] Hic homo eloquens magis, quam sapiens aut bonus, ea vi accusatores omnes repressit, aut rejecit; et simul Vespasianum mox suum fecit.

Quod idem observat in Vibio Crispo auctor Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ super hac re: 'Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam suam opposuit? cum accinctus et minax, disertam quidem, sed inexercitatam ejusmodi certaminum, et rudem Helvidii sapientiam elusit.'

Jam et de gratia apud principem ibidem de illis duobus: 'Multos jam annos, ac donec libuit, principes fori, nunc principes in Cæsaris amicitia, agunt feruntque cuncta.' *Lipsius.*

[a] *Ambo infensi*] Id est, Iram et indignationem præferentes vultu, sed dispari modo.

postquam obviam itum, omisere. Mucianus, ne sperni Senatus judicium, et cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium[2] Sagittam et Antistium Sosianum, Senatorii ordinis,[3] egressos exilium, in easdem insulas redegit. Octavius Pontiam Postumiam,[4] stupro cognitam et nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat; Sosianus prävitate morum multis exitiosus. Ambo gravi Senatus consulto damnati pulsique, quamvis concesso aliis reditu, in eadem pœna retenti sunt. Nec ideo lenita erga Mucianum invidia. Quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si reverterentur: accusatorum ingenia et opes et exercita malis artibus potentia timebantur.[b]

45. Reconciliavit paulisper studia Patrum habita in Senatu cognitio secundum veterem morem. Manlius Patruitus,[1] Senator, ' pulsatum se in colonia[c] Senensi[2] cœtu multitu-

*postquam obstabatur, reliquere. Mucianus, ne contemni patrum decretum, et omnibus* sceleribus *Nerone imperante perpetratis concessa venia crederetur, in eosdem scopulos compulit, ac retraxit Octavium Sagittam, et Antistium Sosianum, senatorii fastigii, qui locum exilii* sui *reliquerant. Octavius Pontiam Postumiam, cum qua consuetudinem stupri habuerat, et quæ matrimonium suum sperneret, cupidine vesanus occiderat; Sosianus sævitia ingenii multis perniciosus. Uterque atroci decreto patrum damnati ejectique, licet alii* exules *revocarentur, in eadem exilia redacti sunt. Nec ideo mitigata in Mucianum offensio. Etenim Sosianus ac Sagitta infimi rei* et spernebantur, *etiam si redirent:* at *metuebantur ingenia delatorum et divitiæ, et imbuta pessimis artibus auctoritas.*

*Patrum animos placavit tantisper cognita apud senatum causa, juxta priscum morem. Manlius Patruitus, senatorii fastigii, expostulabat,* verberatum se in

*voluntatem.*—2 *Octavium Sabinum Sagittam.* Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Agr. et editiones veteres. In Lipsianis recentioribusque editionibus omissum est, *Sabinum;* sane, quod supra Annal. XIII. 44. appelletur tantum *Octavius Sagitta.* In Ms. Reg. deest, *Sagittam.* Brotier.—3 In Ms. Reg. et editione principe, *senatorio ordine.*—4 Ms. meus: *Pontiam positam in a stupro cognitam.* Manu vero secunda deletum *τὸ in,* et emendatum, *ac stupro.* Ryckius.

1 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. editio princeps, Jac. Gronovius, et re-

NOTÆ

[b] *Accusatorum ingenia ... timebantur*] Id indistincte sumi possit de omnibus omnino accusatoribus, et quasi in exemplum hi qui delationes exercuerant sub Nerone puniendi essent, et quasi omnino omnes accusatores metuerentur. Nonnulli tamen speciatim de istis intelligunt, quasi patres comparent hic, verbi gratia, Vibium et Marcellum, eorumque similes reos famosos, cum Sosiano et Sagitta, qui viles rei, quod ad exemplum spectabat, nec delatores fuerant.

dinis[d] et jussu Magistratuum,'[e] querebatur: 'nec finem injuriæ hic stetisse: planctum et lamenta[f] et supremorum imaginem præsenti sibi circumdata cum contumeliis et probris, quæ in Senatum universum[g] jacerentur.' Vocati, qui

civitate Senensi, in concione populi, et mandato duumvirorum: nec ibi contumeliam desiisse; *sed* ejulatus et lamenta et funeris *seu exequiarum* simulacrum astanti sibi circum adumbrata *esse* cum conviciis et injuriis, quæ in Patres omnes refunderentur. *Appellati, qui accusabantur. Et, cognitione*

centiores. In Mss. Vatic. 1958. et Jes. *Patricius.* Mss. Harl. Bodl. *Patritius ordinis senatorum.* Puteolanus, *Patricius ordinis senatorii.* In Ms. Agr. *Mallius Patruitus senator.* Frustra Lipsius tentat, *Patruinus;* licet in margine Ms. Vatic. 1958. additum sit, *patri unus.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus habent *Seniensi*, et mox infra *Seniensium;* et sic Ryckius et Gronov. In Ms. Reg. et editione principe, *Semensi* et *Semensium.* In Mss. Vatic. 1863. Corb. et editionibus recentioribus, *Seniensi* et *Seniensium.* Memoratur quidem apud Gruterum, p. 372. n. 7.

PLEB. SENIENSIVM.

At oppidum illud Senia, nunc *Segna*, fuit in Dalmatia: vide Plinium, III. 21. Hic vero agitur de colonia Senensi, nunc *Sienne*, de qua Plinius, III. 5. *Intus coloniæ . . . . Senensis.* Reperit quidem Harduinus in Mss. Plinii, *Senienses;*

## NOTÆ

[c] *Pulsatum se in colonia*] Grande priscis illis moribus crimen. Nam nec convicio senatorem aspergere licebat impune.

Arnobius l. IV. 'Magistratum in ordinem redigere, senatorem aut convicio prosequi, suis esse decrestis periculosissimum pœnis.'

Salvianus l. VI. 'Illustrem ac præpotentem virum nequaquam exhonorari a quoquam licet; et si quisquam exhonoraverit, decretis legalibus reus sistitur, et injuriam auctor jure damnatur.' *Lipsius.*

*Colonia Senensi*] Sena Julia, urbs Etruriæ regionis in Italia: hodie *Siene*, urbs agri Senensis in ducatu Toscanæ. *Tillemonius.*

[d] *Cœtu multitudinis*] Crediderim fuisse pulsatum in cœtu, et a cœtu, multitudinis; idque assentiente et approbante, et veluti jubente ea multitudine, seu plebe Senensi: quippe, *jussu magistratuum*, hanc omnem contumeliam fuisse *ipsi præsenti* publice circumdatam, ac cœtu persultante, *querebatur* Manlius.

[e] *Jussu Magistratuum*] Decuriones intelligit.

[f] *Planctum et lamenta*] An Senenses, lasciviæ causa, iis similia in Manlio lusere, quæ Apuleius in Thessalia passus est, dum risus anniversarius dies celebratur?

Certe enim hæc, *planctum et lamenta, et supremorum imaginem præsenti sibi circumdata*, lusum sapiunt, quo ille vivus, ut vita functus, a Senensibus habitus sit. *Saliner.*

[g] *Quæ in Senatum universum*] Non quod senatum Rom. præcise et directe lacesserent; id enim audacius, quam in decuriones et magistratus municipales cadat; sed quia senatori inferebatur illa contumelia, non potuit fieri, quin simul etiam refunderetur id convicium in senatum, aut saltem id queri debuit Manlius apud

arguebantur. Et, cognita causa,[3] in convictos vindicatum. Additumque[h] SC. quo Senensium plebes[4] modestiæ admoneretur. Iisdem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus[5] [i] damnatur lege repetundarum, et exilio ob sævitiam.

46. Inter quæ militaris seditio prope exarsit. Prætorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati: et illectus[1] in eandem spem, e legionibus miles[j] promissa stipendia flagitabat: ne Vitelliani quidem sine

*habita, in compertos* reos *animadversum. Adjunctumque S. C. quo Seniensium populus modestiæ admoneretur. Eodem tempore Antonius Flamma a Cyrenensibus* postulatur, *mulctaturque lege repetundarum, et exilio ob immanitatem.*

*Interea discordia militaris fere accensa est. Exauctorati a Vitellio militiam prætorianam reposcebant pro Vespasiano convocati: et assumtus in idem votum, e legionibus miles promissam pecuniam postulabat: ne Vitelliani quidem ejici pote-*

at recte edidit, *Senensis.* Brotier.—3 Ita Mss. et libri editi, præter J. F. Gronovium, qui edidit, *cognita jussa.* Unde Illustr. Huetius emendabat, *cognito jussu.* At verum est, *cognita causa.* Sic in Digest. lib. XLVII. Tit. 10. 'de Injuriis et famosis libellis.' leg. 17. ex Ulpiano: 'Ait prætor....causa cognita, ipsi qui injuriam accepisse dicetur, judicium dabo.' *Brotier.*—4 Mss. Harl. Jes. *plebs.*—5 Ita bene Mss. Harl. Jes. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *Cirensibus.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *Cyrensibus.* Ms. Agr. *Cretensibus.* Brotier.

1 Brotierus cum Ryckio et Gronov. scribit, *lectus in eandem spem.* Ms. Reg. et editio princeps, *lectus eadem specie.* Tentabat Muretus, *erectus in eandem spem.* Cl. Ernest., *illectus,* vel *allectus: illectus* recipiunt Bipont. *Brot.*—

NOTÆ

patres, ut eos ad vindictam privatæ injuriæ accenderet. Jam sub principibus imminuta dignitas patrum, et ob numerum, et ob tenues opes, et quia remoti illi magna ex parte a repub. regenda; nec jam publica negotia decidebant modici patres, qui fere dignitates non adipiscebantur, neque provincias regebant: et quia inducti socii opulentiores in curiam, et jam multi senatores erant, qui neque urbem neque curiam viderant.

[h] *Additumque, &c.*] Sic fiebat, cum plebs admoneri publice deberet, decretum patrum, quod consules edicto suo promulgabant: tunc autem ambo consules aberant, Vespasianus scil. et Titus.

[i] *Cyrenensibus*] Cyrenaica provincia Libyæ regionis in Africa citeriore: hodie pars occidentalis regni et deserti *Barca,* in Barbaria et Biledulgerid regionibus.

*Cyrene*] Urbs Cyrenaicæ provinciæ: hodie *Cairoan,* oppidum regni Barcæ versus oram, in Barbaria. *Tillemon.*

[j] *Lectus in eandem spem e legionibus miles*] Ex Flavianis partibus; ut vero quam simillimum videatur, multos legionariorum facilius inductos esse, ut isti se rei miscerent, tanta beneficii spe. *Savil.*

Alii, *erectus.* Sed miles, quia in spem prætorianæ militiæ *electus* erat, repetentibus eam aliis, promissam sibi flagitabat. *Acidalius.*

multâ cæde pelli poterant; sed immensa pecunia dicebatur, qua tanta vis hominum retinenda erat.[2] Ingressus castra Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit, modicis inter se spatiis discretos.[k] Tum Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus, ceterique per urbem et urbi[3] vicina conquisiti, producuntur prope intecto corpore. 'Eos' Mucianus[l] 'diduci,[4] et Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim[5] assistere,' jubet. Illos primus statim aspectus obstupefecerat: cum ex diverso velut aciem, telis et armis

*rant, sine plurima cæde. Intrans castra Mucianus, quo melius stipendia cujusque nosceret, disposuit victores suis cum ornamentis armisque, divisos inter se modicis intervallis. Tum Vitelliani, quos se fidei* victoris *permisisse apud Bovillas retulimus, aliique per civitatem, et proxima civitati* loca *investigati, exhibentur fere nudo corpore.* Eos *Mucianus* separari *jubet*, et seorsim astare militem Germanicum ac Britannicum, et si qui aliorum exercituum *aderant. Vitellianos statim* ea *prima species perculerat: cum ex alia parte, velut instructum agmen, telis*

2 Ita plane habet Bud. cod. et Puteol. editio cum seqq. absque illa transpositione, quam e cod. Flor. notavit Pich. (de Guelf. et Agr. dubitare licet.) Verba, quæ in cod. Agr. adduntur, sunt ista: *sed immensa pecunia tanta vis hominum retinenda erat.* Ex quibus collatis cum iis, quæ ex cod. Flor. et Guelf. referuntur, Bip. quos lubens sequor, acute non minus quam vere locum nostrum ita refingunt: *sed immensa pecunia dicebatur, qua tanta vis hominum retinenda erat*, ubi *dicebatur* loco *τοῦ fer(ebatur)* Flor. pro *promittebatur:* ut apud Nonium IV. 122. Ceterum verba ista: *quo tanta vis hominum retinenda erat*, capiti 53. nullatenus convenire, sensit non nemo interpretum. Sic Guerin non videre se ait, quid *altitudo templo adjecta ad tantam vim hominum retinendam* faciat. In Bud. *τῷ ingressus* 2. m. adjecit *post hec.* Oberl. In Edd. Ryckii, Gronov. et Brotier. omittuntur hæc verba Msti Agr.—3 Ms. Agr. *Urbique vicina.*—4 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *deduci.*—5 Male

NOTÆ

[k] *Discretos*] Id intelligendum de legionibus aut cohortibus, quæ a se invicem, sub suis quæque signis, modico intervallo discretæ erant.

[l] *Eos Mucianus diduci*] Eos Mucianus, statim atque producti sunt, diducit; Germanicum, nempe, militem a Britannico separat, ita ut seorsim assisteret Britannicus miles, seorsim Germanicus; et sic de milite aliorum exercituum.

Attamen sic non singuli, sed per centurias assistebant; sed cum sic ab invicem distraherentur, ea separatio, simul et ex diverso acies victorum horrida armis telisque, ipsos exterruerat. Vitelliani, seu victi simul omnes ibi congregantur; dein ex quocumque exercitu distrahuntur ab invicem, circumfusi agmine victorum seu Flavianorum: id eos terret.

trucem, semet clausos nudosque et illuvie deformes, aspicerent. Ut vero huc illuc distrahi cœpere,[6] metus per omnes et præcipua Germanici militis formido, tanquam ea separatione ad cædem destinarentur :[7] prensare commanipularium[m] pectora,[8] cervicibus innecti,[9] suprema oscula petere, 'ne desererentur soli, neu, in pari causa, disparem fortunam paterentur :' modo Mucianum, modo absentem Principem, postremum[10] cœlum ac Deos obtestari : donec Mucianus, 'cunctos ejusdem sacramenti, ejusdem Imperatoris milites' appellans, falso timori obviam iret. Namque et victor exercitus clamore lacrymas eorum juvabat. Isque finis illa die. Paucis post diebus, alloquentem Domitianum[n] firmati jam excepere. Spernunt oblatos[11] agros : 'militiam et stipendia' orant. Preces erant, sed quibus

*armisque horridum*, et *seipsos circumdatos intectosque, et pædore squalidos, viderent. Ut vero huc et illuc diduci cœperunt*, it *pavor per universos, et maximus Germanici militis metus, tanquam ea divisione exitium* ipsis *præparetur : complecti pectora commilitonum, cervicibus implicari, novissimos amplexus poscere*, ne destituerentur soli, et ne in simili causa dissimilem sortem experirentur : *nunc Mucianum, nunc absentem Imperatorem ; denique sidera ac Numina obtestari : donec Mucianus*, omnes *vocans* earundem partium, et ejusdem principis milites, *vano parori subveniret. Quippe etiam victor miles vocibus* suis *fletus eorum defendebat. Isque exitus* rerum *illa die. Paucis interjectis diebus, concionantem Domitianum firmati* animis *sustinuere. Contemnunt promissas terras, postulant* bellum et sti-

Mss. Flor. Reg. Guelf. et editio princeps, *separati*. Brotier.—6 Ms. Reg. et editio princeps, *incœpere*.—7 Ita Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et editiones veteres, *destinaretur*.—8 Sic bene veteres et recentiores editiones. Suffragatur Ms. Reg. licet corrupte habeat, *prensare cum manipularium præterea*. Male Aldus, *cum prehensare manipularium pectora*. Frustra tentat Lipsius, *prensare commanipulares, pectori, &c.* Acidalius, *prensare commanipularium dextras*. Brotier.—9 Ita bene Ms. Flor. Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Agr. et editione principe, *cervicibus injecta*. Puteolanus, *injecti*, uti placebat Ryckio. Ms. Bodl. *invecti ;* quod Rhenano probatum. *Idem*.—10 Ms. Ryckii *postremo*.—11 Ita veteres editiones, Pichena et recentiores. Sine necessitate Rhenanus, *oblatos sibi agros*. Brotier.

## NOTÆ

[m] *Prensare commanipularium*] Alii aliter reponunt, *pectori, cervicibus :* pro *innecti, invecti*, pro *pectora*, legunt *dexteras*. Sed hæc frustra : sufficit vulgata lectio.

[n] *Alloquentem Domitianum*] Dio : 'Mucianus adduxit Domitianum ad milites, fecitque ut, quamvis puer, apud eos concionaretur, tum singuli aurei dati sunt viritim militibus.' Aureus valebat 100. nummis sestertiis : nostro more sunt septem libræ et 10. asses.

contradici non posset: igitur in Prætorium accepti. Dein, quibus ætas et justa stipendia,[o] dimissi cum honore, alii ob culpam; sed carptim ac singuli: quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.

47. Ceterum verane[1] pauperie, an uti videretur,[p] actum in Senatu, 'ut sexcenties sestertium[q] a privatis mutuum acciperetur.' Præpositusque ei curæ[2] Poppæus[3] Silvanus: nec multo post necessitas abiit, sive omissa simulatio. Abrogati[4] inde, legem ferente Domitiano, Consulatus,[r] quos Vitellius dederat. Funusque Censorium[s] Flavio Sabino ductum: magna documenta instabilis Fortunæ, summaque et[5] ima miscentis.[t]

pendia. *Precationes erant, sed quibus resisti non posset: itaque in militiam prætorianam allecti* sunt. *Dein, quibus ætas et merita stipendia* erant, sacramento *soluti cum decore, alii ob flagitium; sed seorsim et divisim quilibet: quo certissimo remedio conspiratio turbæ infringitur.*

*Ceterum an vera inopia, an ut* sic *crederetur, relatum apud patres,* ut sexcenties sestertium a privatis mutuum sumeretur. *Præfectusque tali muneri Poppæus Silvanus: et paulo post egestas cessavit, vel spreta dissimulatio. Dein abrogati, legem sanciente Domitiano, consulatus, quos Vitellius concesserat. Et decore censorio celebratæ exequiæ Flavii Sabini: magna exempla fallacis fortunæ, sublimia simul et infima permiscentis.*

1 *Vera*, excidit in Ms. Reg. et editione principe. Ms. Ryckii, *Ceterum milites ne pauperie abuti viderentur.*—2 In Msto Ryckii desideratur *curæ.*—3 Brotierus legit *Pompeius Silvanus:* et sic Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres. Pichena et recentiores, *Poppæus Silvanus*, et sic Ryckius, Gronov. et Bipont.—4 Guelf. Budens. et ed. pr. vitiose *abroganti.* Ernest. —5 Sic optime Ms. Agr. Berneggerus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *summaque etiam.* Brotier.

## NOTÆ

[o] *Quibus ætas et justa stipendia*] Nempe sexdecim, vel etiam viginti anni.

[p] *An uti videretur*] Sueton. cap. 16. 'Initio statim principatus professus est Vespasianus, quadringenties millies HS. opus esse, ut Respublica stare posset.' Summa cui parem audivisse non memini, colligit supra trecentos milliones librarum. *Savil.*

[q] *Sexcenties sestertium*] Quindecies centena millia ducatorum quantitas hujus pecuniæ æquat. *Alciat.* Id est, 468,750 lib. sterl. *Savil.*

[r] *Abrogati....Consulatus*] Abrogari lege semper debuit consulatus eorum qui vel ultro exibant, vel abdicabantur, priusquam in eorum locum alii sufficerentur, etiam mortuorum, vel et perduellium, &c. quod supra neglectum a Vitellio in Cæcinam, criminatur Tacitus.

[s] *Funusque Censorium*] Magnifice exstructum significat, et eminenti præ ceteris apparatu, ut censuræ dignitas reliquis præfulgebat, eratque

48. Sub idem tempus L. Piso Proconsul[1] interficitur. Ea de cæde[2] quam verissime[3] expediam, si pauca supra repetiero,[4] [u] ab initio causisque talium facinorum non absurda. Legio in Africa auxiliaque tutandis Imperii finibus, sub D. Augusto Tiberioque Principibus, Proconsuli parebant. Mox C. Cæsar, turbidus animi, ac M. Silanum,[v]

*Eadem tempestate L. Piso proconsul interimitur. Quam brevissime referam de ea nece, si pauca altius repetiero,* quæ *haud aliena* sunt *a principio et causis talium flagitiorum. Legio in Africa, et copiæ sociorum defendendis imperii limitibus* necessariæ, *obsequebantur proconsuli, Divo Augusto Tiberioque imperitantibus. Dein Caligula, mente commotus, et formidans M. Silanum, qui præerat Africæ,*

1 Ita Mss. Bodl. Jes. et editiones veteres. Jac. Gronovius e Ms. Flor. *proconsule.* Sic quoque fuit prima manu in Mss. Harl. Guelf. Secunda emendatum, *proconsul.*—2 Ms. Ryckii *eam cædem.*—3 Acidalius mavult *brevissime.* —4 Edd. habent *petiero.* Sed forte, et ex usu Taciti, *repetiero;* uti Mureto

NOTÆ

cujuslibet honoris fastigium.

Polybius lib. VI. scribit, in funere consulari aut prætorio nonnullos e nobilioribus lectos defuncti pompam duxisse, *in veste* tantum *prætexta purpura.* At in funere censorio *ἐν πορφυρᾷ, in purpura.* Savil.

[t] *Summaque etiam miscentis*] Rodolphus acute, *summaque et ima miscentis.* Lipsius. Vulgata tamen lectio eundem sensum recipere possit: sæpe cum acute corrigunt, tum acute corrumpunt.

[u] *Si pauca supra repetiero*] Videatur vocula excidisse: *quam potero verissime expediam:* ut tanquam in re incerta secuturum se verum, qua possit, profiteatur.

Sed credo, non *verissime* hic Tacito scriptum, sed *brevissime:* quod postea corruptum ex vitiosa scribendi ratione, *vrevissime.*

Nam hæc auctoris mens, quasi veniam digressus aliquanto longioris orantis: cum alia quædam huc facientia altiuscule repetierit, de cæde ipsa quam brevissime se absoluturum. *Acidalius.*

Cur veritatem profiteatur egregius auctor, præcipue post fata et cineres Muciani, qui auctor hujus cædis, et post exstinctam gentem Flaviam? Nam ævo Trajani scripsit, aut certe edidit historiam. Nec solet id profiteri Tacitus: sufficit historicum profiteri semel. Attamen est quod dubitetur, ut in re incerta, et multis dolis insidiisque et sceleribus incretata, adversus proconsulem et quidem nobilissimum et bonis artibus eximium: unde metus imperitantium, et quæ cædes ad multos spectabat, et quæ forte varie ab auctoribus ejusdem ævi tradita erat, prout faverent, aut dominantes odissent. Sed tamen cum dicit, *expediam,* de brevitate innuere videtur, scil. se breviter acturum proponit, postquam pauca supra repetierit. Reponunt, *petiero,* et sæpe Tacitus simplex usurpat pro composito. Melius tamen, *repetiero.*

[v] *M. Silanum*] Dio hæc in rebus Caii mire confundit ac miscet: nec M. Silano proconsule evenisse divisionem hanc vult, sed ipso L. Pisone.

obtinentem Africam, metuens, ablatam Proconsuli legionem, misso in eam rem Legato tradidit. Æquatus inter duos beneficiorum numerus,[w] et mixtis utriusque mandatis, discordia quæsita, auctaque pravo certamine.[5] [x] Legatorum vis[6] adolevit diuturnitate officii, vel quia minoribus major

*ademit legionem proconsuli, eamque permisit legato in eam curam misso. Divisis inter duos muneribus pari jure, et conjunctis utriusque imperiis, dissensio nata, et adaucta* est. *Improba contentione, legatorum auctoritas increvit,* vel *continuatione*

aliisque eruditis viris jam observatum. *Brotier.*—5 Sic bene Ms. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Male interpunxerat Puteolanus, *auctaque. Pravo certamine legatorum jus, &c.* et sic Gronov. *Brotier.*—6 Sic Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *Jus,* habent Gronov. Ryckius et Brotier. *Vis* recipiunt Bipont.

## NOTÆ

Vide eum, et de hac ipsa cæde Plinium, l. III. epist. 7. *Lipsius.*

[w] *Beneficiorum numerus*] Proprie et ex ævi ejus usu accipe *beneficia,* promotiones ad altiores ordines sive gradus.

Castrense in ea re verbum est, Livio sic usurpatum l. IV. ‘ Ut tribuni militum a populo senideni crearentur; quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia.’

Ciceroni etiam, epistola ad Rufum quæstorem : ‘ de centurionibus tamen et tribunorum militum contubernalibus, res est in integro : genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat.’

Nec Valerius alio sensu l. IV. c. 7. scripsit : ‘ Ad equestrem ordinem et splendidæ militiæ stipendia P. Cælii beneficio pervenerat.’ Item Suetonius Tiberii cap. 12. clare : ‘ venit in suspicionem, per quosdam beneficii sui centuriones.’

Noster adæque l. I. supra : ‘ Primores militum, per beneficia Nymphidii, ut suspectos.’ Hi tales, *beneficiarii* dicti.

Cæsar de bello civili lib. II. ‘ Petreius cum prætoria cohorte, barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis.’ Passim in lapidibus : BF. COS. ET BF. PR. PR. id est : ‘ Beneficiarius consulis : beneficiarius prætoris : beneficiarius præfecti prætorio aut proprætoris.’

Vegetius restringere nomen videtur. Et ‘ beneficiarii,’ inquit, l. II. c. 7. ‘ ab eo appellati, quod beneficio tribunorum promoverentur :’ et ad ejus mentem in lapidibus lego ista, in Piceno : BENEFICIARIUS. TRIBUNI. DEINDE. OPTIO. IN. CENTURIA. Romæ : CORNELIO. MARCIANO. MILITI. COHORT. XII. URB. BENEF. TRIBUN. *Lipsius.*

[x] *Pravo certamine*] Sic distinguo, *auctaque pravo certamine. Legatorum jus adolevit diuturnitate officii.* Gronov.

Vulgata recte, *auctaque. Pravo cert. &c.* Sic intelligendum, quasi scripsisset : In pravo hoc certamine legatorum jus adolevit, diuturnitate, scil. officii ; quia, nempe, proconsul ad unum annum Africæ, legatus ad plures annos legioni præerat.

æmulandi cura; Proconsulum splendidissimus quisque securitati magis, quam potentiæ[y] consulebant.

49. Sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus,[z] sumtuosæ adolescentiæ, neque modica cupiens,[1] et[2] affinitate Vitellii anxius. Is crebris[3] sermonibus tentaveritne Pisonem ad res novas, an tentanti restiterit, incertum; quoniam secreto eorum nemo affuit, et, occiso Pisone, plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. Nec ambigitur, provinciam et militem alienato[4] erga Vespasianum animo fuisse: et quidam e Vitellianis, urbe profugi, ostentabant Pisoni 'nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula ipsius, et in[5] pace suspecta[6] tutius bellum.' Inter quæ Claudius Sagitta, Præfectus alæ Petrinæ,[7] [a] prospera navi-

*muneris, vel quia inferioribus majus obtrectandi studium;* et quia *proconsulum illustrissimus quisque providebant magis incolumitati* suæ, *quam auctoritati.*

*Sed tum Valerius Festus legioni præerat in Africa,* is *luxuriosæ juventæ, neque exigua appetens, sed necessitudine Vitellii solicitus* erat. *Ille frequentibus colloquiis, dubium, an impulerit Pisonem ad nova molienda, an molienti repugnaverit; quoniam arcano illorum nullus* testis *adhibitus, et, interemto Pisone, multi propendere in favorem percussoris. Nec dubitatur, Africam legionemque a partibus Flavianis abhorruisse: et nonnulli e Vitellianis, ex urbe fugientes, exhibebant Pisoni* dubitantes Gallias, promtam Germaniam, discrimina ipsius, et in pace ambigua minus periculosum bellum. *Interea Claudius Sagitta, præfectus alæ Petrinæ, felici navigatione antevertit Papirium, centurionem, quem Mucianus miserat,*

1 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *cupido.* Brotier.—2 *Et,* habent Mss. Reg. Agr. editio princeps et Ryckius. Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores cum Gronov. *sed.* Quod non ita convenit. In Ms. Bud. *si.* Idem.—3 *Crebris,* et mox *ad res novas,* omissa sunt in Ms. Agr.—4 Pessime Ms. Reg. et editio princeps, *alienatam.* Brotier.—5 Præpositionem, *in,* habent libri omnes. Recte tamen omitteretur, ut Mureto, Grotio aliisque jam observatum. *Brotier.*—6 Male Ms. Reg. *susceptum.* Editio princeps, *suscepit.* Idem.—7 Perperam Ms. Reg. *paternæ.* Editio princeps, *Peternæ.*

## NOTÆ

[y] *Securitati magis quam potentiæ*] Quia proconsules illi, utpote splendidissimi, semper suspecti malis principibus, hinc saluti tantum suæ consulebant, non augendæ potentiæ vel auctoritati; immo tum ignavia pro virtute et sapientia fuit. Sueton. Galba 9. 'Paulatim in desidiam segnitiemque conversus est, ne quid materiæ præberet Neroni; et, ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur.'

[z] *Valerius Festus*] Plinius lib. III. epist. 7. 'Nuper L. Piso, pater illius, qui a Valerio Festo per summum facinus in Africa occisus est.'

[a] *Præfectus alæ Petrinæ*] In Notitia imperii, *præfectus alæ Petrianæ* legitur in Britannia *per Lineam valli:* ubi

gatione prævenit Papirium, Centurionem, a Muciano missum,[8] asseveravitque 'mandata interficiendi Pisonis Centurioni data. Cecidisse[9] Galerianum, consobrinum ejus generumque. Unam[10] in audacia spem salutis. Sed duo itinera audendi; seu mallet statim arma, seu petita navibus Gallia, Ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet.'[11] Nihil ad ea moto Pisone, Centurio a[12] Muciano missus, ut portum Carthaginis attigit, magna voce læta Pisoni omina,[13] [b] tanquam Principi, continuare;[14] obvios et subitæ rei miraculo attonitos, ut eadem astreperent,[15] hortari: vulgus credulum, ruere in forum: 'præsentiam Pisonis' exposcere. Gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri[16] et adulandi libidine. Piso, indicio Sagittæ, vel insita modestia, non in publicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit. Centurionemque percunctatus, postquam, 'quæsitum sibi crimen cædemque,' comperit,[c] 'animadverti in

*affirmavitque* data centurioni jussa interimendi Pisonis. Interfectum fuisse Galerianum, sobrinum ejus generumque. Unam *superesse* in virtute spem incolumitatis. Sed duas aggrediendi vias; sive mallet statim bellum, sive navibus in Galliam advectus, ductorem se Vitellianis legionibus offerret. *Nequaquam ad ea Pisone excito, centurio missus a Muciano, ubi portum Carthaginis ingressus est, alta voce, affluentia omnia Pisoni, velut Imperatori, continuo apprecari; incitare obvios, et repentinæ rei prodigio stupentes, ut eadem acclamarent: credula plebs, concurrere in forum:* conspectum Pisonis *flagitare. Lætitia, plausu, et acclamationibus omnia turbabant, incuria veri, et assentandi cupidine. Piso, nuntio Sagittæ* inductus, *vel ingenita moderatione, non in publicum exiit, neque se favori plebis tradidit. Et sciscitatus centurionem, ubi intellexit* paratum sibi crimen et exitium, puniri eum *jussit, non tam spe salutis, quam ira in inter-*

Brotier.—8 Budens. *omissum;* vitium e vicinia ortum. *Oberl.*—9 Ms. Bud. *cessisse.* Inde frustra tentat Rhenanus, *cæsos esse.* Brotier.—10 Ms. Jes. *una.* —11 Ms. Agr. *ostentaret.*—12 Præpositio deest in Budens.—13 Sic bene Acidalius, Ernestus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *omnia;* [et sic Gronov. et Ryckius] *Brotier.*—14 Frustra tentat Groslotius, *conclamare.* Non conclamavit tantum, sed læta hæc omina magna voce intentisque clamoribus continuavit. *Idem.*—15 Ms. Bodl. *obstreperent.*—16 Ita optime Rhenanus et recentiores. Male Ms. Reg. et editiones veteres, *viri.* Mss.

NOTÆ

Linea valli, non aliud est, quam tractus ille ad vallum a Severo aliisque exstructum. *Lipsius.*

[b] *Læta Pisoni omina*] Melius, *omnia:* sic enim supra de Vespas. 'affluentia omnia excepit,' cum nempe imperator salutatus est.

[c] *Quæsitum sibi crimen cædemque comperit*] Sensus est, Centurionem lætas illas voces vulgavisse, ad ten-

eum' jussit, haud perinde spe vitæ, quam ira in percussorem, quod idem ex interfectoribus Clodii Macri, cruentas Legati sanguine manus ad cædem Proconsulis retulisset. Anxio deinde edicto[d] Carthaginiensibus[17] increpitis, ne solita quidem munia usurpabat, clausus intra domum, ne qua motus novi causa vel forte oriretur.

50. Sed, ubi Festo consternatio vulgi, Centurionis supplicium, veraque et falsa, more famæ, in majus innotuere, equites in necem Pisonis mittit. Illi raptim vecti, obscuro adhuc[e] cœptæ lucis, domum Proconsulis irrumpunt, destrictis[1] gladiis: et magna pars Pisonis ignari, quod Pœnos auxiliares[f] Maurosque[2] in eam cædem delegerat: haud procul cubiculo, obvium forte servum, ' quisnam,[g] et ubi esset

*fectorem, quod idem* ipse unus *ex percussoribus Clodii Macri, imbutas cruore legati manus ad necem proconsulis rursus attulisset. Mox solicito edicto objurgatis Carthaginensibus, ne sueta quidem officia exercebat, clausus intra penates, ne qua novi tumultus occasio vel casu fortuito existeret.*

*Sed, postquam compertus est Valerio tumultus plebis, mors centurionis, veraque et ficta, ut famæ ingenium* est, *in majus* nuntiata sunt, *mittit equites in cædem Pisonis. Illi propere invecti, dubia adhuc et vix albente luce, irruunt in ædes proconsulis, nudatis ensibus: et* illi *magna ex parte Pisonem ignorabant, quia* Festus *assumserat in eam necem Pœnos auxiliares Maurosque: haud longe a cubiculo* Pisonis *servum forte occurrentem percunctati sunt,* quisnam *esset,* et ubi versare-

Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *indulgentia.* Brotier.—17 Sic bene Cl. Lallemand; et ita passim Livius, Plinius aliique. In libris ante editis, *Carthaginensibus.* Idem.

1 Ms. Harl. et veteres editiones, *districtis.*—2 In Ms. Reg. et editione

NOTÆ

tandum Pisonis animum: ut si alacrem vidisset, paratumque ad capessendum imperium, conscientiam criminis in eo magis argueret; et sic justius ac majori ludibrio illum occideret; Pisonem autem, cognito centurionis dolo, jussisse in eum animadverti. *Pichena.*

[d] *Anxio deinde edicto*] Tale fuit edictum, ut anxietatem ejus declararet, et fere ambiguum fuit: quomodo enim loquatur aut edicat? an abblandietur iis, qui principatum illi deferunt? an castigabit, ut statim eum deserant, et stent pro quærentibus ipsi crimen exitiumque? Angustiæ undique et anxietas.

[e] *Obscuro adhuc*] Id est, diluculo, seu luce maligna, mane oriri incipiente, vix dum albente die.

[f] *Pœnos auxiliares*] Mirari subit, quod Pœni ignorarent proconsulem Africæ Carthagine sedentem. Attamen illi externi Romanis, et per unum tantum annum imperabat proconsul, nec se castris immiscebat.

[g] *Quisnam*] Sic intelligendum, quisnam ipse esset? et ubi esset Piso?

Piso?' interrogavere. Servus egregio mendacio, 'se Pisonem esse,' respondit: ac statim obtruncatur: nec multo post Piso interficitur. Namque aderat, qui nosceret, Bebius Massa, e Procuratoribus[3] Africæ, jam tunc optimo cuique exitiosus, et in causas malorum, quæ mox tulimus,[h] sæpius rediturus. Festus Adrumeto,[i] ubi speculabundus[j] substiterat, ad legionem contendit,[4] Præfectumque castrorum, Cetronium[5] Pisanum, vinciri jussit, proprias ob simultates: sed 'Pisonis satellitem' vocabat, militesque et Centuriones quosdam puniit,[6] alios præmiis affecit: neutrum ex merito, sed ut oppressisse[7] bellum crederetur. Mox Oëensium,[8k]

tur Piso? *Servus honesto commento respondit*, se esse Pisonem: *et statim trucidatur: et paulo post occiditur Piso. Quippe aderat, qui* eum *nosset. Bebius Massa* unus *e procuratoribus Africæ, jam tunc honestissimo cuique perniciosus, et inter causas calamitatum, quas postea toleravimus, sæpe memorandus. Valerius Adrumeto, ubi cunctabundus et futuri anxius restiterat, ad legionem se confert, et catenas injici jussit Cetronio Pisano, præfecto castrorum, ob privatas inimicitias: sed* ministrum Pisonis *appellabat, militesque et centuriones nonnullos pœnis affecit, alios remuneravit: omnia* hæc *præter jus fasque, sed ut extinxisse bellum putaretur. Dein pacat sedatque dissensiones Ophensium, et Leptitanorum, quæ, populatione mes-*

principe, *Pœnos, auxiliaresque Mauros.*—3 In Ms. Reg. et editione principe, *procurator Africæ.* Quod certe melius, si unus fuerit procurator Africæ. At forte plures fuere in hac provincia, populi Romani altrice. In Ms. Reg. et editione principe omissum, *Massa.* Brotier.—4 Ita Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio et Gronov. *tendit.*—5 Ms. Reg. *Secronium.* Editio princeps, *Cecronium.*—6 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *punit.*—7 Ms. Budens. *obrepsisse.* —8 Pessime Ms. Reg. *offensam.* Editio princeps, *offensum.* Ms. Agr. *Aspensium.* Nec melius Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Gronov. *Ophensium.* Emendandum, *Oëensium*, duce Plinio, v. 5. monuerunt Surita, Lipsius, Ryckius et Huetius. Forte tamen ex nummo, quem edidit Cl. Pellerin, 'second Supplément aux Recueils de Médailles,' p. 48. et 49. corrigen-

NOTÆ

[h] *Quæ mox tulimus*] Tempore nempe Domitiani. Tacitus in vita Agricolæ, Plinius in epistolis. *Savilius.*

[i] *Adrumeto*] Adrumetum, urbs Byzacenæ provinciæ, in Africa minore: hodie *Hamamethe*, urbs regni Tunetani in Barbaria. *Tillemonius.*

[j] *Speculabundus*] Ibi enim expectabat Valerius, quorsum res evaderet, num equites occiderent Pisonem, num populus arma capesseret, vel quid aliud forte contingeret.

[k] *Mox Oëensium*] *Oëensium* reposui, statimque, *populus Oëensis.* Te advoco, C. Plini, in meam fidem et Taciti lucem: scribis l. v. c. 5. his ipsis verbis: 'Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Proximo bello quod cum Oëensibus Romani gessere, initiis Vespasiani imperatoris, compendium viæ quatridui deprehensum est.'

Quod illud bellum sub initia Ves-

Leptitanorumque[l] discordias componit, quæ, raptu frugum et pecorum inter agrestes, modicis principiis, jam per arma atque acies exercebantur. Nam populus Oëensis, multitudine inferior, Garamantas exciverat, gentem indomitam et inter accolas latrociniis fœcundam. Unde arctæ[9] Leptitanis res,[m] lateque vastatis[10] agris intra mœnia trepidabant: donec, interventu cohortium alarumque, fusi Garamantes[n] et recepta omnis[11] præda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium ulterioribus vendiderant.

51. At Vespasiano, post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios, 'cecidisse Vitellium,' multi cujusque ordinis, pari audacia fortunaque hybernum mare ag-

*sium et armentorum inter rusticos, levibus initiis, tum armis et prœliis decertabant. Quippe natio Ophensis, numero impar, excitaverat Garamantas, nationem imperii ignaram, et inter vicinos raptibus opulentam. Unde angustæ Leptitanorum res* erant, *et populatis passim prædiis, intra muros pavebant consternati; donec, succurrentibus cohortibus* Rom. *alisque, pulsi* sunt *Garamantes, et recuperatæ quas rapuerant copiæ et opes, nisi quas palati per invia mapalium, remotioribus* populis *venumdederant.*

*At post Cremonense prœlium, et fausta undique* allata *nuntia, plurimi cujusvis ordinis, simili audentia et fortuna,* sævum ut *per hyemem pelagus ingressi, Vespa-*

dum *Ocensium.* Brotier.—9 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. Rhenanus, *arcta.*—10 Ms. Agr. *vastis.*—11 Ms. Ryckii, *omni.*

NOTÆ

pasiani, nisi illud? itaque Plinio quoque prælucent clare hæc Corneliana. Tempus, situs, nomen, omnia conveniunt.

Et est hoc illud ipsum celebre oppidum, unde Pudentilla Apuleii, ut ipse apologia commemorat. Scripsit et orationem, *pro statua sibi Oëæ locanda.* Lipsius.

*Ophensium*] Lego cum Lipsio, *Oëensium.* Oëa, urbs Tripolitanæ provinciæ in Africa minore: hodie *Tripoli,* urbs primaria regni Tripolitani, in Barbaria. *Tillemonius.*

[l] *Leptitanorum*] Leptis magna, vel Neapolis, urbs Tripolitanæ provinciæ in Africa minore: hodie *Lebeda* urbs regni Tripolitani ad oram, in Barbaria. Fuit etiam *Lepte minus,* urbs Byzacenæ provinciæ in Africa minore: hodie *Lenita,* vel *Monastero,* urbs regni Tunetani ad oram, in Barbaria. *Tillemonius.*

[m] *Unde arcta Leptitanis res*] Scripserim, *unde arctæ L. res.* Sic supra Hist. III. 69. 'ni subveniretur, arctas res nuntiaret.' *Freinshemius.*

[n] *Garamantes*] Garamantes late sumti, populi Africæ sive Libyæ interioris: hodie pars orientalis regionis *Saara,* vel *Deserti.*

Garamantes proprie dicti, populi Garamantum supradictorum: hodie deserta *Berdoa* et *Lempta,* in regione Saara, &c. *Tillemon.*

gressi,[1] nuntiavere. Aderant legati Regis Vologesi, 'quadraginta Parthorum[o] equitum millia' offerentes. Magnificum lætumque, tantis sociorum auxiliis ambiri,[p] neque indigere. Gratiæ Vologeso actæ, mandatumque, 'ut legatos ad Senatum mitteret[q] et pacem esse sciret.' Vespasianus, in Italiam resque urbis intentus, adversam de Domitiano famam accipit: 'tanquam terminos ætatis et concessa filio egrederetur.' Igitur validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Judaici belli perpetranda.

52. Titum, antequam digrederetur,[r] multo apud patrem sermone orasse dicebatur, 'ne criminantium nuntiis temere accenderetur: integrumque se ac placabilem filio præstaret. Non legiones, non classes, perinde firma imperii munimenta,

*siano retulere*, periisse Vitellium. *Adventabant oratores regis Vologesi, promittentes* quadraginta millia equitum Parthorum. *Gloriosum faustumque* erat, *a tam multis sociorum copiis coli ac prensari, neque opus habere. Redditæ grates Vologeso, rescriptumque*, ut mitteret legatos ad senatum, et finitum bellum esse disceret. *Vespasianus*, curas suas *in Italiam resque civitatis convertens, sinistrum de Domitiano rumorem audit:* tanquam transiret fines ætatis, et permissa filio. *Itaque permittit Tito firmissimam exercitus partem, ad reliquias Judaici belli profligandas.*

*Ferebatur Titum, priusquam discederet* a patre, *plurimo apud illum colloquio obsecrasse*, ne literis accusantium facile commoveretur: incorruptumque se et exorabilem filio exhiberet. Non exercitus, non classes, æque valida *esse*

1 Ferrettus mallet, *ingressi*. Sed nec peccat, *aggressi*. Brotier.

NOTÆ

[o] *Quadraginta Parthorum*] Nec nimis pro illo rege, et militia totius gentis equestri. Idem numerus in Suetonio, cap. 6. 'Vologesum promisisse quadraginta millia sagittariorum.'

Non pugnat. Nempe equites illi *sagittarii*, ut solent, et hippotoxotæ. *Lipsius.*

[p] *Ambiri*] Magnificum novo principi Rom. prensari et coli a talibus sociis, et præsertim cum auxilio illorum non indigeret.

[q] *Ut legatos ad Senatum mitteret*] Duo facit hic Vespasianus: monet Parthos, ne se immisceant bellis et discordiis populi Rom. quod forte potissimum hac legatione quærebant hostes nominis Rom. honorat simul etiam senatum; captat benevolentiam optimatum procerumque, cum ad senatum mitti legatos jubet, non ad imperatorem: quo priscum decus patrum et veteris libertatis asserere videbatur.

[r] *Antequam digrederetur*] A patre et Alexandria; illum eo usque secutus erat; inde digressus est Cæsaream: quod iter speciatim describit Josephus, sub finem quarti libri de Exscidio. *Savilius.*

quam numerum liberorum. Nam amicos tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus, imminui,[s] transferri,[t] desinere: suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime Principibus: quorum prosperis et alii fruantur, adversa ad junctissimos pertineant: ne fratribus quidem mansuram concordiam, ni parens[1] exemplum præbuisset.' Vespasianus, haud æque Domitiano mitigatus, quam Titi pietate gaudens, 'bono esse animo' jubet, 'belloque et armis Rempublicam attollere:[2] sibi pacem domumque curæ fore.' Tum celerrimas navium, frumento onustas, sævo adhuc mari committit. Quippe tanto discrimine urbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere.

53. Curam restituendi capitolii[u] in L. Vestinum confert,[1]

imperii subsidia aut columina, ac numerum filiorum. Quippe amicos tempore, fortunæ casibus, ac cupiditatibus aliquando, aut imprudentia, infringi, transmutari, cessare: suam cuique progeniem ac sobolem inseparabilem, sed maxime imperatoribus: quorum felicitate etiam alii potiantur, improspera ad proximos *tantum* spectent: ne fratres quidem retenturos amicitiam *inter se*, nisi parens specimen exhibuisset. *Vespasianus non perinde placatus Domitiano, ac caritate Titi lætus*, forti esse animo *suadet*, belloque et armis augere Remp. se paci et familiæ invigilaturum. *Tunc hyberno etiam tum æquore invehi jussit promtissimas navium, tritico oneratas. Namque tanto periculo civitas trepidabat, ut annona* quæ *in horreis ad decem non amplius dies sufficeret, cum a Vespasiano copiæ advenere.*

*Munus instaurandi Capitolii L. Vestino, equestris loci viro, tribuit, sed* qui *gratia,*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. Guelf. editio princeps, et Ernestus. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ni pater;* et sic Ryckius et Gronov.— 2 Sic bene Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *attolleret.* Ms. Jes. *attollerent.* Budens. *attollere;* sed ibi deest *jubet.*

1 Ms. Corb. *cura.* Forte scriptum fuit olim, *cura.... confertur.* Brotier.

NOTÆ

[s] *Imminui*] Per *amicitias* intelliguntur *amici*, et vice versa. Itaque τὸ *imminui*, potest intelligi, vel de ipsa amicitia, quæ imminuitur; vel de ipso numero amicorum, qui pro fortuna crescit aut decrescit.

[t] *Transferri*] Id est, transmutari, et transire seu abire cum ipsa fortuna.

[u] *Curam restituendi capitolii*] Confert in illum jam dictum. Sed affuit igitur Vespasianus, an abfuit? Affuisse Suetonius fortiter dicit, c. 8. 'Ipse restitutionem Capitolii aggressus, ruderibus purgandis manus admovit primus, ac suo collo quædam extulit.' Simile et in Dionis compendio legas.

At Taciti verba et narratio aliorsum eunt, et omnia acta sunt ut Vespasiano absente. Nam si præsens, cur in alium transfert? cur nec nominatur quidem?

Cur cetera omnia, quæ temporum

Equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres. Ab eo[2] contracti Haruspices monuere, ‘ ut reliquiæ prioris delubri[v] in paludes aveherentur:[3] templum iisdem

*honore et auctoritate inter primores* excelleret. *Ab illo convocati haruspices jussere,* ut quæ supererant materiæ veteris templi, asportarentur in lacus; delu-

—2 Ms. Corb. *ad ea contracti.*—3 Male Ms. Jes. *aveherent:* [ed. pr. *advehe-*

NOTÆ

serie narrantur, illo absente gesta? Ego nihil nisi pugnam manifestam hic video, et libens audiam (paci amicus sum) conciliantem. *Lipsius.*

*Curam restituendi capitolii*] Puto Vespasianum fundando Capitolio affuisse. Sic Sueton. Vesp. 8. et Xiphilin. ‘ Protinus animum adjecit ad struendum in Capitolio templum, primusque rudera auferre cœpit.’

Tamen apud Tacitum præcipuæ dignitatis in hoc negotio præsens Helvidius Priscus est, prætor urbanus, summo, si consules abfuissent, loco.

Equidem seposita Taciti auctoritate, contra quem ne viginti quidem istius generis scriptores præponderent, non video quomodo Vespasianus Romam intrasse potuerit ante vigesimum primum Junii diem.

Alexandriæ enim aliquot menses egit, inquit Tacitus, ‘ certa maris operiens.’ A decimo autem Novembris usque ad decimum Martii, ait Vegetius IV. 39. ‘ maria clauduntur.’

A decimo Martii ad decimum quintum Maii, ‘ periculose maria tentantur;’ neque facile se quisquam iis committebat, nisi mercator; ut ante, aut circa dimidium Maii, Alexandria solvisse non videatur.

Zonaras vult longe diutius proposito in Ægypto substitisse, quod speraret expugnatum interim iri Hierosolyma ante discessum, ut tum quoque profecturus Romam, Titum haberet comitem.

Præterea, Vespasiani iter fuit tardum, et plerumque terrestre, magnis negotiis occupatum, ut Josephus Exscid. VII. c. 5. et 10. Suetonius et alii testantur.

Ita ut, omnibus pensitatis, Romam ingredi non potuerit, nisi declivi jam æstate, et interesse non potuerit Capitolii fundationi. *Savilius.*

*Ipse restitutionem Capitolii aggressus,* non per se, sed per Vestinum, sed per se ipse ‘ ruderibus purgandis manus admovit,’ cum Romam advenisset.

*L. Vestinum equestris ordinis*] Estne ille, de quo, oratione pro Gallis, Claudius Cæsar? ‘ Ex qua colonia (Viennensi) inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissime diligo.’ Ego puto: idque paulo certius, quam eundem Martiali intelligi lib. IV. Epig. 29. ‘ Cum gravis extremas Vestinus duceret horas, Et jam per Stygias esset iturus aquas: Ultima volventes oravit pensa sorores, Ut traherent parva stamina pulsa mora. Tum largas partitus opes, a luce recessit: Seque mori post hoc credidit ille senem.’ Nam hic fuerit potius filius ejus: qui videtur e clausula juvenis obiisse. *Lipsius.*

[v] *Reliquiæ prioris delubri*] Rudera scil. Capitolii sacra erant. Senec. lib. consol. ad Helviam. c. 13. ‘ Si magnus vir cecidit, magnus jacuit. Non magis illum putes contemni, quam cum ædium sacrarum ruinæ calcantur, quasi religiosi æque ac stantes

vestigiis sisteretur: nolle Deos, mutari veterem formam.' Undecimo[4] Kal. Julias, serena luce[w] spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque. Ingressi milites, quis fausta nomina,[5 x] felicibus ramis:[y] dein virgines Vestales, cum pueris puellisque patrimis matrimisque,[z] aqua, vivis e[6] fontibus amnibusque hausta, perluere.[7 a] Tum

brum iisdem fundamentis statueretur; nolle Deos inverti priscam formam. *Vigesimo primo* die *Junii* mensis, *sereno ac tranquillo cœlo, omne intervallum, quod delubro sacrabatur, redimitum* est *tæniis et corollis. Intravere milites, quibus prospera* erant *vocabula*, cum *faustis ramusculis: dein virgines Vestæ, cum pueris puellisque patrimis et matrimis, lympha, e rivis fontibusque et fluviis allata*, id

*rentur.*] Brotier.—4 Perperam Ms. Jes. *XV. Kal. Jul.* Ceteri libri scripti et editi, *XI. Kal. Jul.* vel *undecimo Kalendas Julias.* Idem.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Ms. Bodl. *quibus fausta nomina.* Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *quibus fausta omina.* Ms. Agr. *quis fausta omina.* In Mss. Harl. et Jes. superscriptum, *nomina.*—6 Sic bene Jac. Gronovius et recentiores. Sic apud Livium, I. 45. 'Quin tu ante vivo perfunderis flumine?' Pessime Ms. Reg. *aquaturis e fontibus.* Ms. Flor. *aquatrimis e fontibus.* Editiones veteres, *aquatrimis et fontibus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *aqua rivis et fontibus.* Emendaverat Ryckius, *aqua e vicinis fontibus.* Brotier.—7 Ms. Corb. *perlueret.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus edi-

## NOTÆ

adorant.' Scil. *ruinæ* illæ perinde coluntur a religiosis *jacentes*, ac *stantes.*

[w] *Serena luce*] Nihil auspicato fiebat, nisi tranquillo et sereno cœlo.

[x] *Quis fausta nomina*] Non, *omina*, ut vulgo. Vaticanus ita jubet, et mos religionis priscæ: quibus magnæ curæ, ut in his talibus initiis, homines præessent aut interessent bono nomine: id est, e quorum nominibus captari velut augurium aliquod posset prosperitatis et diuturnitatis.

Talia sunt *Salvius, Longinus, Statorius, &c.* Mala contra *nomina*, e quibus triste aliquod, infirmum, breve: ut *Curtius, Minucius, Furius, Hostilius.*

Cicero de Divinat. 'Cum Imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur: quod idem in delectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine.'

Plinius: 'Publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus.' Tale vaticinium lenonis illius Plautini, in Lucride: 'Nomen atque omen quantivis est pretii, Mihi quoque Lucridem confido fore te.' Adi et Festum in lacus Lucrinus. *Lipsius.*

[y] *Felicibus ramis*] Id est, e felici arbore, (Dis grata, interpretatur Macrobius,) decerptus Ammianus in religione simili, lib. XXIX. 'Linteis quidam indumentis amictus, torulo capite circumflexo, verbenas felicis arboris gestans.'

Huic usui maxime laurus. Livius lib. XL. 'Omnes coronati, et lauream in manu tenentes, supplicaverunt.' Suidas: 'Aisacus: ramus lauri, quem manu tenentes Deos celebrabant.' *Lipsius.*

[z] *Patrimis matrimisque*] Id ad sanctitatem matrimoniorum spectare videbatur, cum domus non esset imminuta, morte aut repudio; nec abs re.

[a] *Aqua . . . perluere*] Solenni et usi-

Helvidius Priscus, Prætor, præeunte Plautio Æliano,[8] Pontifice,[b] lustrata suovetaurilibus[9c] area et super[10] cespi-

*perlavere. Tum Helvidius Priscus, prætor, præmonente Plauto Æliano, Pontifice, expiata suovetaurilibus area, et super cespitem repositis egestisque visceribus,*

tionibus, *pluere:* in Budens. *plueret.* Mallet eruditus Antonius Augustinus, *perpluere.* At melius veriusque, *perluere.* Brotier.—8 Male Mss. Vatic. Bodl. Jes. Corb. et editiones veteres, *Plauto Heliatio.* Emendatum postea in libris editis, *Plauto Eliano.* Nondum bene. Vere *Plautio Æliano,* ut habet Cl. Lallemand. Atque ita vertunt Cll. Gordon et Murphy: ‘ preceded by Plautius Ælianus, the Pontiff.’ Ms. Harl. habet quoque, *Æliano.* Sic corrigendum jam conjecerat Ryckius. *Brotier.*—9 Sic bene Lipsius et recentiores. Corrupte Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. Agr. et editio princeps, *bovetaurilibus.* Ms. Covarruviæ, *bovetauribus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *bove taurisque.* Idem.—10 Ita bene Mss. Flor. Reg. Harl. Jes. Agr. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *secundum cespi-*

## NOTÆ

tata lustratione, publice privatimque recepta. Tertullianus de baptismo: ‘ Ceterum villas, domos, templa, totasque urbes aspergine circumlatæ æquæ expiant passim.’

Huic rei et περιῤῥαντήρια vasa in templis, aqua lustrali plena, qua sacerdotes aut æditui intrantes aspergerent, aut etiam ipsi sese.

Sozomenus: ‘ Ramos quosdam aqua madidos sacerdos tenens, aspergebat, ritu Græcorum sive gentilium, intrantes.’ Ovidius: ‘ Udaque rorales laurea misit aquas.’ Insignem ad hanc ablutionem locum abluo, Asconii in divinationem: ‘ Alii *delubra* dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque visuntur.’

Fallor, aut τὸ *mortuorum,* ab inepto glossographo est: nec aliunde delubra derivari vult, quam ab ista in templorum vasis aqua, ad deluendum. *Lipsius.*

Et certe corpora mortuorum non abluerentur in delubris, sed intra domos ipsas, scil. priusquam efferrentur.

[b] *Præeunte... Pontifice*] Livius de Decio se devovente: ‘ Agedum pontifex populi Rom. præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.’

Plin. lib. XXVIII. ‘ Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus; et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem.’

[c] *Lustrata suovetaurilibus*] Hæc vera dictio, non *bove taurisque:* præit Vatic., in quo, *bovetaurilibus;* et Covarruviæ, qui, *bovetauribus.* Scilicet prisci in lustrationibus, aut piamentis, hoc sacrificii genus adhibebant, solenni ritu.

Livius lib. IX. ‘ Telo potiri hostem fas non est: si potiatur, Marti suovetaurilibus piaculum fieri.’ Tacitus Annalium V. ‘ Sacrificantibus, cum hic, more Romano, Suovetaurilia daret; ille, equum placando amni.’

Cato de re Rustic. ‘ Cum, Divis volentibus, quodque bene eveniat, mando tibi, Mani, uti illace Suovetaurilia, fundum, agrum, terramque meam, quota ex parte circumferenda censeas, uti cures lustrare.’

Quæ victimæ in hoc sacro, etsi vox indicat, clare etiam Varro l. II.

tem redditis extis,[d] 'Jovem, Junonem, Minervam præsidesque Imperii Deos'[e] precatus, 'uti cœpta prosperarent, sedesque suas,[f] pietate hominum inchoatas, Divina ope attollerent;' vittas, quis[11] ligatus[g] lapis, innexique funes erant, contigit. Simul ceteri Magistratus et Sacerdotes et Senatus et Eques et magna pars populi, studio lætitiaque connixi, saxum ingens traxere:[h] passimque injectæ fundamentis argenti aurique stipes[i] et metallorum primitiæ, nullis fornaci-

*cum rogasset* Jovem, Junonem, Minervam, custodesque ac vindices imperii *Deos*, uti vota secundarent, et ædes suas, religione populorum incœptas, divino numine proveherent; *tænias* manu *attigit, quibus evinctum saxum, illigatique funes erant. Pariter reliqui magistratus et sacerdotes, et patres, et equites, et magna pars plebis, studio et alacritate contendentes, lapidem ingentem propulere: passimque immissæ* sunt *fundamentis stipes auri argentique, et auri-*

*tem.* Brotier.—11 Vulgo *quibus* vel *queis*, ut supra.

NOTÆ

de re Rustic. 'Populus Romanus cum lustratur Suovetaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus.'

Et Quintilianus: 'Nam Suovetaurilia jam persuasum est sue, ove, et tauro.' *Solitaurilia* hæc etiam dicta, docebit te Festus.

Nec abeunt a Græcorum veteri sacro, quod illi τριττὺν, dicebant. De quo Eustatius, aliique. *Lipsius.*

[d] *Super cespitem redditis extis*] Puto, ea pars sacrificii erat, aut potius expiationis. Hoc enim ritu expiavit locum, ita ut super aream cespitemque exta horum animalium exponeret, porriceret, et velut offerret; simulque et effunderet preces tribus numinibus, quibus forte tria hæc animalia mactaverat.

[e] *Præsidesque Imperii Deos*] Sic Græcis Ζεὺς πολίευς, πολιοῦχος, ξένιος, φίλιος, ἀγοραῖος dicitur.

[f] *Sedesque suas*] Id est, templum seu Capitolium.

[g] *Quis ligatus*] Vertunt, Quibus adhærebat, *vel*, Ad quas alligatus lapis et annexi funes erant. Potius putarem, vittas illas tenues alligatas lapidi et funibus, in speciem ac decorem tantum; cum e contra, si ad vittas alligaretur lapis, sic vim et molem saxi sustinere viderentur vittæ illæ: quod minus verisimile est. Nam supra: 'Spatium omne quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque.' Sic et pariter crediderim, lapidem *evinctum* et ornatum fuisse vittis, non vero sustentum aut suspensum.

*Ligatus*] Eodem modo vittis ligatus lapis, quo funes innexi iisdem vittis; nempe ad ritum et ornatum.

[h] *Saxum ingens traxere*] Ita vertunt nonnulli, ut ille ingens lapis libratus funibus suspensusque in aëre, tandem demissus sit in fundamenta Capitolii. Non tamen id præcise colligas ex verbis Taciti: dicit tantum magistratus, sacerdotes, &c. *saxum ingens traxisse*; at quomodo illud fundamentis demiserint, non declarat.

[i] *Argenti aurique stipes*] Haud dubie nummi seu pecunia signata *stipes* illæ, quæ distingui debent a metallo rudi, infecto, et nullis fornacibus victo, quod simul etiam injectum est

bus[j] victæ, sed ut gignuntur.[12] Prædixere Haruspices, ne temeraretur[k] opus saxo aurove, in aliud destinato. Altitudo ædibus adjecta. Id solum religio annuere:[l] et prioris[13] templi magnificentiæ defuisse creditum.[14]

54. Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum. Nam Civilis, omissa dissimulatione, in Populum Romanum ruere. Vitellianæ legiones vel[l] externum servitium,[m] quam Imperatorem Vespasianum,

*fodinarum primitiæ, nullis ignibus domitæ, sed ut generantur. Præmonuere haruspices, ne contaminaretur ædes lapide vel auro, in alium usum destinato. Sublimitas adjuncta delubro. Id unum* mutare *permisit* augurum *religio; et* id *existimatum* est *defuisse decori et amplitudini superioris delubri, quo tanta multitudo mortalium contineri debuit.*

*Interea mors Vitellii per Gallias Germaniasque vulgata auxerat bellum. Quippe Civilis, posita omni ambage, imperium Rom. invadere* cœpit. *Legiones Vitellianæ præferebant vel extraneam servitutem, principi Vespasiano. Galli in spem erecti,*

12 Ms. Flor. et editio princeps, *sed ut signantur*. Ms. Corb. *et ut signanter*. Ms. Agr. *victæ, sed et signanter prædixere haruspices, &c.* Quod Ryckio non displicet. At immerito. *Brotier.*—13 Ms. Budens. *primoris.*—14 Ernesti cum Brotiero aliisque servarat hic verba: *quo tanta vis hominum retinenda erat.* Sed rectius ad c. 46. referuntur: id respice. *Oberlin.*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editiones veteres et

## NOTÆ

fundamentis. Nisi forte idem sint illæ *argenti aurique stipes* et *metallorum primitiæ* nullis ignibus domitæ; ita ut illæ *stipes* fuerint auri argentique infecti.

Puto tamen eas stipes fuisse auri argentique signati. Nam apud Sueton. Aug. 57. 'Omnes ordines in lacum Curtii quotannis, ex voto, pro salute ejus stipem jaciebant.' Et 90. 'Ex nocturno visu stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus præbens.' Ubi nota, *asses* datos.

Ejus etiam generis fuit *strena*, quæ Kal. Jan. data Augusto etiam absenti, quam et mox *edixit* Caligula. Suet. 42. 'Stetitque in vestibulo ædium ad captandas stipes, quas plenis manibus ac sinu omnis generis turba fundebat.' Sic in locis sacris, aut quos sacrare vellent. Sozomenus l. II. ubi de quercu Mamre, et puteo ibi effosso: ἄλλοι δ' ἔῤῥιπτον νομίσματα, *Jaciebant alii numismata:* quæ sunt *stipes.*

j *Et metallorum primitiæ nullis fornacibus*] Sic l. XVI. 'Non in formam pecuniæ, sed rudi et antiquo pondere.'

k *Ne temeraretur*] Quemadmodum reliquias veteris templi nulli alii usui prodesse volunt, sed in paludes avehi, ne scil. calcarentur et despectui forent: ita et nullam materiam, quæ in aliud opus destinata fuisset, volunt templo novo exstruendo inservire.

l *Id solum religio annuere*] Supra dixerat, 'nolle Deos, mutari veterem formam.'

m *Externum servitium*] Id est, im-

malle. Galli sustulerant animos, eandem ubique exercituum nostrorum fortunam rati: vulgato rumore, 'a Sarmatis Dacisque Mœsica ac Pannonica hyberna circumsideri:' paria de Britannia fingebantur. Sed nihil æque, quam incendium capitolii, ut finem Imperio[2] adesse crederent,[3] impulerat. 'Captam olim a Gallis urbem: sed, integra Jovis sede, mansisse Imperium. Fatali nunc igne signum cœlestis iræ datum, et possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi,' superstitione vana Druidæ canebant. Incesseratque fama, primores Galliarum,[n] ab Othone adversus[4] Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse,[o] 'ne deessent libertati, si Populum Romanum continua bellorum civilium[5] series et interna mala[6] fregissent.'

*existimantes eandem* esse *ubique nostrarum legionum sortem: sparsa fama*, castra Mœsica et Pannonica obsideri a Sarmatis Dacisque: *similia de Britannia componebantur. Sed nil perinde* illos *commoverat ac combustio Capitolii, ut exitum Reipub.* Rom. *instare putarent.* Expugnatam olim a Gallis civitatem; sed, incolumi Jovis templo, stetisse Rempub. Nunc vero *inani superstitione* moti *Druidæ jactabant*, fatali jam incendio signum Deorum iræ præmonstratum, et totius orbis principatum Transalpinis nationibus præsagiri. *Increbueratque rumor, proceres Galliarum, missos ab Othone contra Vitellium, priusquam abirent aut separarentur* ab invicem, *pactum iniisse inter se*, ne libertati *vindicandæ* deessent, si Resp. Rom. diuturno bellorum civilium motu et intestinis cladibus infringeretur attereretur que.

recentiores. Rhenanus ac Lipsius omisere, *vel.*—2 Sic Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *finem imperii.* Ms. Jes. *imperii finem.*—3 Sic bene Mss. et veteres recentioresque editiones. In intermediis, *crederetur.* Brotier.—4 Budens. *versus.*—5 *Civilium* abest ab editione principe.—6 Male editio princeps, *et intervalla.* Brotier.

NOTÆ

perium Galliarum. Jurare, seu adigi malebant in verba Galliarum, quam in Vespasiani nomen.

[n] *Primores Galliarum*] Hæreo: qui isti, quando, et unde ab Othone adversus Vitellium missi? nisi intelligat *Rom. senatores*, quorum multi origine Galli, in comitatum asciti ab Othone adversus Vitellium.

Sed istius ordinis homines, nisi me fallit conjectura, adeo novis inceptandis studere non solent. *Savilius.*

Quidni *primores Galliarum*, licet senatorii, potuerunt asserere libertatem Galliarum? (nam de hac ibi tantum agitur:) quidni et alii proceres, præter senatorios, fuere tum in urbe, et agitare animo libertatem suæ Galliæ potuerunt? Nam in eo procerum decus agebatur et summa gloriæ, si jugum servitii Rom. excutere potuissent. Mallent quippe regnare in Galliis, in patria, quam servire in urbe et in curia cum titulo senatorio; et illi *inter instrumenta servitutis;* et pridem forte pœnitebat.

55. Ante Flacci Hordeonii cædem, nihil prorupit,[1] quo conjuratio intelligeretur. Interfecto Hordeonio, commeavere nuntii inter Civilem Classicumque, Præfectum[p] alæ Treverorum. Classicus nobilitate opibusque ante[2] alios.[q] Regium illi genus et pace belloque clara origo. Ipse e majoribus[3] suis hostis Populi Romani quam socius, jactabat.[r]

*Ante necem Flacci Hordeonii nihil eruperat, quo conspiratio aperiretur. Interemto Hordeonio, sibi vicissim misere nuntios Civilis et Classicus, qui præerat alæ Treverorum. Is claritudine et divitiis ceteros præcellebat. Regia stirps illi, et domi militiæque nobilis prosapia. Ipse* jam et *ab avis et patribus suis,* velut ingenitum *hostile odium adversus Romanos,* magis *quam societatem prædicabat.*

---

1 Ms. Agr. *erupit.*—2 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. Agr. Covarruviæ, editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *anteibat alios.* Jam dictum supra Annal. I. 27. ' Maxime infensi Cn. Lentulo, quod is ante alios ætate et gloria belli.' *Brotier.*—3 Ita editio princeps, Lipsius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *is se e majoribus suis, hostis, &c.* Ms. Jes. *is se e moribus suis, &c.* Mallent Mercerus et Pichena, *ipse e majoribus suis hostes populi Romani, quam socios, jactabat.* Forte tamen non ita peccat vulgata scriptura. Nempe ipse, ob majores suos, se hostem potius populi Romani, quam socium jactabat. *Hostis* et *socius* sunt quoque in Mss.

## NOTÆ

[o] *Antequam digrederentur, pepigisse*] Intellige, antequam a se invicem digrederentur, primum pepigisse, seu convenisse, non cum Othone certe, sed secum invicem.

Non id pepigerant proceres cum Othone. Nam *libertas* illa directe pugnaret cum ejus principatu, et cum ejus cœptis. Nam cum illos *primores Galliarum* præmitteret *adversus Vitellium,* habuit in animo, non asserere *libertatem,* sed imperium, et quidem sibi uni.

Et quamvis restitueret Otho libertatem et Rempub. populo Rom. de quo tamen hic nondum agebatur, non tamen assereret aut restitueret libertatem Galliarum, quod volebant illi primores; immo cohiberet Gallos et Germanos ceterosque Barbaros, remque Rom. tueretur assereretque adversus hasce gentes, quæ primo Vitellium defendebant. Nec forte *libertate* contenti forent Galli, ejectis Romanis. Nam ut infra habetur, c. seq. ' Coalita libertate, dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint.'

[p] *Præfectum*] Sic vocabant indistincte, qui præessent alis equitum, sive legionarii et Romani sive auxiliares essent illi equites. Hæc ala auxiliaris et sociorum fuit, *Treverorum* nempe.

[q] *Ante alios*] Ita brevius et verius Vatic. et Covarruviæ. Sic Annalium lib. I. ' Cn. Lentulus ante alios ætate et gloria belli.' *Lipsius.*

[r] *Hostis . . . quam socius jactabat*] Sic restitui. Transmarinum et elegans dicendi genus est, *jactat esse socius:* pro *jactat se socium esse.* Homerus: ' Hector qui jactat filius esse Tonantis.' Plautus Bacchidibus: ' Eja, nunc esse ego opinor Hercules; tu

Miscuere sese Julius Tutor et Julius Sabinus: hic Trevir, hic Lingon.[4s] Tutor ripæ Rheni a Vitellio præfectus: Sabinus, super insitam vanitatem,[t] falsæ stirpis gloria incendebatur:[5] 'proaviam suam D. Julio, per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuisse.' Hi[6] secretis sermonibus animos ceterorum scrutari:[7] ubi, quos idoneos rebantur, conscientia obstrinxere,[8] in colonia Agrippinensi in[9] domum privatam conveniunt; nam publice civitas talibus inceptis abhorrebat: attamen interfuere quidam Ubiorum Tungrorumque. Sed plurima vis penes Treveros ac Lin-

*His accessere Julius Tutor et Julius Sabinus: ille Trevir, iste Lingon. Tutor littori Rheni a Vitellio impositus* erat: Julius *Sabinus, præter ingenitam jactandi decoris arrogantiam,* etiam *ementitæ originis ambitione incitabatur:* proaviam suam dictatori Cæsari, bellum per Gallias gerenti, forma atque stupro arrisisse, gloriabatur. *Hi occultis colloquiis mentes aliorum explorare: ubi, quos aptos existimabant, societate consiliorum sibi devinxere, apud civitatem Agrippinensem, in ædes privatas coëunt; quippe publice colonia ejusmodi consilia aversabatur: affuere tamen nonnulli Ubiorum et Tungrorum. Sed maxima vis penes Tre-*

Reg. et Guelf. *Brotier.*—4 Ita Puteolanus et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. et sæpe in iis Historiarum libris memorantur, *Lingones.* Habet tamen Ms. Flor. *Lingonus.* Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *Lingonius.* Forte Romani dixere, *Lingonus.* Sic enim de Gallo quodam Lingono Martialis, VIII. 75. 'Dum repetit sera conductos nocte penates Lingonus a recta Flaminiaque recens, Expulit offenso vitiatum pollice talum, Et jacuit toto corpore fusus humi. Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret? Ingenti domino servulus unus erat,' &c. *Brotier.*—5 Ms. Budens. *incedebat.*—6 Sic bene editiones veteres et recentiores. In Ms. Bodl. et intermediis editionibus, *his. Brotier.*—7 Tentat Pichena, *scrutati.* Quod certe vitiosum non foret. Sed nec peccat vulgata scriptura. *Idem.*—8 Editio princeps, *astrinxere.* Perperam in margine Ms. Bodl. *obstringere. Idem.*—9 Præpo-

NOTÆ

autem Linus.' Virg. 'Sensit medios delapsus in hostes.' *Lipsius.*

*E majoribus suis hostis, &c.*] Dupliciter id intelligi possit: suos majores jactabat Sabinus, sed magis qui hostes fuerant populi Romani: vel, si spectarentur sui majores, potius hostem se populi Romani, quam socium prædicabat. Si legis, *socios,* sensus erit: *e majoribus suis,* magis celebrabat eos qui fuerant hostes populi Romani, quam qui socii fuerant. Nec Græcam phrasim usque adeo æmulatur Tacitus; et maxime diffidendum correctoribus. Puto scripsisse, *hostis,* pro *hostes;* scil. *hostes populi Rom. quam socios jactabat:* supple, *magis.*

[s] *Hic Trevir, hic Lingon.*] Sententia exigit: *ille Trevir, hic Lingon.* Pichena.

[t] *Super insitam vanitatem*] Quidam ita vertunt, ut eam vanitatem intelligant de natione. Quasi diceret: Præter innatam suæ genti Gallicæ vanitatem, &c. quæ vanitas tamen propria Sabini fuit.

gonas: nec tulere moras consultandi: certatim proclamant: ‘ furere discordiis Populum Romanum, cæsas legiones, vastatam Italiam, capi cum[10] maxime urbem, omnes exercitus suis quemque bellis detineri:[11] si Alpes præsidiis firmentur, coalita libertate, dispecturas[12] Gallias, quem virium suarum terminum velint.’

56. Hæc dicta pariter probataque: de reliquiis[1] Vitelliani exercitus dubitavere. Plerique ‘ interficiendos’ censebant, ‘ turbidos, infidos, sanguine Ducum pollutos.’ Vicit ratio parcendi: ‘ ne, sublata spe veniæ, pertinaciam accenderent.[2] Alliciendos potius in societatem. Legatis tantum legionum interfectis, ceterum vulgus,[u] conscientia scelerum et spe impunitatis, facile accessurum.’ Ea primi consilii[3] forma: missique per Gallias concitores[4] belli. Simulatum

*veros et Lingonas: nec toleravere* stata ordine *deliberandi tempora: certatim exclamant;* vesanam ruere dissensionibus gentem Rom. profligatas legiones, depopulatam Italiam, subverti præcipue civitatem, universos exercitus suis quemque bellis occupari: si Alpes stationibus obsideantur, firmata libertate, *jam* consulturas Gallias, quem potentiæ suæ finem cupiant.

*Hæc prolata simul et laudata* sunt: *consultavere de reliquiis Vitellianarum legionum. Plurimi* necandos esse *disserebant, utpote* seditiosos, perfidos, et cruore legatorum inquinatos. *Vicit ratio veniam concedendi;* ne, ademta spe salutis, pervicacia irritarentur. Illiciendos *esse* potius in partes. Ducibus solummodo legionum interemtis, reliquam plebem, societate facinorum et spe veniæ, ultro sese adjuncturam. *Ea primo conventu gesta* sunt: *missique per*

sitio *in*, abest a Ms. Jes. Addita est secunda manu in Ms. Harl.—10 Ita Rhenanus et recentiores. Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tum maxime*. Editio princeps, *tamen maxime*.—11 Sic Ms. Reg. editio princeps et Ernestus. Mss. Harl. Bodl. Guelf. et Rhenanus, *distineri*. Puteolanus, *destineri*. Male Ms. Jes. *destinari*. Brotier.—12 Sic bene recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *despecturas*. Ms. Reg. et editio princeps, *alias despecturas*. Ms. Agr. *altius despecturas*. Redundant *alias* et *altius*. Brotier. Budens. male *disceptas*. Oberlin.

1 Mss. Budens. Agr. *reliquis*.—2 Sic bene Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio et Gronov. *pertinacia accenderentur*. Brotier.—3 Ita Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio et Gronov. *concilii*. Sic quoque vertit Davanzati: *Così conchiuse la prima dieta*. At Cl. Gordon: ‘ This was the substance of their first consultation.’—4 Ms. Jes. *concitatores*.—5 Ms. Reg. et editio princeps, *invidis*.—

NOTÆ

[u] *Ceterum vulgus*] Nempe gregarium militem.

ipsis obsequium,[v] quo incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere, qui Voculæ nuntiarent. Sed vires ad coërcendum deerant, infrequentibus[w] infidisque[5] legionibus. Inter ambiguos milites et occultos hostes, optimum[6] e præsentibus ratus, mutua dissimulatione[7] et iisdem, quibus petebatur, artibus[8] grassari; in coloniam Agrippinensem descendit. Illuc Claudius Labeo, quem, captum et extra conventum[9][x] amandatum in Frisios, diximus, corruptis custodibus

*Gallias commotores belli. Ficta conjuratis obedientia, quo facilius inopinantem Voculam circumvenirent. Et fuere, qui Voculam admonerent. Sed vires ad comprimendum non suppetebant, invalidis et ambiguis legionibus. Inter dubiæ fidei milites, et dissimulantes hostes, tutissimum e præsentibus arbitratus, vicissim simulando, et iisdem, quibus oppugnabatur, dolis obrepere; in civitatem Agrippinensem se contulit. Illuc Claudius Labeo, quem vinctum, et extra concilium* Batavorum *ablegatum in Frisios, memoravimus, solicitatis qui custodiæ appositi erant, evasit;*

6 Ms. Agr. et editio princeps, *opportunum.*—7 Ms. Bodl. *discordia.* At in margine habet, *dissimulatione.*—8 Ita Ms. Agr. Puteolanus et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. A Mss. Flor. Reg. et editione principe abest, *artibus.* Quod quidem probabat Jac. Gronovius, ne *artes* de iis frandibus dicerentur. At, *artes* eo sensu a Livio Sallustioque usurpatas fuisse, merito observat Cl. Ernestus. *Brotier.*—9 Bene Ms. Agr. Rhenanus et recentiores, *conventum.* In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *commentum.* Ms. Flor. *comtum.* Mss. Harl. Jes. *continentem amnem.* Ms. Bodl. *commentum amnem;* et in margine, *continentem* pro *commentum.* Inde tentabat Boxhornius, *extra continentem amandatum.* At melius, *conventum.* Amandatus enim fuerat extra conventum Batavorum, et in Frisios avectus, ut dictum est supra Hist. IV. 18. Tanto melius autem dicitur conventus, quod plures convenirent populi, Batavi, Canninefates, Marsaci. Sic apud Plinium, III. 3. et V. 29. multi populorum conventus celebrantur. *Amandatum* habent Mss. Agr. Bodl. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *emendatum.* Ita

## NOTÆ

[v] *Simulatum ipsis obsequium*] An Gallis, an Batavis? Nam infra: 'Vocula Gallorum fraude illectus.' Puto, illi Galli sunt Classicus scil. ac Tutor; qui statim Voculam deseruere, et cum Germanis inita societate, proprium vallum sibi muniere.

[w] *Infrequentibus*] Quia robora legionum a Vitellio abducta, et restabant inania tantum nomina; aut suppletæ fuerant legiones novis et licentia corruptis militibus.

[x] *Extra conventum*] Accipio, extra conventum socialem ejectum ab iis omnibus, qui arma in Romanos junxissent. *Lipsius.*

Non ab omnibus ejectus; sed Civilis eum, ut æmulum, amovit, supra c. 18. 'Ne interfectus, invidiam apud populares, vel si retineretur, semina discordiæ præberet:' quod nunc facit. Amotus est in Frisios, *extra conventum* Batavorum, ne scil. conventui, aut consiliis Civilis et aliorum, adversaretur.

*Extra conventum amandatum*] Noluerat enim Civilis Labeonem interesse conciliis Batavorum reliquorum-

perfugit; pollicitusque, 'si præsidium daretur, iturum in Batavos et potiorem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum;' accepta peditum equitumque modica manu, nihil apud Batavos ausus, quosdam Nerviorum Betasiorumque[10 y] in arma traxit. Et furtim magis, quam bello, Canninefates Marsacosque[11 z] incursabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hostem contendit.

57. Nec procul Veteribus aberat, cum Classicus ac Tutor, per speciem explorandi prægressi, cum Ducibus Germanorum[1] pacta firmavere. Tumque primum discreti a legionibus proprio vallo castra sua circumdant, obtestante Vocula, 'Non adeo turbatam[a] civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sit. Su-

*promisitque*, si copiæ sibi traderentur, petiturum Batavos, et majorem nationis partem ad obsequium et partes Rom. reducturum; *accepto peditum equitumque modico agmine, nihil inter Batavos molitus, nonnullos Nerviorum, Bethasiorumque in commilitium allexit. Et latrociniis magis, quam* justo *bello, Canninefates Marsacosque infestabat. Vocula Gallorum dolo pellectus, adversus hostem movit.*

*Nec longe a Veteribus distabat, cum Classicus ac Tutor, prætextu explorandi præeuntes, sanxere fœdus cum ducibus Germanorum. Tumque primum separati a legionibus, proprio aggere munimenta sua cingunt, contra clamitante Vocula*, Non adeo subversum aut perculsum civili bello imperium Rom. ut contemtui etiam sit Treveris et Lingonibus. Manere adhuc in fide provincias, *superesse*

quoque Mss. Harl. et Jes. in margine. *Brotier.*—10 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *Becasiorum.* Ms. Guelf. *Bertasiorum.* Alii, *Bethasiorum.* Plinio quidem, IV. 17. memorantur, *Betasi.* At iidem in Inscriptione veteri appellantur CIVES BETASII. Eorum memoria manet adhuc in vico *Bets*, teste Bucherio; 'Belgium Romanum,' p. 184. *Brotier.*—11 *Marsatiosque* legebat Muretus: at in *Marsacosque* omnes conspirant libri.

1 Faërnus volebat *Treverorum.*

NOTÆ

que Gallorum, et præcipue ultimo; omnia enim obtrectatione gloriæ, et æmulatione adversus Civilem, corrupisset.

y *Betasiorum*] Aduatici, qui postea *Betasii* dicti sunt, pars Eburonum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ provinciæ; hodie major pars episcopatus Namurcensis, *Namur*, et aliquid episcopatus Leodiensis, *Lyege.* Tillemon.

z *Marsacosque*] Marsaci, populi Germaniæ magnæ, ad Salam fluvium et Flevonem lacum, prope Belgicam regionem: hodie *Veluve*, tractus Gueldriæ ducatus ad septentrionem, in Belgio Fœderato. *Tillemon.*

a *Non adeo turbatam*] Sic mox Stilico apud Claudianum, de bello Getico: 'Non ita Romanum fati violentia nomen Obruit, ut vestros nequeat punire tumultus.' *Lipsius.*

peresse fidas provincias, victores exercitus, fortunam Imperii, et ultores Deos. Sic olim Sacrovirum et Æduos,[b] nuper Vindicem Galliasque, singulis præliis concidisse. Eadem rursus Numina,[a] eadem fata, ruptores fœderum expectarent. Melius D. Julio Divoque Augusto notos eorum animos. Galbam,[c] et infracta tributa, hostiles spiritus induisse. Nunc hostes, quia molle servitium: cum spoliati exutique fuerint, amicos fore.' Hæc ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere, Novesium concedit. Galli duum millium spatio distantibus campis consedere. Illuc commeantium Centurionum militumque emebantur animi: ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba

victrices legiones, fortunam Pop. Rom. et vindices Deos. Sic olim Sacrovirum et Æduos, novissime Vindicem et Gallias singulis certaminibus corruisse. Eosdem rursus Deos, eandem sortem exitiumque, pacis infractores sperarent. Melius perspecta eorum ingenia *fuisse* Divo Julio et Divo Augusto. Galbam, et imminuta vectigalia, hostiles animos incitasse. Nunc infensos, quia mitis servitus; cum spoliati direptique fuerint, *tum* amicos fore, *ac pacem servaturos. Hæc cum minaci ore promsisset, ubi permanere in rebellione Classicum Tutoremque animadvertit, mutata via, Novesium se recipit. Galli substitere in agris, duorum millium intercapedine discretis. Illuc ititantium centurionum militumque solicitabantur animi: ut (o scelus inauditum) Romanæ legiones externo*

2 Ita bene Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *nomina*. Ms. Bodl. et Puteolanus *omina*. Mss. Harl. Jes. *omnia*. In margine Ms. Harl. *omina*. Brotier.

## NOTÆ

[b] *Sic olim Sacrovirum et Æduos*] Quarto Tiberii anno. Tacitus Annal. III. *Savilius.*

[c] *Galbam*] Splendidum Taciti ἁμάρτημα μνημονικόν. Galba enim non imminuit, sed auxit potius Lingonum et Treverorum tributa, eosque varie afflixit. Urbibus quidem nonnullis quartam tributorum pendi solitorum, partem remisit, sed non in hisce comitiis. *Savilius.*

Ego potius artem oratoris esse censeo, ad invidiam faciendam defectoribus Gallici nominis, quod quædam civitates accepissent, quasi omnibus datum esset, interpretantis; et quasi pro eo, quod nonnulli ejusdem gentis populi adepti forent, alii quoque gratiam deberent.

Asconius in Divinat. 'Siculis omnibus. Elatorie: cum enim a duobus quæstoribus Sicilia regi soleret, uno Lilybætano, altero Syracusano, ipse vero Lilybætanus quæstor fuerit, Sex. Peducæo prætore, omnibus tamen se placuisse dixit.' *Gronovius.*

Jam ad optimam et maximam Galliarum partem respicit, quæ Galbam foverat, et adversos Lingonas spernit.

jurarent, pignusque tanti sceleris nece aut vinculis Legatorum daretur. Vocula, quanquam plerique fugam suadebant, audendum ratus, vocata concione, in hunc modum disseruit :

58. ‘ Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis solicitior, aut pro me securior. Nam mihi exitium parari, libens audio : mortemque in tot malis honestam,[1] [d] ut finem miseriarum, expecto. Vestri me pudet miseretque, adversus quos non prælium et acies parantur, id enim fas armorum et jus hostium.[2] Bellum cum Populo Romano vestris se manibus gesturum, Classicus sperat, Imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat. Adeo nos,[3] si fortuna in præsens virtusque[4] deseruit, etiam vetera exempla deficiunt; quotiens Romanæ legiones perire præoptaverint,[5] ne loco

*sacramento adigerentur, et auctoramentum tanti facinoris præberetur morte aut carcere legatorum. Vocula, licet multi fugam* ei *consulerent, forti animo agendum censuit, et vocato milite, in eam sententiam orsus est :*

Nunquam apud vos orationem habui, vel pro vobis magis anxius, aut pro me cura magis vacuus. Quippe libens accipio, mihi perniciem strui : necemque in tot calamitatibus, ut honestum exitum ærumnarum, opperior. Subit animum pudor vestri et miseratio, contra quos non pugna et acies instruuntur, id quippe jus armorum, et fas hostium. Classicus sibi pollicetur, bellum illaturum imperio Rom. vestris dextris, principatumque et sacramentum Galliarum ostentui *vobis* exhibet. Adeo nobis, si fors ad præsens et fortitudo destituit, etiam prisca exempla desunt; quoties legiones Rom. inter-

1 Brotierus cum Ryckio et Gronovio pro *honestam*, scribit *hostium*. Colerus dabat *in tot manibus hostium*. Bip. *extremum*, quod, quomodo a librariis potuerit verti in *hostium*, difficile dictu. Potius *honestam* scripserit Tacitus, ut A. I. 70. ‘ honestæ mortis usos.’ Id ergo recepi Ann. quoque XV. 25. pro *inhonesta* libri habent *in hoste*, *inhosta*. Oberl.—2 Post *hostium* Gronovius inserit *est*, consentientibus Mstis. Flor. Budens. et Agr.—3 Mss. Harl. Agr. et Ryckius, *adeo vos*. Ceteri omnes, *adeo nos*. Paulo vividior erit oratio, si *vos* legatur. *Brotier.*—4 Hæc, *virtusque* absunt a Ms. Bud.—5 Ita

## NOTÆ

[d] *In tot malis hostium*] Haud plane damno. Forte, *portum et finem*. Quid si *in tot malis honestam?* Lipsius.

*In tot malis hostium*] Forte scripsit, *mortemque in tot malis, honestum ut finem*, Mallem tamen abesset illa vox, *hostium;* et forte irrepsit ex sequentibus, aut male addita est. Scripsisse, *honestum*, seu *honestam*, possit colligi ex sequentibus : ‘ De supremis agitantem liberti servique prohibuere, fœdissimam mortem sponte prævenire.’ Scil. *fœdissima mors*, quæ a desertore illata est; at *honesta*, quam sua manu *sponte* prævenisset.

pellerentur:[e] socii sæpe nostri,[f] exscindi urbes suas, seque cum conjugibus ac liberis cremari, pertulerunt: neque aliud pretium exitus, quam fides famaque. Tolerant cum[6] maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promissis demoventur. Nobis, super arma et viros et egregia castrorum munimenta, frumentum et commeatus, quamvis longo bello pares. Pecunia nuper etiam[7] donativo suffecit:[8] quod sive a Vespasiano, sive a Vitellio, datum interpretari mavultis, ab Imperatore certe Romano accepistis. Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso totiens hoste, si pavetis aciem, indignum id quidem: sed est vallum murique et trahendi artes, donec e proximis provinciis auxilia exercitusque concurrant. Sane[9] ego displiceam: sunt alii Legati,[g] Tribuni, Centurio[h] denique,[10]

necione deleri maluerint, ne statione dimoverentur: nostri sæpe socii, solo æquari civitates suas, seque cum uxoribus et filiis incendi sustinuerunt: neque alia merces excidii *fuit*, quam constantia gloriaque. Legiones ferunt quam patientissime famem et obsidionem apud Vetera *castra*, nec pavore aut spe deturbantur. Nobis, præter arma et homines, et validissima castrorum propugnacula, annona et copiæ, licet diuturno bello sufficiunt. Pecunia novissime etiam congiario suppeditavit: quod, sive a Vespasiano sive a Vitellio tributum intelligere malitis, a principe certe Rom. donati estis. Tot præliorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, cæso toties hoste, si formidatis pugnam, id sane flagitium *est:* sed sunt castra munimentaque, et nectendi moras industria, donec e finitimis provinciis confluant copiæ sociorum, exercitusque. Ego sane non placeam vobis: sunt alii duces, tribuni, centurio tandem,

veteres et recentiores editiones. In intermediis, *præoptaverunt*.—6 Ita Ms. Reg. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *nunc maxime*. Mss. Harl. Jes. Guelf. *quor*, vel *cur nunc maxime*.—7 Ms. Ryckii *et* pro *etiam*.—8 Sic bene Lipsius, Pichena et recentiores. Male in Mss. et veteribus editionibus, *sufficit*. Jam enim acceperant donativum. *Brotier*.—9 Ms. Reg. et editio princeps, *sin ego*. Puteolanus ac ceteri omnes, *sane*. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes.—10 Ita editiones veteres

NOTÆ

[e] *Ne loco pellerentur*] Ne statione seu ordine, potissimum in prælio, dimoverentur legiones, perire maluerunt.

[f] *Socii sæpe nostri*] Intelligit de Saguntinis, quos Annibal expugnavit, et similibus.

[g] *Sunt alii legati*] Est qui vertat: Sunt alii duces, ut et alii milites: sed male sana illa antithesis. Vult tantum hoc Vocula; Si vobis displiceo, sunt alii legati, quos vobis præficere potestis, qui vos ducere et regere possunt; sunt etiam tribuni, vel centurio, vel miles, e quibus ducem eligere potestis; penes vos est, assumere ducem ex illis, qui vobis placeat.

[h] *Centurio denique*] Id est, Si vobis displiceam, sunt alii duces; Tribu-

aut miles. Ne hoc prodigium toto[11] terrarum orbe vulgetur, vobis satellitibus, Civilem et Classicum Italiam invasuros. An,[12] si ad mœnia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriæ inferetis? Horret animus tanti flagitii imagine. Tutorin'[13] Trevero agentur excubiæ?[i] Signum belli[14] Batavus dabit? Germanorum catervas supplebitis? quis deinde sceleris exitus? cum Romanæ legiones contra direxerint; transfugæ e transfugis, et proditores e proditoribus, inter recens et vetus sacramentum[j] invisi Deis errabitis? Te, Jupiter Optime Maxime, quem per octingentos[15] viginti annos, tot triumphis coluimus, te, Quirine, Romanæ parens urbis, precor venerorque, ut, si vobis non fuit[k] cordi,[16]

vel miles. Ne hoc portentum per universum orbem differatur, vobis auctoribus ac ministris, Civilem et Classicum Italiam irrupturos. An, si ad muros urbis Germani Gallique ductarint, bellum penatibus illaturi estis? Pavet animus cogitatione tanti facinoris. Tutori Trevero apponentur custodiæ? Signum prælii dabit Batavus? Germanorum cuneos replebitis? quis postea flagitii finis? cum legiones Rom. contra aciem struxerint; perfugæ e perfugis, et desertores e desertoribus; infesti Diis *et incerti* errabitis inter novissimum et priscum sacramentum? Te rogo adoroque, Jupiter Optime Maxime, quem per octingentos viginti annos, tot laureis triumphisque celebravimus; te, Romule, Romanæ conditor civitatis, ut, si vobis non placet, me rectore, hæc

et recentiores. Ms. Reg. *et miles.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Rhenanus, *centurioque aut miles.* Sensus autem est: Sunt alii legati, tribuni, centurio denique, aut etiam miles, ex quibus ducem eligere potestis. *Brotier.*—11 *Toto* displicet Cl. Ernesto. Mallet, *tantum.* Melius, *toto.* Idem. —12 Ms. Bodl. *aut si.* Mss. Harl. Jes. *at si.* Recte emendatum in Ms. Harl. *an si.* Brotier.—13 Sic Ms. Flor. Ms. Reg. *Tutor in Treviros.* Editio princeps, *Tutor in Treviro.* Inde scriptum olim, *Tutorine Trevero,* vult Jac. Gronovius. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *Tutori Treviro;* et sic Brotierus cum Ryckio et Gronov. et Bipont.—14 *Belli* non est in Ryckii Msto.—15 Male Ms. Guelf. *ducentos et XX.* Brotier.—16 A Ms. Bud. aberat, *cordi.*

## NOTÆ

num, centurionem, vel quempiam militum, summæ rerum præficere potestis.

[i] *Agentur excubiæ*] Nempe tanquam imperatori, vel duci: habebat enim prætor seu imperator cohortem prætoriam excubantem apud tentorium, ex more militiæ.

[j] *Inter recens et vetus sacramentum*] Id est, An rursus prodetis Gallos, et novum sacramentum violabitis, ita ut inter recens sacramentum, nempe Gallorum, et vetus sacramentum populi Rom. erretis incerti et infesti Diis hominibusque?

[k] *Si vobis non fuit cordi*] Imitatum clare e Livio: 'Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit

me Duce, hæc castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui fœdarique a Tutore et Classico ne sinatis.[l] Militibus Romanis aut innocentiam detis, aut maturam et sine noxa pœnitentiam.'

59. Varie excepta oratio, inter spem metumque ac pudorem. Digressum Voculam, et de supremis agitantem, liberti servique prohibuere, fœdissimam mortem[m] sponte prævenire. Et Classicus, misso Æmilio Longino, desertore primæ legionis, cædem ejus maturavit. Herennium et Numisium, Legatos,[n] vinciri satis visum. Dein, sumtis Roma-

munimenta integra et illibata manere, at saltem ne permittatis contaminari temerarique a Tutore et Classico. Legiones Romanas vel innoxias servate, vel properam et sine clade pœnitentiam tribuite.

*Diversis animis audita oratio, inter spem formidinemque ac verecundiam. Cum discessisset Vocula, et de exitu deliberaret, liberti servique cohibuere, ne turpissimum finem ultro occuparet. Et Classicus, misso Æmilio Longino, transfuga primæ legionis, necem ejus properavit. Placuit* sufficere, *si vinclis cohiberent Herennium et Numisium, legatos. Postea* Classicus, *acceptis insignibus imperii Rom. ad*

Inde emendavit ediditque Rhenanus, *si vobis non fuit*, id est, licuit. Quod merito reprehendit Lipsius. Tacitus imitatur Livium, IX. 8. 'Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium, T. Veturium consules, cum Samnitibus prospere bellum gerere : at vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos.' *Idem.*

## NOTÆ

cordi, Spur. Postumium cum Samnitibus bellum gerere,' &c.

Tacitus infra : 'Id fortasse cordi Diis, et divino ministerio principem electum.' Nec quicquam hic scrupi aut nodi. *Lipsius.*

[l] *At certe pollui fœdarique a Tutore et Classico, ne sinatis*] Durius est a domesticis, ab amicis aut sociis prodi polluique, quam ab extraneis et justis hostibus. Supra : 'Id enim fas armorum et jus hostium.' At quid molestius Romanis, quam invadi imperium Rom. a sociis vilibus et perduellibus, quales Batavi aut Belgæ ? Id certe de Germanis aut Parthis æquius tulissent.

[m] *Prohibuere, fœdissimam mortem*] Fœdissimam vocat mortem, quæ desertoris proditorisque manu obvenit. *Pichena.*

Non fœda mors præcise, quæ inferretur manu proditoris ; sed fœda, quia inferebatur a proditore : sicque non inhonesta ea Voculæ fuit, sed his tantum qui proderent ducem, ac desererent in ea occasione.

*Prohibuere, fœdissimam mortem sponte prævenire*] Quidam vertunt, quasi esset ignominiosa illa mors Voculæ : sed fuit tantum fœda seu turpis illa mors deserentibus et interficientibus ducem per scelus. Nec fuit præcise fœda aut ignominiosa mors Voculæ, nisi quatenus *fœdum* est a suis prodi, et ab amicis sociisque interfici.

[n] *Herennium et Numisium Legatos*] Id accipiendum de Numisio Rufo,

ni Imperii insignibus,[o] in castra venit. Nec illi, quanquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere, quam ut sacramentum recitaret. Juravere, qui aderant, 'pro Imperio Galliarum.' Interfectorem Voculæ altis ordinibus,[p] ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit. Divisæ inde inter Tutorem et Classicum curæ. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam,[q] in eadem verba adigit, occisis Magontiaci[1] Tribunis,[r] pulso castrorum Præfecto, qui detrectaverant. Classicus corruptissimum quemque e deditis

*castra accessit. Nec illi, licet ad omne flagitium obduruisset, oratio ultra suppetiit, quam ut legeret sacramentum. Adacti, qui præsentes erant,* in verba Galliarum. *Percussorem Voculæ ad primos militiæ gradus* evehit; *alios, ut quisque se facinoris satellitem tulerat, præmiis exornat. Dein partita inter Tutorem et Classicum* imperii *munia. Tutor firmo agmine circumsessos Agrippinenses, et quicquid copiarum* erat *apud superiorem Rheni orum, eodem sacramento obstringit, interfectis tribunis Maguntiaci,* et *ejecto castrorum præfecto, qui* adigi *noluerant. Classicus flagitiosissimum quemque e deditis* ire ad obsessos *jubet,* salutem offe-

1 Male Ms. Reg. et editio princeps, *occisi Maguntiaci tribuni.* Brotier.

NOTÆ

cujus supra hoc libro capite 22. fit mentio.

'Legati,' inquit, 'legionum Mumius Lupercus et Numisius Rufus vallum murosque firmabant.' Infra: 'Annumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri,' &c. *Rhenanus.*

*Herennius* legatus primæ legionis, cui hyberna Bonnæ, et *Numisius* septimædecimæ, quæ Novesii erat. *Savilius.*

[o] *Sumtis Romani Imperii insignibus*] An ut ipse Classicus insignia imperii, tanquam imperator, induerit? Cave credas; sed intellige, aquilas, vexilla, ceteraque Romani exercitus signa secum sumsisse: et nullum imperatorem nominatum, sed juratum esse pro imperio Galliarum. *Pichena.*

*Sumtis Romani imperii insignibus*] Intellige *fasces, secures, &c.* Sed forte *insignia,* cum de militibus agitur, sunt *signa* militaria: forte utraque *insignia* hic intelliguntur. Potius tamen fasces, secures, et lictores intelligam, quæ vera *insignia imperii Romani,* in quod jurare compellebant, nomine tamen imperii Galliarum. Infra, 'juravere . . . pro imperio Galliarum.'

[p] *Altis ordinibus*] Forte centurionis, aut primipili; ut supra de C. Volaginio et Varo vidimus.

[q] *Apud superiorem Rheni ripam*] Id est, superiorem Germaniam.

[r] *Occisis Magontiaci Tribunis*] Ita est: a Novesio, partitis curis, Tutor in superiorem Germaniam missus, Agrippinenses in itinere, dein legiones Rom. Magontiaci adegit in verba Galliarum; Classicus inferiorem Rheni ripam secutus, ad Vetera direxit. Novesium supra Vetera fuit, infra Agrippinensem coloniam. *Mercerus.*

'pergere ad obsessos' jubet, 'veniam ostentantes, si præsentia sequerentur: aliter nihil spei: famem ferrumque et extrema passuros.' Adjecere, qui missi erant, exemplum suum.

60. Obsessos hinc fides, inde egestas, inter decus ac flagitium distrahebant. Cunctantibus solita insolitaque alimenta deerant; absumtis jumentis equisque et ceteris animalibus, quæ profana fœdaque in usum necessitas vertit. Virgulta[s] postremo et stirpes et internatas saxis herbas vellentes, miseriarum patientiæque documentum fuere: donec egregiam laudem fine turpi macularent, missis ad Civilem legatis, 'vitam' orantes. Neque ante preces admissæ, quam in verba Galliarum jurarent. Tum, pactus 'prædam[1] castrorum,' dat custodes, qui pecuniam, calones, sarcinas[t] retentarent, ac qui ipsos leves[2] abeuntes prosequerentur. Ad quintum fere lapidem coorti Germani incautum agmen aggrediuntur. Pugnacissimus quisque in

rentes, si præsentibus cederent: secus nihil sperarent: inopiam, cædem, et ultima passuros. *Adjunxere, qui iverant, imitandi se consilium.*

*Circumsessos hinc constantia, hinc fames diducebant, inter gloriam ac dedecus. Dubitantibus sueta insuetaque cibaria deerant; devoratis jumentis et equis, et ceteris animantibus, quas impuras impiasque in alimentum cibi inopia convertit. Denique frutices surculosque et radices, et internata lapidibus gramina eruentes, ærumnarum et tolerantiæ exemplum præbuere: donec eximiam gloriam fœdo exitu polluerent, missis ad Civilem oratoribus,* salutem *rogantes. Nec prius approbata* sunt *desideria, quam adigerentur sacramento Galliarum. Tum, pacto vindicata sibi* præda castrorum, Civilis *apponit custodes, qui retinerent pecuniam, lixas, et impedimenta, et ipsos expeditos digredientes deducerent. Ad quintum fere milliare consurgentes Germani, inopinantem militem adoriuntur. Strenuissimus quisque in*

1 Mss. Bodl. Jes. *præda.*—2 Ita Rhenanus, Ernestus et recentiores. Ms. Agr. et Ryckius, cum Bipont. *et qui.* Mss. Flor. Reg. et editio princeps, *at qui:* unde Pichena emendavit, *atque ipsos.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *aut qui.* Gronov. *atque qui. Leves* Ryckius et Ernestus intelligunt de custodibus levis armaturæ. Quod sic explicari vix patitur Latinitas. *Leves* dicuntur, quod prius fuerant spoliati. *Brotier.*

## NOTÆ

[s] *Virgulta*] Vertunt, *pastos foliis;* sed in virgultis, præter folia, sunt pellis et summitates teneræ, quas arrodere misere potuerunt ritu pecorum.

[t] *Calones, sarcinas, &c.*] Cur Calones? Vel quia servi et mancipia Romanorum; vel ut in servitutem eos sibi assererent, aut venderent; vel quia *sarcinas* retinebant, ideo et *calones* his vehendis retinuerunt.

vestigio, multi palantes, occubuere: ceteri retro in castra profugiunt; querente sane Civile et increpante Germanos, 'tanquam fidem per scelus abrumperent.' Simulata ea fuerint, an retinere sævientes nequiverit, parum affirmatur. Direptis castris, faces injiciunt:[u] cunctosque, qui prælio superfuerant, incendium hausit.

61. Civilis, barbaro voto,[v] post cœpta adversus Roma-

*loco, multi errantes, occidere: reliqui retro in munimenta fugiunt; indignante quidem Civili, et incusante Germanos,* tanquam fœdus per fraudem infringerent. *Parum constat, an ea ficta fuerint, an cohibere grassantes non potuerit. Egesta præda, munimentis ignem inferunt: omnesque, qui e pugna evaserant, flammæ absumsere.*

*Civilis, perpetrata tandem cæde legionum, excussit exuitque capillum,* quem Ger-

NOTÆ

[u] *Direptis castris, faces injiciunt*] Ex pacto præda ad Civilem pertinebat. Itaque egestis sarcinis, sicque amotis calonibus, digressisque militibus, potuit tum pro suo nutu Civilis injicere faces castris. Sed mirari subit, quod prælio superstites simul incenderit Civilis, qui vulgus militum pellicere in suas partes cupiebat, occisis tantum legatis.

Sed forte pauci illi milites, qui refugerant in castra, neglecti sunt a Civili, et ipsi hauriri incendio maluerunt, quam in potestatem hostium venire, cum nollent se viæ ultra committere. Egesta præda, Civilis castris ignem injecit, nihil ultra curans, cum pacto et promissis stetisset, nempe concessa militibus Romanis venia, et facultate abeundi quo vellent.

Est tamen, qui vertat, quasi Germani eos, in quos incidere, milites, usque in castra refugientes persecuti sint, et castra expilarint, dein ignem injecerint, quo absumti illi milites qui eo refugerant. Quasi vero Germani socii Civilis, nolente Civili et vidente, expilassent castra, quorum præda ad Civilem pertinebat! quasi vero Germani rapuissent prædam, non interfectis potius militibus, quam postea incensis!

Spoliarunt occideruntque milites Romanos Germani in itinere, nihil ultra; sed Civilis, egesta præda, contemtis his refugis, ignem immisit castris. quo illi hausti sunt. Attamen quia plurali numero dicit, *faces injiciunt*, id forte etiam de Germanis intelligi possit, et addit Tacitus; 'Cunctosque, qui prælio superfuerant, incendium hausit.'

[v] *Civilis, barbaro voto*] Patrium et solenne Germanis hoc votum. Tacitus de moribus ejus gentis: 'Aliis Germanorum populis usurpatum, rara et privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, crinem barbamque summittere, nec nisi hoste cæso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum.'

Mansit inferiore ævo. Et lego apud Diaconum III. de gestis Longobardum capite 3. 'Sex millia Saxonum, quæ bello superfuerant, devoverunt se neque barbam neque capillos rasuros, nisi se de Suevis hostibus ulciscerentur.'

Pulchre igitur et decore Silius Sarmenti Gallo hoc affingit, Punic. IV. 'Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor Cæsariem crinemque tibi,

nos arma, propexum[1] rutilatumque crinem,[w] patrata demum cæde legionum, deposuit. Et ferebatur, parvulo filio[x] quosdam captivorum, sagittis jaculisque puerilibus figendos, obtulisse. Ceterum neque se, neque quenquam Batavum, in verba Galliarum adegit: fisus Germanorum opibus: et, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret, inclytus fama et potior. Mummius Lupercus, Legatus legionis, inter dona missus Veledæ. Ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat:[y] vetere apud Germanos more, quo

*manico voto, post susceptum in Romanos bellum, promissum rutilumque* ostentabat. *Et dicebatur, tenello filio exhibuisse nonnullos captivorum, missilibus telisque pueri confodiendos. Porro neque se, neque ullum Batavum, sacramento Galliarum obstrinxit: fidens Germanorum copiis; et, si pugnandum adversus Gallos de summa rerum foret, illustris fama, et validior. Mumius Lupercus, legatus legionis, inter munera Velledæ missus* est. *Ea virgo gentis Bructeræ late dominabatur: prisco*

1 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg.

NOTÆ

Gradive, vovebat.'

Quin et Romani usurparunt interdum, ut Julius Cæsar, de quo Suetonius capite 67. 'Diligebat quoque milites usque adeo, ut, audita clade Tituriana, barbam capillumque submiserit, nec ante demserit, quam vindicasset.' *Lipsius.*

[w] *Propexum rutilatumque crinem*] Id habuit forte a natura, ut rutilus ei, seu flavus, capillus esset: nec ob luctum aut mœrorem submisit crinem Civilis, sed in magnam spem, et voto ingenti ultionis in Romanos; cujus compos factus, crinem tandem deposuit, quem voto submiserat, more Cattorum, ex quibus traxerat originem.

[x] *Parvulo filio*] Civilis Hannibalem se ferebat, simili oris dehonestamento. Hannibal statim a puero imbutus sanguine Romanorum, sacramentoque ad aras in populi Romani immortale odium obstrictus a patre erat: sic et statim tali odio imbuit parvulum filium Civilis, ne id dediscat unquam, quod primum nascens hausit a patre, et velut a natura ipsa.

[y] *Ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat*] Vertunt, quasi *ea virgo* ingenti regioni aut provinciæ dominaretur, et quasi terras late possideret in Germania: quod falsum.

Puto, *late imperitabat* virgo, sanctitate nempe, veneratione, et fama; nec in una provincia tantum, sed et in tota Germania, et etiam Gallia; præsertim durante illo motu, cujus socii participesque Galli. Late imperitabat ipsa auctoritate et fama oraculorum, quia nempe ipsa 'prosperas Germanis res et excidium legionum prædixerat.'

At certe forte possidebat tantum turrim suam, ad quam nulli patebat aditus, nisi fratribus, 'quo plus venerationis inesset.' Non id jus principum, ut sanctitate imperent, sed Numinum, aut certe Numinis internuntiorum. Tac. Germ. 8. 'In-

plerasque fœminarum fatidicas,[z] et, augescente superstitione, arbitrantur[2] Deas.[a] Tuncque Veledæ[3] auctoritas adolevit:

*apud Germanos ritu, quo plerasque mulierum futuri præscias, et, gliscente religione, existiment Deas. Tuncque Velledæ fama increvit: quippe præsagierat* secundas

et editione principe, *perpexum*. Ms. Agr. *perplexum*. Brotier.—2 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *arbitrentur*.—3 Sic Mss. Flor. Agr. et editiones recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Velledæ*. Mendose Ms. Reg. et editio princeps, *Tede*. Sed mox infra cap. 65. in Ms. Reg. *Veledam;* quam quoque Dio, LXVII. p. 761. appellat τὴν Βελήδαν. *Brotier*.

## NOTÆ

esse quin etiam sanctum aliquid [fœminis;] et providum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt.' Sic late imperitabat ea virgo.

[z] *Vetere apud Germanos more, quo plerasque fœminarum fatidicas*] Sic Plutar. in Cæsare, ubi de Ariovisto rege: 'Præterea magis retinebant vaticinia fœminarum, quæ fluviorum vorticibus inspicientes, et ex fluctuum variis flexibus gyrisque ac murmuribus divinant: nam prædicebant ipsæ, non licere prælium committere ante novilunium.'

Forte æmulatus Civilis Sertorium, ut pari faciei dehonestamento, ita et pariter ingenio callidus. Fingebat Sertorius, teste Plut. missam sibi a Diana cervam, quam fere ut Deam haberi voluit, scil. esse donum Numinis, et fama vulgavit, quasi ipsi multa ignota declararet. Sciebat ille prona esse in superstitionem barbarorum ingenia. Quo tamen dono seu Numine, non satis cautus adversus suorum insidias fuit Sertorius.

[a] *Et, augescente superstitione, arbitrantur Deas*] Vertunt, quasi illas virgines post mortem Deas consecrarent, more Romanorum; sed nihil ad Taciti mentem.

Non enim eas post mortem faciebant aut putabant Deas; sed dum viverent, dum spirarent, et responsa darent, tum fatidicas virgines et futuri præscias et quasi divinas, aut Deas, ipsas reverebantur; 'nec tanquam facerent Deas,' inquit Tacitus, sed quia Deas credebant, et tanquam revera essent, aut certe quid divinum in se haberent.

Sic Tac. de Mor. Germ. 8. 'Vidimus, sub Divo Vespasiano, Veledam diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed et olim Auriniam, et complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas.'

Hoc dicit Tacitus ad discrimen moris Romani, quo adulabantur viris principibus et etiam fœminis, quos consecrabant, *tanquam facerent Deos Deasque*, licet non crederent; at non ita Germani. Quippe virgines fatidicas sincere et ex animo venerabantur, 'non adulatione, nec tanquam facerent Deas,' sed tanquam ipsas vere arbitrarentur *Deas*.

*Arbitrantur Deas*] *Matronæ* erant *Deæ* quædam provinciarum urbiumque *tutelares*, quæ etiam *matræ*, et *matres* appellabantur, et cognominabantur vocabulo loci vel urbis cujus patronæ erant. Notant eas fuisse cultas in Germania aut Gallia tantum, et raro alibi aras habuisse. Idque sub tempus Severi invaluisse.

nam 'prosperas Germanis res et excidium legionum' prædixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Pauci Centurionum Tribunorumque, in Gallia geniti, reservantur, pignus societatis. Cohortium, alarum, legionum hyberna subversa cremataque: iis tantum relictis, quæ Magontiaci ac Vindonissæ[b] sita sunt.

62. Legio sextadecima[1 c] cum auxiliis simul deditis a Novesio in coloniam Treverorum[d] transgredi jubetur, præfinita die, intra quam castris excederet. Medium omne tempus per varias curas egere: ignavissimus quisque, cæsorum apud Vetera exemplo, paventes; melior pars rubore

res Germanis, et internecionem legionum. *Sed Lupercus in via occisus* est. *Nonnulli centurionum tribunorumque, in Gallia nati, conservantur*, velut *pignus commilitii ac fœderis. Castra cohortium alarumque* et *legionum subruta incensaque: iis tantum reservatis, quæ posita sunt Maguntiaci ac Vindonissæ.*

*Legio tertiadecima, cum copiis sociorum, quæ simul se permiserant, jubetur transire a Novesio in civitatem Treverorum, præstituto tempore, intra quod munimentis exiret* legio. *Interjectum omne tempus, per diversas anxietates transegere: segnissimus quisque trepidantes, exemplo interfectorum apud Vetera; pars honestior,*

1 Sic Ms. Flor. Ceteri Mss. librique editi, *legio XIII.* vel *legio tertiadecima:*

## NOTÆ

Frustra afferunt hunc Taciti locum ex Hist. IV. 61. de Veleda. 'Ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat.... et augescente superstitione arbitrantur Deas.' Nam Tacito erant eæ *virgines*, non *matres*. Et forte virginitati id datum, ut prædicerent.

Nec Taciti ævo colebantur post fata, sed dum viverent et prædicerent. Colebant ut Deas, et ut divinitatis conscias; putabant Deas, non faciebant, aut certe non aliter faciebant, quam quia credebant, teste ipso Tacito. Nec forte ad rem Taciti locus, cum ea superstitio, imperante Severo, inceperit a rusticis, &c.

[b] *Vindonissæ*] Urbs ea Tigurinorum, in Helvetiis populis Lugdunensis Quintæ. Hodie *Vindisch*, villa Cantonis Bernæ ad septemtrionem et orientem, atque ad meridiem fluvii *Aar*, in tractu *Argauv*, Helvetiæ recentioris. *Tillemonius.*

[c] *Legio sextadecima*] Sic Mercerus reponit pro *legio XIII.* quod mihi præter historiæ mentem videtur; nam ea in Italiam a Vitellio ducta fuit; quod testatur libro præcedenti, ubi ordinem agminis Vitellianorum refert. Ait enim: 'mediam aciem sextadecimanos duoetvicesimanosque.'

At supra hoc eodem libro ejusdem tertiædecimæ legionis meminit, quæ apud Novesium erat: 'ingressis Novesium, tertiadecima legio conjungitur.' *Pichena.*

[d] *Coloniam Treverorum*] Augusta Treverorum, urbs Treverorum populorum ad Mosellam amnem, in Belgica Prima: hodie *Trier* incolis, *Treves* Francis, urbs Archiepiscopatus et Electoratus Trevirensis, in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

et infamia: 'quale illud iter? quis dux viæ? et omnia in arbitrio eorum, quos vitæ necisque dominos fecissent.' Alii, nulla dedecoris cura, pecuniam, aut carissima sibimetipsi circumdare. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi. Hæc meditantibus,[e] advenit proficiscendi hora, expectatione tristior. Quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus et dies. Revulsæ Imperatorum imagines, inhonora[2] signa,[f] fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis: silens agmen, et velut longæ exequiæ: dux Claudius Sanctus,[g] effosso oculo: dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, postquam,

*pudore et ignominia*, reputabant, qualis *foret* illa via? quis dux itineris? et cuncta in potestate illorum *fore*, quos vitæ mortisque arbitros *ipsi* constituissent. *Alii, nihil de flagitio aut ignominia anxii, pecuniam, aut pretiosissima* quæque *sibi cingere ipsi. Nonnulli parare arma et tela, velut ad prælium expedire. Hæc reputantibus, advenit exeundi tempus*, ipsa *expectatione molestius. Namque intra castra ignominia non æque conspicua: aperuit dedecus planities et dies. Dereptæ principum effigies, incomta vexilla, micantibus hinc et illinc Gallorum signis: taciturnum agmen, et velut longa funerum pompa: dux Claudius Sanctus, excusso oculo; truculentus vultu, animo deformior. Augetur flagitium, postquam, relicto*

vel *tredecima*. *Tertiadecima* Ryckius et Gronov. Sed vide c. 26.—2 Sic optime Victorius, Lipsius et recentiores. Mss. Flor. Reg. *in hora signa*. Ms. Agr. et editio princeps, *in ora*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *innexa signa*. Frustra Jac. Gronovius e Ms. Flor. tentat, *viliora signa*. Brotier.

## NOTÆ

[e] *Hæc meditantibus*] Idque ex Livio, qui in deditione illa turpi ad Furculas: 'Hæc frementibus,' inquit, 'hora fatalis ignominiæ advenit, omnia tristiora experiundo factura.' *Lipsius*.

[f] *Inhonora signa*] Budensis codex, *inhora signa*. Rom. *in ora*. Divinabam olim, *inversa signa*, quod ignominiæ fuit, et victos se fatentium.

Spartianus in Severo: 'In palatium eodem habitu perrexit, prælatis signis, quæ prætorianis ademerat, supinis, non erectis.' Idem usurpatum in dolore: Tacitus Annal. III. 'præcedebant incomta signa, versi fasces.'

Pedo Albinovanus ad Liviam: 'Quos primum vidi fasces, in funere vidi; Sed vidi versos, indiciumque mali.'

At nunc putem commodius legi, *inhonora signa*, id est, squalida, non uncta, non nitidata: quæ opponit 'fulgentibus Gallorum vexillis.'

Aut potius retineri illud *innexa*, cum explicatione, *signa innexa*, id est, sine nexu, et nuda fuisse: nam solent imagines principum, clypei, etiam coronæ et talia innecti. *Lipsius*.

Fortasse etiam *inhonora signa* dicuntur, quia revulsæ ab iis Imperatorum imagines fuerant. *Pichena*.

[g] *Dux Claudius Sanctus*] Dux scilicet viæ deditis datus, nam supra dixit: 'quale illud iter? quis dux viæ?' *Pich*. Dux, qui non solum viæ præiret, sed et forte defenderet deditos ab injuria.

desertis Bonnensibus castris, altera se legio miscuerat. Et, vulgata captarum legionum fama, cuncti, qui paulo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisque et undique effusi insolito spectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium insultantis vulgi: spretisque Sancti promissis aut minis, Magontiacum abeunt: ac forte obvio interfectore Voculæ, Longino, conjectis in eum telis, initium exsolvendæ in posterum culpæ fecere. Legiones, nihil mutato itinere, ante mœnia Treverorum considunt.

63. Civilis et Classicus, rebus secundis sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. Sævitia ingenii[1] et cupidine prædæ ad excidium civitatis trahebantur: obstabat ratio belli, et novum Imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod filium ejus, primo rerum motu, in colonia Agrippinensi deprehensum, honorate custodierant. Sed Transrhenanis gentibus invisa civitas, opulentia auctuque. Neque alium finem belli rebantur, quam si promiscua ea sedes omnibus Germanis foret, aut, disjecta, Ubios quoque dispersisset.

64. Igitur Tencteri, Rheno discreta gens, missis legatis,

*Bonnensi vallo, altera se legio adjunxerat. Et, sparso rumore expugnatarum legionum, omnes, qui paulo ante populum Romanum expavebant, contracti ex agris prædiisque, et undique affluentes, insolenti spectaculo nimis oblectabantur. Haud toleravit ala Picentina lætitiam illudentis turbæ; contemtisque* Claudii *Sancti promissis aut minis, Maguntiacum tendunt: ac forte oblato percussore Voculæ, Longino, immissis in eum jaculis, principium dedere expiandi in futurum flagitii. Legiones, nihil immutata via, ante muros Treverorum substitere.*

*Civilis et Classicus, rebus prosperis erecti, deliberavere, an civitatem Agrippinensem depopulandam suis copiis concederent. Violentia ingenii, et cupiditate raptuum, ad exitium coloniæ impellebantur: vetabat prudentia belli, et novum principatum incipientibus necessaria mansuetudinis fama* erat. *Civilem quoque gratiæ memoria placavit, quod* Agrippinenses *cum honore custodierant filium ejus, principio belli, in civitate sua interceptum. Sed colonia* hæc *Transrhenanis populis infesta, opibus et incremento. Neque alium belli exitum* fore *arbitrabantur, quam si communis ea patria foret universis Germanis, aut, subversa, Ubios etiam dissipasset.*

*Itaque Tencteri, Rheno diremta natio, missis oratoribus, mandata promi jubent in*

1 Sic bene Lipsius, Pichena et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *sævitis ingenti.* Rhenanus emendaverat, *ingenita.* Brotier.

mandata apud concilium Agrippinensium edi jubent: quæ ferocissimus e legatis in hunc modum protulit:[h] 'Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ,[i] communibus Deis et[1] præcipuo Deorum,[j] Marti, grates agimus: vobisque gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem flumina ac terras[2] et cœlum[k] quodammodo ipsum

*concione Agrippinensium: quæ promtissimus legatorum in eam sententiam edidit:* Gratias referimus Diis communibus *Germaniæ, sed* et maximo Deorum Marti, quod reversi estis in corpus vocabulumque Germaniæ; vobisque lætitiam nostram testamur, quod tandem inter liberos libertate fruemini. Quippe ad id tempus, amnes terrasque et ipsum quodammodo cœlum obstruxerant Ro-

1 Ita Mss. Flor. Agr. Corb. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, cum Gronov. *sed præcipuo.*—2 Ms. Corb. *ac*

NOTÆ

[h] *Quæ ferocissimus e legatis in hunc modum protulit*] Feroces, nempe, populi concionantur truci oratione. Ut sunt, quam egregie decorum servat Tacitus. Sic Curtius Scythas olim loquentes induxerat suo more feroci et Scythico; sic Germani, Germanico more, de Marte Deorum præcipuo, et de libertate Germanica nunc disserunt: 'flumina ac terras et cœlum quodam modo ipsum clauserant' Romani, nempe castris, amnibus, et munimentis. Dein etiam, 'fera animalia, si clausa teneas,' &c. Hæc omnia simplici vere et Germanico more concionatur legatus.

Sic olim Scythæ ad Alexandrum, quorum genus sunt Germani: 'Quid tu ignoras, arbores magnas diu crescere, una hora extirpari? stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide, ne, dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fit: et ferrum rubigo consumit.' En Germana vere et Scythica oratio!

[i] *Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ*] Sic lib. de Mor. Germ. 39. 'Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum. Centum pagis habitantur: magnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.'

[j] *Et præcipuo Deorum*] Flor. *et præcipuo.* Pichena. Mallem *et*, vel *sed et*; vulgo *sed.*

*Præcipuo Deorum, Marti*] Attamen lib. de Mor. Germ. 9. 'Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant.' Sed quia hic bellum agebatur, forte ideo præcipuum Deorum Martem celebrabant, ut propitius esse vellet omnibus Germanis simul conspirantibus, adversus communes hostes Romanos.

[k] *Flumina ac terras et cœlum*] Terræ fluminibus clauduntur, per hæc transitus arcetur; et cœlum dicitur claudi, cum per cœlum tantum, nec alia patet via. Vel, quia castris, præsidiis, propugnaculis, turribusque Romanorum quodammodo cœlum auferri claudique videbatur. Cum fluvios et terras clauderent, simul et cœlum clausisse aliquatenus, et captivum habere vide-

clauserant Romani: ut colloquia congressusque nostros arcerent; vel, quod contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac prope[3] nudi, sub custode et pretio coiremus.[1] Sed, ut amicitia societasque nostra in æternum rata sit,[4]

mani: ut sermonis mutui commercia conventusque nostros prohiberent; vel, quod ignominiosius est populis ad bellum genitis, *ut* inermes, ac prope intecti, sub vigile ac satellite et soluta pecunia conveniremus. Sed, ut concordia fœdusque nostrum in sempiternum perstent *firma*, petimus a vobis, *ut*

*terram.* Editio princeps, *et terram.*—3 Budens. male *inermes nec probe nudi.* Oberl.—4 Sic Mss. Reg. Agr. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *rata sint;* et sic Gronov. et Ryckius; hic

NOTÆ

bantur. Occupasse et invasisse id omne videbantur, quod adiri non poterat.

[1] *Sub custode et pretio coiremus*] *Sub custode*, qui attenderet loquentium sermonibus. Hæc Senecæ l. 1. de Clem. capite 19. 'Vota sub custode nuncupantibus.' Non sunt capienda de observatoribus, quibus cura sit, ut rite nuncupentur vota; sed de sacerrimis aliis, quos princeps tyrannus secreto apponit iis, quos suspicatur male de se opinari.

Plin. Paneg. 'Queri libet, quod in secreta nostra non inquirant principes, nisi quos odimus.' Inde est, quod de Tiberio prodiderit Tranquillus capite 63. 'Haruspices secreto et sine testibus consuli vetuit.'

Immo eadem causa legimus l. 1. Annalium 76. 'Censuit Asinius, ut libri Sibyllini adirentur: renuit Tiberius, perinde divina humanaque obtegens.'

Nec aliunde queritur Tacitus, in vita Agricolæ: 'Dedimus profecto grande patientiæ documentum; et sicut vetus ætas vidit, quid ultimum in libertate esset; ita nos quid in servitute; ademto per inquisitiones et loquendi audiendique commercio.'

*Custodis* nomine, venire talem otacusten, arguit illud Senecæ, de Ira II. 33. ubi bis meminit *custodis*, a C. Cæsare pastori appositi, qui observaret, an ebiberet pocula propinata. *Gruterus.*

Non agitur hic de secretis illis inquisitoribus, seu custodibus, secreto appositis a principibus: isti *custodes*, palam et publice dati, Germanis commeantibus ad ripam Rom. qui non solum attenderent loquentibus, sed et observarent quid agerent, ne cœtus aut conciliabula haberent, ne quid molirentur adversus Rempub. Romanam: quod maxime cavebant in limitibus imperii; ita ut immensas terras incultas sibi haberent, prætextu armentorum militum, ut procul amoverent barbaros.

Et certe paucis commeandi copia concessa. Tac. de Mor. Germ. 'Hermundurorum civitas fida Romanis: eoque solis Germanorum, non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Rhætiæ provinciæ colonia: passim et sine custode transeunt; et cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos villasque patefecimus,' &c.

Ideo mox permissum barbaris convenire tantum semel in mense, certo loco, centurione præsente et inspectore: sic Dio.

postulamus a vobis, muros coloniæ, munimenta servitii, detrahatis; (etiam[5] fera animalia, si clausa teneas,[6] virtutis obliviscuntur;) Romanos omnes in finibus vestris trucidetis; (haud facile libertas et domini miscentur;) bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quicquam aut segregare causam suam possit. Liceat nobis vobisque utramque ripam colere, ut olim majoribus nostris: quomodo lucem diemque[7] omnibus hominibus;[m] ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis voluptatibus,[8] quibus[n] Romani plus adversus sub-

mœnia civitatis, tanquam propugnacula servitutis, auferatis; etiam feræ animantes, si in custodia clauseris, fortitudinis haud jam recordantur. Interficiatis omnes Romanos intra vestram ditionem; libertas et dominatio non facile conveniunt. Opes interemtorum in commune veniant, ne quis occultare quicquam, aut separare causam suam queat. Fas sit nobis vobisque habitare utrumque littus *Rheni*, ut quondam nostris patribus *licuit:* sic omnes terras strenuis viris aperuit natura, quemadmodum solem diemque omnibus mortalibus *exhibuit*. Reciperate, repetite mores habitumque patrium, abscissis deliciis et amœnitatibus, quibus Romani magis in subditos

autem mallet *sit*, vel *ratæ sint*.—5 Mss. Harl. Jes. *et fera*.—6 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *clausa tenetis*. In Ms. Corb. *inclusa*.—7 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus, Pichena et recentiores. Pariter Plinius, in Panegyric. c. 45. 'Bonos autem otio, aut situ abstrusos, et quasi sepultos, non nisi delationibus et periculis in lucem ac diem proferebant.' Mss. Vatic. 1863. Reg. editio princeps, et Lipsius, *lucem noctemque*. Brotier.—8 Sic bene Mss. Harl.

## NOTÆ

[m] *Quomodo lucem diemque omnibus hominibus*] Lipsius, quia in Vat. invenit, *lucem noctemque*, eam lectionem amplexus est.

Ego vulgatam malui: non enim *lucem diemque*, ideo dicitur, quasi lux et dies differant: sed duo simul verba eadem significantia sæpissime junguntur.

Sic infra, 'nova et recentia jura.' In libello de Causis corruptæ eloquentiæ 'libentius novis et recentibus, quam remotis et obliteratis utor.' Ibi etiam non semel invenies, 'veterem et antiquum.' Seneca epistola 111. 'Ceteris æque vanis et inanibus.'

Non absimile Plin. Paneg. ad Trajanum: 'Ut sol et dies non parte aliqua, sed statim totus; nec uni aut alteri, sed omnibus in commune profertur.'

Sed prorsus simile inferius; 'bonos autem otio et situ abstrusos. Et quasi sepultos, non nisi delationibus et periculis, in lucem ac diem proferebant.'

Præterea non impropria hic; nam recte quidem dicitur viventes aut die frui; falso, nocte. Immo si ad verbum, *aperuit*, respiciamus, lucem ac diem nobis natura vere aperit, sed noctem quasi recondit, ac tenebris involvit. *Pichena*.

jectos, quam armis, valent: sincerus et integer et servitutis oblitus populus, aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.'[9]

65. Agrippinenses, sumto consultandi spatio, quando neque subire conditiones metus[1] futuri, neque palam aspernari conditio præsens, sinebat, in hunc modum re-

pollent quam bellis. *Vos* pura et incorrupta gens servitiique immemor, aut ex æquo agitabitis, aut aliis dominabimini.

*Agrippinenses, impetrato tempore deliberandi, quando* quidem, *neque timor futuri sinebat approbare conditiones, et fortuna præsens temporum* eas *aperte contemni* non patiebatur, *in eam sententiam respondent* legatis: Quæ

Bodl. Jes. Guelf. Agr. Corb. Lipsius et recentiores. Male Ms. Reg. et editio princeps, *voluntatibus*. Puteolanus, *vectigalibus*. Brotier.—9 Ms. Corb. *imperabitis*.

1 Sic bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl.

## NOTÆ

[n] *Abruptis voluptatibus, quibus*] Ambigua lectio: quam posui, libri firmant, nec ratio impugnat. Vere enim inter Romanas artes fuit, ad homines in imperio retinendos, mollire vires eorum, et per delicias amœnasque voluptates frangere.

Tacitus in Agricola: 'Sequens hyems saluberrimis consiliis absumta, ut homines dispersi ac rudes, eoque bello faciles, quieti et otio per voluptates assuescerent.'

Et paulo post: 'paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, et balnea, et conviviorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.'

At veteres tamen editiones, *abruptis vectigalibus;* quod stabiliri prorsus responso Ubiorum videtur, ad hanc orationis partem: 'vectigal et onera commerciorum resolvimus.' *Lipsius.*

Bene, *abruptis voluptatibus:* sic Hist. II. 53. de Othone: 'abruptis vitæ blandimentis.'

*Abruptis voluptatibus*] Forte, *vectigalibus:* nam huic parti respondere videntur Agrippinenses, his nempe verbis, 'vectigal et onera commerciorum resolvimus:' aut potius respondeat istis Tencterorum: 'sub custode et pretio coiremus.'

Stat tamen pro lectione, *voluptatibus*, quod præivit: 'instituta cultumque patrum resumite, abruptis,' &c. Quid enim instituta et cultus ad vectigalia? Et si legis *vectigalibus*, sequentia etiam hæc nullum sensum habent, 'quibus Romani plus adversus subjectos quam armis valent:' nam certe Romani præpolluere armis in subjectos, dein *vectigalibus*. Sed semper plus armis polluere.

Et prægnantior sententia est de *voluptatibus*, et est haud dubie Taciti, ut patet ex Tac. in Agricola, c. 20. Semel subegere populos armis, sed eos diu perpetuoque vincebant deliciis, oblectamentis, et artibus, quæ ad luxum, elegantiam, et amœnitatem pertinerent: 'idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.'

spondent: ' Quæ prima libertatis facultas data est, avidius quam cautius, sumsimus, ut vobis ceterisque Germanis, consanguineis nostris, jungeremur. Muros civitatis, congregantibus se cum[2] maxime Romanorum exercitibus, augere nobis, quam diruere, tutius est. Si qui ex Italia, aut provinciis, alienigenæ in finibus nostris fuerant, eos bellum absumsit, vel in suas quisque sedes refugere. Deductis[3] olim et nobiscum per connubium sociatis, quique mox provenere,[o] hæc patria est. Nec vos adeo iniquos existimamus, ut interfici a nobis parentes, fratres, liberos nostros velitis. Vectigal et onera commerciorum resolvimus. Sint[4] transitus incustoditi; sed diurni et inermes: donec nova et recentia jura[p] in vetustatem consuetudine[5] vertantur.[6] Arbitrum habebimus Civilem et Veledam, apud quos pacta sanciantur.' Sic lenitis Tencteris, legati ad Civilem et Veledam

prima libertatis occasio exhibita est, *eam* cupidius quam prudentius occupavimus, ut accederemus vobis aliisque Germanis, fratribus nostris. Mœnia coloniæ firmare nobis, quam evertere, melius est, nunc præcipue cum contrahuntur exercitus Romanorum. Si qui ex Italia, aut e provinciis, extranei in regione nostra fuerant, illos bellum abstulit, vel in suam quisque patriam dilapsi sunt. Deductis olim *colonis*, et nobiscum conjugio permixtis, quique postea nati sunt, hæc nativa sedes est. Nec vos adeo injustos putamus, ut jubeatis occidi a nobis parentes, fratres, sobolem nostram. Tributum et vectigalia mercium abolemus. Sint itinera pervia et aperta; sed interdiu tantum et sine armis *commeare liceat:* dum nova et recentia fœdera, coalita vetustate in morem evalescant. Judicem assumemus Civilem et Veledam, apud quos conditiones pacis firmabuntur. *Ita placatis Tencteris, missi oratores*

Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *metu*. Brotier.—2 Ita bene Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tum maxime*. Ms. Corb. *cum maximis*. Idem.—3 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. In intermediis quibusdam, *eductis*.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. *sunt*.—5 Sic bene Mss. Flor. Agr. Reg. Farnes. Lipsius et recentiores. Male Ms. Corb. et editio princeps, *in vetustatem consuetudinem*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *in vetustate et consuetudine*. Puteolanus, *in vetustatem et consuetudinem*. Sic quoque Ms. Harl. prima manu. *Brotier*.—6 *Vertuntur* habent Ms. Reg. et

NOTÆ

[o] *Quique mox provenere*] Id est, Qui ex eis nati sunt. *Pichena*.

[p] *Donec nova et recentia jura*] Intelligit conditiones et pacta, de quibus nunc transigunt inter se Germani et Agrippinenses: quæ pacta sunt *nova jura*, seu novæ leges, quibus mutuo obligantur. Quæ tamen *jura* non possunt, statim coalescere, aut rata sanctaque haberi, nisi longa pacis et perpetuæ fidei experientia approbata firmataque fuerint.

missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. Sed coram adire alloquique[7] Veledam negatum. Arcebantur aspectu, quo venerationis plus inesset. Ipsa edita in turre:[8] [q] delectus e propinquis consulta responsaque, ut internuntius Numinis, portabat.

66. Civilis, societate Agrippinensium auctus, proximas civitates affectare, aut adversantibus bellum inferre, statuit. Occupatisque Sunicis,[1] [r] et juventute eorum per cohortes composita, quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Betasiorum Tungrorumque et Nerviorum tumultuaria manu restitit: fretus loco, quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. Pugnabaturque in angustiis ambigue, donec Germani transnatantes[2] terga Labeonis invasere. Simul Civilis, ausus, an ex composito, intulit se agmini Tungrorum, et clara voce: 'non ideo,'[3] inquit, 'bellum sumsimus, ut Batavi et

*ad Civilem et Veledam cum muneribus, omnia ex desiderio Agrippinensium constituere. Sed in conspectum venire et colloqui cum Veleda non licuit. Prohibebantur intuitu, quo plus reverentiæ inesset. Ipsa in excelsa turre* agebat: *assumtus* unus *e cognatis,* qui, *velut internuntius divinitatis, consultationes et oracula perferebat.*

*Civilis, fœdere Agrippinensium erectus, propinquis nationibus imminere, vel repugnantibus inferre arma, decrevit. Cum Sunicos invasisset, pubemque illorum per cuneos ordinasset, quin ulterius irrumperet, impediit Claudius Labeo, propere contracto agmine Betasiorum Tungrorumque et Nerviorum: nixus loca, quia occuparat pontem Mosæ amnis. Certabaturque in arctis locis ancipiti Marte, donec Germani transmeantes, Labeonem a tergo invasere. Eodemque tempore Civilis,* dubium, an *per audentiam, an ex compacto, inseruit se cohortibus Tungrorum, et alta voce:* Non ideo, *ait,* arma cepimus, ut Batavi et Treveri populis dominentur.

editio princeps.—7 Ms. Corb. *colloquique.*—8 In Mss. Reg. et editione principe, *edita intrare.* Inde sane emendatum in Ms. Agr. *adyta intrare.* At melius ceteri libri, *edita in turre.* Brotier.

1 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Ita quoque Ms. Flor., sed alterum *n* superscriptum, quasi legendum, *Sunnicis.* Plinio, IV. 17. dicuntur, *Sunuci.* Corrupte Ms. Reg. *summis.* Editio princeps, *sumus.* Brotier.—2 Sic Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tranantes.* Additum in margine Ms. Bodl. *tranatantes,* quod in suo textu Gronov. recepit.—3 Mss. Bodl. Jes. *nondum, inquit.*

## NOTÆ

[q] *Ipsa edita in turre*] Romana edit. et Rodolphus, *ipsa adyta intrare, dilectus e prop.:* quæ lectio non spernenda. *Lipsius.*

Vox *adyta,* hic nihil ad rem. Tacitus nunquam Græca vocabula usurpat, nisi cum non suppetunt Romana: sensus non spernendus, sed vox spernenda.

[r] *Sunicis*] Sunici, pars Ubiorum populorum, in Germania inferiore. Vide notas l. IV. c. 18. ubi de *Ubiis* egimus. *Tillemonius.*

Treveri gentibus imperent. Procul hæc a nobis arrogantia: accipe societatem: transgredior ad vos, seu me Ducem,[s] seu militem, mavultis.' Movebatur vulgus, condebantque gladios; cum Campanus ac[4] Juvenalis, ex primoribus Tungrorum, universam ei gentem dedidere. Labeo, antequam circumveniretur, profugit. Civilis Betasios quoque ac Nervios, in fidem acceptos, copiis suis adjunxit: ingens rerum,[5] perculsis civitatum animis, vel sponte inclinantibus.

67. Interea Julius Sabinus,[t] projectis fœderis[1] Romani[u]

Longe hæc a nobis superbia: assumite societatem: transeo ad vos, seu me ductorem, seu militem, cupitis. *Excitabatur multitudo, recondebantque enses; cum Campanus ac Juvenalis, ex proceribus Tungrorum, universum ei agmen tradidere. Labeo, priusquam interciperetur, fuga evasit. Civilis Betasios etiam ac Nervios, fidei permissos, exercitui suo adjecit: eo successu ingens* ille, *exterritis gentium animis, vel ultro ad ipsum concedentibus.*

*Interea Julius Sabinus, proculcatis societatis Romanæ monumentis,* Cæsarem *se*

4 Ms. Corb. *atque.*—5 Sic bene Mss. Jes. Guelf. et editiones recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *vigens rerum.* In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *ingens rerum tumultus. Tumultus* quoque secunda manu additum in Ms. Guelf. Inde Heinsius conjiciebat, *ingens rerum cumulus;* ut dictum est supra Hist. II. 24. 'cumulus prosperis.' At plus vigoris ac sensus, si *ingens rerum* retineatur. *Brotier.*

1 Male tentat Lipsius, *prolectus,* vel *prolatis Romani generis monumentis.* Quasi Julius Sabinus, proavia sua et divo Julio, ut dictum est supra c. 55.

## NOTÆ

[s] *Seu me Ducem*] Insidiosa modestia dictum: ut a Sallustii Catilina: 'vel imperatore, vel milite me utimini.' *Lipsius.*

[t] *Julius Sabinus*] Alius ab isto, qui Senecæ patri nominatur, l. IX. controv. 4., qui Gallis præfuit sub Caio: paterne hujus? Dionem vide libro ultimo. *Lipsius.*

[u] *Projectis fœderis Romani*] Pseudo-Cæsar ille tabulas et monumenta projecit et discerpsit; palam quibus scilicet fœdus Romanorum cum Lingonibus et ceteris circa populis sancitum fuerat.

Infra Cerealis 77. 'Neque aliud excusandum habeo, quam quod vos Gallici fœderis oblitos, &c. credidi.' *Colerus.*

Atqui omnia plena moris, quem significat his verbis Tacitus. Dionysius Halic. l. IV. ubi de pactis a Ser. Tullio cum Latinis: 'Ut nullo unquam tempore obliterarentur fœderis pacta, columnam æneam erexit, inscripsitque in ea, quæ in conciliis decreta erant, et eas civitates quæ societatis principes erant.'

Eodem de fœdere, quod Sabinis dedit Superbus: 'Horum fœderum monumentum Romæ positum stat in templo Jovis Fidii, quem Romani Sancum vocant, clypeus nempe ligneus, et pellis bovina valde distenta, scil. bovis illius, qui ob fœdus mactatus fuit; quæ pellis literis antiquis

monumentis, *Cæsarem* se salutari jubet: magnamque et inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam. Nec Sequani detrectavere certamen. Fortuna melioribus affuit. Fusi Lingones.[v] Sabinus festinatum temere prælium[2] pari formidine deseruit: Utque famam exitii sui faceret, villam, in quam perfugerat,

*appellari jubet: ingentemque et incompositam multitudinem in Sequanos abripit, finitimam gentem et nobis fidelem. Nec Sequani abnuere pugnam. Fortuna fortiores juvit. Fugati Lingones. Sabinus properatum inconsulto certamen pari pavore reliquit. Et ut mortis suæ rumorem spargeret, incendit prædium, in quod*

superbus, se Cæsarem appellaret. *Brotier.*—2 Ita Ms. Corb. et editiones recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *bellum.* In editione prin-

NOTÆ

inscriptas habet conditiones fœderis.'

Cicero pro Balbo: 'Cum Latinis omnibus fœdus ictum, Sp. Cassio, Postumo Cominio coss. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post rostra incisum et proscriptum fuisse.' De eodem Livius, l. II. 'Nisi fœdus cum Latinis columna ænea insculptum monumento esset.'

Livius rursum l. XXVI. 'Hæc convenerunt, conscriptaque biennio post Olympiæ ab Ætolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent, sunt posita.'

Fœdus Smyrnæorum et Magnetum in marmoribus Arundelianis: 'Inscribant fœdus utrique populi in columnis, et reponant Smyrnæi quidem in templo Veneris Stratonicidæ, et Magnetiæ, quæ ad Mæandrum sita, in templo Dianæ Leucophrynæ; Magnetes vero in foro, juxta aram Dionysii et imagines imperatorum.' Memnon de Romanis et Heracliensibus: 'Et duæ tabulæ æneæ pacta fœderis paria similiaque exhibebant; quarum altera quidem apud Romanos, affixa est in templo Jovis Capitolini, altera vero apud Heracleam posita est, utique in delubro Jovis.'

Auctor 1. Macab. 14. 'Et inscripserunt in tabulis æneis, quas affixerunt columnis, in monte Sion.'

De hujusmodi igitur στήλαις, cippis, vel columnis, tabulisve, aut δέλτοις, quibus fœdus, quod Romani Lingonibus dederant, incisum erat publiceque propositum, eversis et confractis, intellige. *Gronovius.*

*Fœderis Rom.*] Sic tabulas fœderum in templis reponebant, aut locis aliis publicis. Dionysius: 'Fœderum pariter descripta exemplaria et similibus verbis, affixa in templis.'

[v] *Fusi Lingones*] Tangit hoc bellum, quod in Joanne Sarisberiense legitur, l. v. c. 7. 'Auspiciis imperatoriis Cæsaris Domitiani, Germanico bello, quod Julius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentissima civitas, quæ ad Civilem desciverat, cum advenientem ab exercitu Cæsaris populationem timeret, quod præter spem inviolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta, septuaginta millia armatorum tradidit ei.' Quæ totidem verbis apud Frontinum l. IV. Strategematon. *Lipsius.*

cremavit: illic voluntaria morte interiisse[3] creditus. Sed, quibus artibus latebrisque vitam per novem mox annos traduxerit, simul amicorum ejus constantiam et[4] insigne Epponinæ[5] [w] uxoris exemplum, suo loco reddemus. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit. Resipiscere paulatim civitates, fasque et fœdera respicere, principibus Remis: qui per Gallias edixere, 'ut missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret.'

68. At Romæ cuncta in deterius audita Mucianum angebant; ne, quanquam egregii Duces (jam enim Gallum Annium et Petilium Cerialem delegerat) summam belli parum tolerarent.[1] Nec relinquenda urbs sine rectore.[x] Et Domi-

*se ex fuga receperat: illic sponte mortem sibi attulisse existimatus* est. *Sed, suo tempore trademus, quibus* postea *artibus et receptaculis vitam exegerit per novem annos, atque etiam familiarium ejus fidem firmitudinemque, et eximium Epponinæ conjugis exemplum. Secundo Sequanorum certamine, ardor belli cohibitus. Sensim redire ad obsequium nationes, jusque et pacta reputare, ducibus auctoribusque Remis: qui per Gallias pronuntiavere palam,* ut missis oratoribus, in publicum deliberarent, an libertatem mallent, an pacem.

*At in urbe omnia in pejus nuntiata Mucianum solicitum habebant, ne, licet eximii duces (jam enim asciverat Gallum Annium, et Petilium Cerialem)* hanc *belli molem parum sustinerent. Nec omittenda civitas sine rectore. Et metuebantur*

cipe, *festinatur temere.* Omisit, *prælium,* aut *bellum.*—3 Mss. Harl. Jes. *interisse.* In Ms. Corb. *creditus interiisse.*—4 *Et* a Cl. Ernesto omissum.—5 Sic Mss. Harl. Bodl. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Jes. Agr. et editione principe, *Eponinæ,* quod et recipit Brotier. Plutarchus in Ἐρωτικῷ eam appellat Ἐμπονήν.

1 Sic optime Mercerus, Pichena et recentiores. Perperam Mss. et veteres editiones, *nequaquam egregii duces.... tolerare.* Frustra conjiciebat vir eruditus in editione Gryphii: *nec, quanquam egregii duces.... poterant tolerare.*

## NOTÆ

[w] *Insigne Epponinæ*] Vere *insigne* et rarum, plenumque fidei in sexu infido. Non est in libris qui extant. Servaverat Tacitus in ultimum Vespasiani annum; cum et Julius hic Sabinus (qui gloriabatur a Cæsare genus ducere) et ista ipsa Epponina interfecti. *Lipsius.*

[x] *Nec relinquenda urbs sine rectore*] Non intelligit hic, præfectum urbis tantum: nam eo viro opus fuit, qui simul et haberet auctoritatem comprimendi novatores, et res novas in urbe; et cujus fides probatissima esset in Flavianas partes.

Elegit autem in id Arretinum Clementem, qui innexus domui Vespasiani, et qui prætorio impositus, vim armaque et imperium haberet in urbe; sicque simul prætorianis Varum sibi suspectum abstrahit Mucianus; et Domitianum urbi, cujus metuebatur ambitio, illumque ducit Lugdunum usque, non ultra; ne occuparet ille

tiani indomitæ libidines timebantur: suspectis, uti diximus, Primo Antonio Varoque Arrio. Varus, Prætorianis præpositus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsum loco, ne sine solatio ageret, annonæ præfecit. Utque Domitiani animum, Varo haud alienum, deliniret, Arretinum[2] Clementem, domui Vespasiani per affinitatem innexum et gratissimum Domitiano, Prætorianis præposuit, 'patrem ejus,[3] sub Caio Cæsare, egregie functum ea cura,' dictitans: 'lætum militibus idem nomen, atque ipsum, quanquam[4] Senatorii ordinis,[y] ad utraque munia sufficere.' Assumun-

*flagrantissimæ Domitiani cupidines: suspectis, ut memoravimus, Primo Antonio, Varoque Arrio. Varus, prætoriis cohortibus impositus, vim et arma habebat. Eum Mucianus prætorio amotum, ne solatii expers agitaret, rei frumentariæ imposuit. Utque demulceret Domitiani animum, qui in Varum pronus* erat, *prætoriano militi præfecit Arretinum Clementem, necessitudine conjunctum familiæ Vespasiani, et acceptissimum Domitiano; asseverabat*, parentem illius, imperante Caligula, eximie id munus exercuisse. Gratum idem vocabulum militi, atque ipsum, licet senatorii loci, utrique muneri parem esse. *Asciscuntur ex urbe illustrissimus*

Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. *Arrentinum*. Editio princeps, *Arentinum*. Ursinus ex vetere inscriptione, quæ extat apud Gruterum, p. 104. n. 6.

PERMISSU. M. ARRICINI. CLEMENTIS.

emendabat *Arricinum Clementem*. At minime constat Arricinum hunc Clementem eundem esse, atque Arretinum Clementem, quem quoque memorat Suetonius in Domit. XI. 'Arretinum Clementem consularem virum, e familiaribus et emissariis suis, capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in majore gratia habuit.' *Idem*.—3 Ryckii Ms. *pat. ejus bello sub, &c.*—4 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Agr. Puteolanus et recentiores. In

NOTÆ

exercitus, resque turbaret.

Volebat enim, ut frater Titus in Oriente, ita et ipse famam belli in Germania sibi comparare quocumque pacto: cui cupiditati obsistit Mucianus de pace anxius, ut et pater Vespasianus, qui compressit mox, depressitque juvenem, licentia principatus ferocientem.

[y] *Quanquam Senatorii ordinis*] Suetonium igitur culpæ quis purgat, scribentem, Titum primum e senatoriis prætorio præfectum? In Tito c. 6. 'Præfecturam quoque prætorii suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab equite Romano administratam.' *Lipsius*.

Non condit historiam Suetonius: præcipua quædam capita rerum attingit tantum, haud solicitus de circumstantiis, quæ ad personam aut genium principis non spectarent, et quæ raro contingerent, aut in exemplum consuetudine nondum firmata essent; ut hoc loco se habet de præfectura prætorii, quæ Arretino senatorio mandata tantum ad aliquot dies aut menses; et ex necessitate, non ex more.

*Quanquam Senatorii ordinis*] Ne so-

tur e civitate clarissimus quisque, et alii per ambitionem.[z] Simul Domitianus Mucianusque[a] accingebantur, dispari[5] animo: ille spe ac juventa properus, hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia ætatis et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret.[b] Legiones victrices, sexta et octava,[6] Vitellianarum unaetvicesima, e recens conscriptis secunda, Penninis Cottianisque[7] Alpibus,[c] pars monte Graio,[d] traducuntur: XIV.

*quisque, et alii ambitiose* delecti. *Una Domitianus Mucianusque expediebant, diverso voto et affectu: ille spe et ætate promtus; hic cunctandi causas componens, quibus ardentem cohiberet, ne impetu juventæ, et malignis consultoribus, si exercitum occupasset, paci belloque minus recte provideret. Legiones victrices sexta et octava, Vitellianarum unaetvicesima, et e proxime delectis secunda, transmittuntur Alpibus Penninis et Cottianis, pars monte Graio. Accersuntur e Britannia quartadecima*

Ms. Reg. et editione principe, *tanquam*. Brotier.—5 Ms. Guelf. *dispersi:* at in margine, *dispari*.—6 Sic recte eruditus Savilius, Pichena et recentiores. Idque patet ex Hist. II. 83. et 85. *Sexta* autem habetur in Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Sic quoque Puteolanus. Male Ms. Flor. *XI.* id est, undecima. Ms. Agr. *tertiadecima. Octava* est in Mss. Vatic. 1864. Flor. Agr. Corb. Perperam Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *XVIII.* id est, *duodevicesima*. Pessime pro utroque numero Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps, *XXVIII.* Brotier.—7 Male Ms. Reg. et editio princeps, *Cocianis*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Coctianis*. De Cottianis Alpi-

## NOTÆ

licitetis locum hunc. Ad breve tempus hoc et necessitate rerum temporumque id expressum; nempe, dum rediret Mucianus in urbem, aut Vespasianus, vel adventaret ipse Titus, qui patri præfectus prætorii fuit; nec abibit in exemplum, donec sub Antonino tandem præfecti prætorii omnes senatorii ordinis fuere.

[z] *Et alii per ambitionem*] Mucianus assumebat secum in expeditionem splendidissimum quemque ex civitate; metu, ne quid absente se molirentur: alii per ambitionem ipsorum, vel et ipsius Muciani, vel per invidiam et æmulationem suspicionemque, expedire adacti; vel ultro ipsi expediebant colebantque Mucianum, et demereri eum volebant hac expeditione, et per ipsum, principem Vespasianum.

[a] *Domitianus Mucianusque*] Sueton. Domit. 2. 'Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque, neque necessariam, et dissuadentibus paternis amicis inchoavit [Domitianus] tantum ut fratri se et operibus et dignatione adæquaret.'

[b] *Ne....paci belloque male consuleret*] Non hic agitur proprie de bello externo seu Germanico, quod non perinde metuebat Mucianus. Timebat longe magis, ne ferox juventa et ambitione Domitianus, aliquid novi moliretur, et res iterum misceret bello civili: et sic, *ne bello et paci male consuleret*, in genere et indefinite.

[c] *Penninis Cottianisque Alpibus*] Quidam ante Cerealem, nonnulli post eum, ut ex hoc et sequente libro

legio[8] e Britannia, sexta ac decima[9] ex[10] Hispania accitæ.[e] Igitur venientis exercitus fama, et suopte ingenio, ad mitiora inclinantes Galliarum civitates, in Remos[f] convenere. Treverorum legatio illic opperiebatur, acerrimo instinctore[11] belli Tullio Valentino. Is meditata oratione cuncta, magnis imperiis objectari solita, contumeliasque et invidiam in Populum Romanum effudit: turbidus miscendis seditionibus, et plerisque gratus vecordi facundia.

69. At Julius Auspex,[1] e primoribus Remorum, 'vim Romanam pacisque bona' dissertans, et 'sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cujusque periculo geri, jamque super caput legiones,' sapientissimum quemque reverentia fideque, juniores periculo ac metu, continuit.[g] Et[2] Valentini

*legio, ex Hispania sexta ac decima. Itaque adventantium legionum rumore, et suamet sponte, proclives ad meliora Galliarum gentes, Darocorturum Remorum coivere. Legati Treverorum illic expectabant, vehementissimo concitore belli Tullio Valentino. Is composita oratione* expromsit *omnia, quæ magnis dominationibus exprobrari solent, convicia probraque et odium in nomen Rom. profudit: promtus ingenio et discordiis incitandis idoneus, ac plerisque acceptus vesana eloquentia.*

*At Julius Auspex, e proceribus Remorum,* potentiam Rom. et commoda pacis *enumerans, disserensque* suscipi bellum etiam ab inertibus, sed fortissimi cujusque discrimine transigi, jamque cervicibus imminere legiones, *prudentissimum quemque respectu et fide cohibuit, ferociorsque discrimine ac formidine. Et* illi

bus vide Plinium, III. 20. *Brotier.*—8 *Legio* abest a Ms. Corb.—9 Sic optime eruditus Savilius, Pichena et recentiores. *Sexta* etiam legitur in Ms. Flor. Perperam alii Mss. et veteres editiones, *III.* vel *tertia.* Pro *decima*, Mss. et editiones veteres habent, *prima.* Sed mendose, ut patet ex Hist. v. 19. *Brotier.* —10 Ms. Corb. *de Hispania.*—11 Ms. Corb. *instructore.*

1 Ms. Reg. *Julius haruspex.* Sed mox habet, *Auspicis.*—2 Ms. Jes. *ut Valentini.*

NOTÆ

discere est. *Savilius.*

[d] *Monte Graio*] Alpis Graia, mons Centronum et Salassorum populorum, in Viennensi quinta, Galliæ provincia: hodie *le Petit Saint Bernard*, mons comitatus Tarentasiæ in Sabaudia, et ducatus *Aouste*, in Pedemontio. *Tillemonius.*

[e] *VI. ac X. ex Hispania accitæ*] Sic Tacitus libro præcedenti: 'Initio per Hispaniam a prima Adjutrice orto; quæ memoria Othonis infensa Vitellio, decimam quoque ac sextam traxit.' *Pichena.*

[f] *Remos*] Hi populi Belgicæ secundæ, in Gallia Belgica: hodie diœcesis Archiepiscopatus *Rheims*, et Episcopatus *Laon:* vel, secundum divisionem temporalem, pars est majorum præfecturarum, *Picardiæ, Campaniæ*, et *Insulæ Franciæ*, in regno Franciæ ad septemtrionem. *Tillemonius.*

[g] *Sapientissimum quemque reverentia fideque, &c. continuit*] An Auspex illos continuit sui reverentia, et fide sua in Romanos velut exemplo, an pro-

animum laudabant, consilium Auspicis sequebantur. Constat, obstitisse[3] Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod, Vindicis motu, cum Verginio steterant.[4] Deterruit plerosque provinciarum æmulatio: ‘ quod bello caput? unde jus[5] auspiciumque peteretur?[h] quam, si cuncta provenissent, sedem Imperio legerent?’ Nondum victoria, jam discordia erat: aliis fœdera, quibusdam opes viresque, aut vetustatem originis, per jurgia[6] jactantibus.[i] Tædio futu-

*Valentini strenuitatem extollebant, et prudentiam Auspicis sectabantur. Haud ambigitur, nocuisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod, bello Vindicis, Verginium secuti essent. Multos absterruit invidia civitatum:* quæ bello sedes? unde imperium et auspicium sumeretur? et si omnia pro votis cessissent, quod caput rerum deligerent? *Nondum vicerant, et jam dissentiebant* de principatu: *aliis societates* suas prædicantibus, *nonnullis copias et potentiam, aut antiquitatem*

---

—3 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. Rhenanus, *obstetisse*, et sic Gronov.—4 Ms. Corb. *steterunt*.—5 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Bud. Agr. Guelf. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Ms. Jes. et Puteolanus, *vis auspiciumque*. Brotier.—6 Optime sic emendavit Paulus Manutius, quem Lipsius ceterique sunt secuti, præter Ryckium, qui e suo Ms. Agr. edidit, *pro jure jactantibus*. Id quoque laudabat Lipsius ex Romano libro; quo nomine vulgo indigitat editionem principem. At in ea non legitur, *pro jure*, sed, *perjuria;* uti habent etiam Mss. Flor. Reg. Corb. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *perjuriaque:* quod immerito probant Superantius et Salinerius, quasi sua perjuria, et suas a Romanis defectiones jactaverint. Laudantque Classicum, qui se hostem populi Romani potius quam socium jactabat, supra cap. 55. *Idem.*

## NOTÆ

pria sua ipsius reverentia, quam scil. ei exhiberent? an ipsorum nempe sapientum reverentia et fide ipsos sapientes continuit? an auctoritate sua velut sapientissimus? Puto, quemadmodum juniores continuit metu aut periculo armorum Romanorum, ita et sapientiores continuit reverentia et fide erga imperium Romanum. Est qui vertat, quasi ipsos, sua ipsorum reverentia et fide, continuerit, supple, in imperium: sed eo sensu scribere debuisset Tacitus, *fides*. Est qui sumat hic, *fidem* pro *auctoritate*, quasi in ipsum crederent, nec parum ei deferrent.

[h] *Unde jus auspiciumque peteretur*] Unde auctoritas et imperium? ubi vis et majestas principatus resideret?

*Unde jus auspiciumque peteretur*] Unde *jussa*, unde *imperia peterentur?* Cic. pro Sextio: ‘ Hic, qui se est tutatus, sic, ut in privata re, Deos Penates suos, in Repub. jura tribunatus, auspiciaque defenderet.’ Formula loquendi, qua dominandi vis, qua summa auctoritas regendi imperandique significatur, quandoque et fortuna.

[i] *Per jurgia jactantibus*] In Mss. *perjuria jactantibus:* quod Manutii conjecturam firmat *per jurgia*.

Romano tamen libro est, *pro jure jactantibus;* quod rejicere, injuriam sane sit. *Lipsius.*

rorum præsentia placuere. Scribuntur ad Treveros[j] epistolæ, nomine Galliarum, 'ut abstinerent armis, impetrabili venia et paratis deprecatoribus, si pœniteret.' Restitit idem Valentinus, obstruxitque civitatis suæ aures, haud perinde instruendo bello intentus, quam frequens concionibus.

70. Igitur non Treveri, neque Lingones ceteræve rebellium civitates, pro magnitudine suscepti discriminis agere. Ne Duces quidem in unum consulere. Sed Civilis avia Belgarum circumibat:[k] dum Claudium Labeonem capere aut exturbare[l] nititur. Classicus, segne plerumque otium trahens, velut parto imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniæ ripam et ardua Alpium præsidiis claudere.[1] Atque interim unaetvicesima legio

*gentis, per altercationes ostentantibus. Cura et metu futurorum, præsentia maluere. Componuntur ad Treveros litera, nomine Galliarum,* ut ponerent arma, impetrari pacem posse, et promtis *internuntiis* qui deprecarentur, si resipiscerent. *Repugnavit idem Valentinus, obsepsitque aures suæ nationis, non perinde acer parando bello, ac vehemens et multus orationibus.*

*Itaque neque Treveri, neque Lingones, aut aliæ, quæ defecerant, nationes, satis intentæ curis erant, pro mole suscepti belli. Ne duces quidem in commune deliberabant. Sed Civilis per inaccessa Belgarum* loca *distinebatur: dum intercipere Claudium Labeonem, vel expellere conatur. Classicus, per inertiam plerumque tempus agens, velut certo* jam *principatu potiebatur. Ne Tutor quidem properavit dispositis stationibus insidere superiorem Germaniæ ripam, et Alpium juga. Atque interim unaetvicesima legio Vindonissa prorupit,* simul et *Sextilius Felix cum cohor-*

1 Lipsius e Ms. Rom. corrigit, *præsidiis capere.*

NOTÆ

*Per jurgia jactantibus*] Nescio quid venerit in mentem Italis et Hispanis, qui vertunt, quasi sæpius rebellasse adversus Romanos gloriarentur. Forte sumserant eam interpretationem ex voce *perjuria*, qua veteres libros inseserat.

[j] *Scribuntur ad Treveros*] Spernuntur Lingones, dum consulitur saluti Treverorum; et hoc a Gallis, et a Remis! scil. quia Lingones defensores acerrimi Verginii contra Vindicem. Jamque profligati in Sabino Galli, Lingones suos conterrenos negligunt, et servant Germanos. Puto, sic actum, quia caput rebellionis, aut saltem præcipui Treveri; at Lingones tantum socii; hinc ad potentiores scribitur, ut, si velint, communicent aliis epistolas et consilia de pace.

[k] *Avia Belgarum circumibat*] Forte paludes et æstuaria Batavorum.

[l] *Capere aut exturbare*] Ex duobus hostibus, acrius insequitur domesticum et intestinum, *æmulatione oppidana*, ut fieri solet sæpe in exitium Reipub.

Vindonissa,[m] Sextilius Felix[n] cum auxiliariis cohortibus per Rhætiam irrupere. Accessit ala Singularium,[o] excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. Præerat Julius Briganticus, sorore Civilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia sunt, invisus avunculo infensusque.[p] Tutor Treverorum copias, recenti Vangionum,[2q] Caracatium,[r] Tribocorum[s] delectu[3] auctas, veterano pedite

*tibus sociorum per Rhætiam* invasit. *Adjunxit se ala Singularium, evocata olim a Vitellio, mox ad partes Flavianas translata. Hanc regebat Julius Briganticus, sorore Civilis natus, ut plerumque vehementissimæ sunt propinquorum iræ, inimicus avunculo infestusque. Tutor Treverorum agmen, novis auxiliis Vangionum, Caracatium* et *Tribocorum validum, auxit* adhuc *veterano peditatu equitatuque, solici-*

2 Cluver. *Nemetum* et mox *Nemetibus.* Sed hæc nimis abeunt a veterum et vulgatorum vestigiis. Suspicabar *Vangionum, Tabernatium, Tribocorum:* deinde *Tribocis Vangionibusque et Tabernatibus.* Ipsum Cluv. vide Germ. Ant. 2. 12. *Gronov.* Non mitior hæc correctio, quam Cluveriana. Ms. Flor. *Cæracatium.* Bud. *Ceracat.* Agr. ed. pr. *Ceratacium.* Lectionem Florentinam probat Ryckius, intelligitque *Cæræsos* Cæsaris B. G. II. 4. quod situi populi istius non convenire, bene docet Cellarius Geogr. Ant. t. 1. p. 245. nihil ipse definiens, quod optimum factu puto. Rhenanus Rer. Germ. III. p. 326. suspicatur fuisse in eo loco, ubi arx *Drakenfels* fuerit. Eam sic fortasse dictam a loco, quasi *Racatium* h. e. *Caracatium.* Ernest. Brotier. et Lall. recepere *Cæracates.* Vales. Not. Gall. p. 42. *Caracates* male in sede Tribocorum locat, iisque Argentoratum assignat, quod nullo modo admittendum Schœpflinus nostras docet Alsat. ill. t. 1. p. 62. Neque audiendus Laguille in Notice de l'anc. Gaule p. 9., qui *Saracates* effingit, Saræ fluminis accolas. Placet hoc Bipontinis, qui potius *Saravates* a *Saravo* dictos autumant. D'Anvillius in Not. de la Gaule p. 198. nomen vulgatum servat, *Caracates*que Vangionibus ad latus ponit, urbemque iis Magontiacum tribuit. Hoc et in tabula Galliæ antiquæ ita expressit.—3 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *lectu auctas.* Secunda manu in

NOTÆ

[m] *Unaetvicesima legio Vindonissa*] *Vindonissa*, sexto casu. Oppidum est Helvetiorum, unde irrupisse, ait, legionem *unaetvicesimam*, quæ ex Vitellianis fuerat, et *Rapax* cognominabatur, ut alibi Tacitus. *Pichena.*

*Unaetvicesima legio Vindonissa*] An illa legio prorupit ex castris, quæ reservata Vindonissæ fuerant, sicut et Magontiaci? an vero per Vindonissam transiens hostes invasit? Certe hæc missa fuerat ex Italia; sicque per Vindonissam et Helvetios, irrupit in Germaniam.

[n] *Sextilius Felix*] Puto, erupit legio XXI. Vindonissa; at Sextilius Felix solus per Rhætiam invasit cum cohortibus.

[o] *Ala Singularium*] Unde emergit illa *ala Singularium*, nisi forte ex Rhætia cum Sextilio? Sic et statim derepente eduxit Vascones supra, nec unde tam subito emerserint, declarat.

[p] *Invisus avunculo infensusque*] Odio eum habet avunculus, *et vicissim* ille aversabatur avunculum.

[q] *Vangionum*] Vangiones populi

atque equite[t] firmavit, corruptis spe, aut metu subactis legionariis: qui primo cohortem, præmissam a Sextilio Felice, interficiunt; mox ubi Duces exercitusque Romanus[4] propinquabant, honesto transfugio[u] rediere: secutis Tribocis Vangionibusque et Caracatibus. Tutor, Treveris comitantibus, vitato[5] Magontiaco, Bingium[v] concessit, fidens loco, quia pontem Navæ[6] fluminis[w] abruperat, sed incursu

*tatis spe legionariis, aut formidine adactis: qui primo obtruncant cohortem, quam præire Sextilius jusserat; dein postquam adventabant duces legionesque Rom., laudabili perfugio revertere: simul accedentibus Tribocis, Vangionibusque et Caracatibus. Tutor, simul cum Treveris, declinato Magontiaco, Bingium se recepit, fisus loco, quia pontem Navæ amnis intersciderat, sed irruptione cohortium, quas Sexti-*

Ms. Harl. *delectu*.—4 Ita Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editio princeps et recentiores. Compendiose in Ms. Flor. *Roman*. Ex hoc, aut simili, compendio Rhenanus edidit, *Romani;* quod recipere Gronov. et Ryckius. In Mss. Harl. Jes. *propinquabat*. Brotier.—5 Ms. Ryckii *vitata*.—6 Sic *bene* Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *navas*, aut

NOTÆ

Germaniæ superioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœceses Archiepiscopatus *Mayence*, et Episcopatus *Wormbs*. Vel, secundum divisiones temporales, pars est dominii temporalis Archiepiscopatus et Electoratus *Mayence*, omnis Episcopatus *Wormbs* dominium temporale, pars *Palatinatus Rheni* late sumti, pars *Hassiæ* provinciæ, et *Wetteraviæ*, in circulis Rheni superioris et inferioris. *Tillemonius*.

[r] *Caracatium*] Alii legunt, *Nemetum*. Nemetes, populi Germaniæ superioris, in Belgica regione ad Rhenumfluvium: hodie diœcesis Episcopatus *Spiræ*. Vel, secundum divisiones temporales, pars *Palatinatus Rheni*, et Lotharingiæ *Lorraine*, omne dominium temporale Episcopatus *Spiræ*, et Marchionatus *Badæ*, in circulis Rheni superioris, inferioris, et Sueviæ. *Tillemon*.

[s] *Tribocorum*] Hi populi Germaniæ superioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœcesis Episcopatus *Strasbourg*, in *Alsatia*, ad utramque Rheni ripam. *Tillemon*.

[t] *Veterano pedite atque equite*] Intellige legionarios, quos spe aut metu traxerat.

[u] *Honesto transfugio*] Quia inhonesti transfugii pœnitebat, quia honestius redire ad suos, quam transfugisse ad hostes; si quid tamen *honestum* in tanta mobilitate ingeniorum, in tanto fidei et sacramenti militaris neglectu.

[v] *Bingium*] Oppidum Vangionum populorum, in Germania superiore: hodie *Bingen*, oppidum Archiepiscopatus et Electoratus Moguntini, ad occidentem, et ad confluentes Rheni Navæ. *Tillemon*.

[w] *Pontem Navæ fluminis*] Solus Ausonius meminit: 'Transieram celerem nebuloso flumine Navam.' Apud Bingium *Nava* Rheno miscetur. *Rhenanus*.

*Navæ*] Nava flumen est Treverorum et Vangionum populorum, in Belgica regione Galliæ: hodie *Nabe* vel *Nauv;* labitur per Palatinatum Rheni &c. in Rhenum fluvium se ex-

cohortium, quas Sextilius ducebat, et reperto vado, proditus fususque.[x] Ea clade perculsi Treveri, et plebes,[7] omissis armis, per agros palatur: quidam Principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in civitates, quæ societatem Romanam non exuerant, perfugerunt.[8] Legiones a Novesio Bonnaque in Treveros, ut supra memoravimus, traductæ, se ipsæ[9] in verba Vespasiani adigunt. Hæc Valentino absente gesta: qui ubi adventabat furens, cunctaque rursus in turbas et exitium conversurus, legiones in Mediomatricos, sociam civitatem, abscessere. Valentinus ac Tutor in arma Treveros retrahunt: occisis Herennio ac Numisio, Legatis, quo minore spe veniæ cresceret vinculum sceleris.[y]

71. Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Magontiacum venit: ejus adventu erectæ[1] spes. Ipse pugnæ avidus et contemnendis, quam cavendis, hostibus[2] melior,

*lius regebat, et invento vado, proditus et profligatus* est. *Eo damno exterriti Treveri, et vulgus, abjectis armis, per campos vagus errat: nonnulli procerum, ut primi omisisse bellum crederentur, abscessere in urbes, quæ fidem Romanam non mutarant. Legiones a Novesio Bonnaque in Treveros translatæ, ut antea retulimus, propria sponte in nomen Vespasiani sacramentum appellant. Hæc transacta absente Valentino: qui postquam advenit ira vesanus, omniaque rursus in discordias et perniciem concitaturus, legiones abiere in Mediomatricos, ejusdem sacramenti urbem. Valentinus ac Tutor rursus ad bellum Treveros impellunt: interfectis Herennio ac Numisio, legatis, quo minore spe impunitatis coalesceret societas seu facinoris sacramentum.*

*Sic se res habebant quoad bellum, cum Petilius Cerialis Magontiacum ingressus est: eo adventante erecti animi. Ipse ad prælia promtus, et aptior spernendis hostibus, quam vitandis* insidiis, *vehementia verborum legiones incitabat: statim*

*naves*, aliudve corruptius. *Brotier.*—7 Mss. Harl. Jes. Corb. *plebs.*—8 Ms. Corb. *perfugere.*—9 *Se ipsas.* Ita libri omnes scripti et editi. Mallet tamen Cl. Ernestus, *se ipsæ.* Et sane sic vulgo scriptores, atque ipse Tacitus. *Brotier.* Ms. Budens. *se ipsa.*

1 Budens. male, *erepte.* Oberl.—2 Sic idem *loci* pro *socii.*—3 Ms. Ryckii,

NOTÆ

onerat. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[x] *Reperto vado, proditus fususque*] An proditus a suis? an proditus ab incolis Bingii? vel an proditus tantum dicitur, quia repertum vadum, cum se tutum, opposito amne, crederet? scil. abrupto ponte.

[y] *Cresceret vinculum sceleris*] Sic legati Tencterorum ad Agrippinenses supra, 'Romanos omnes in finibus vestris trucidetis, &c. Bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quicquam, aut segregare causam suam possit;' idque *vinculum sceleris* esset.

[z] *Quam cavendis, ostibus*] Magis acer ad lacessendum Cerialis vincen-

ferocia verborum militem incendebat: ubi primum congredi licuisset, nullam prælio moram facturus: delectus per Galliam habitos in civitates remittit, ac nuntiare jubet, 'sufficere Imperio legiones: socii[2] ad munia pacis redirent, securi, velut confecto bello, quod Romanæ manus excepissent.' Auxit ea res Gallorum[3] obsequium. Nam, recepta juventute, facilius tributa toleravere, proniores ad officia, quod spernebantur.[a] At Civilis et Classicus, ubi 'pulsum Tutorem, cæsos Treveros, cuncta hostibus prospera' accepere, trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt,[b] crebris interim nuntiis Valentinum monuere, 'ne summæ rei periculum faceret.'[c] Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviore itinere legiones in hostem verterent, contracto, quod erat militum Magontiaci, quantumque[4] secum transvexerat,

*atque pugnandi facultas daretur, quin decertaret, nihil moraturus. Auxilia* recens *scripta per Galliam, redire in* suas *civitates, et* popularibus *referre jubet*, sufficere legiones imperio *tuendo:* socii ad curas et officia pacis reverterentur, cura vacui, tanquam patrato bello, quod Romana virtus suscepisset. *Intendit ea res fidem obedientiamque Gallorum. Quippe, reciperata pube, libentius vectigalia exsolvere, eo promtiores ad munia, quod contemnebantur. At Civilis et Classicus, postquam audivere* fusum Tutorem, profligatos Treveros, omnia hostibus affluentia fanstaque, *pavidi et festinantes, dum diductum suum militem contrahunt, frequentibus interea literis mandant Valentino*, ne belli summam fortunæ et aleæ committeret. *Eo promtius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui compendiis viarum legiones adversus hostem ducerent, conjuncto, quod erat copiarum Magon-*

*Galliarum.*—4 Idem Ms. *quantumcumque.*—5 Ms. Corb. *ternis castris.*—

NOTÆ

dumque, quam intentus ne vinceretur. Tanto impetu ferebatur in hostes, ut magis eos per audaciam ac ferociam sperneret, quam prudentia caveret, ne deciperetur aut vinceretur. Sic infra: plerique 'culpabant Cerialem passum jungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra vallo circumdedit,' &c.

[a] *Proniores ad officia, quod spernebantur*] Sic est ingenium hominis: contemtu sæpe incitatur magis, quam si multis precibus ambiretur. Hinc concordiam et vim Romanam magis admirati sunt Galli, quod fessi et exhausti bellis civilibus, ad externa tamen bella sufficerent ipsi fere sine sociis, cum eos, e contra, per bella civilia, tanta cura ambirent, prensarent.

[b] *Dispersas suorum copias conducunt*] Id est, convocant, et in unum contrahunt. Non enim hic intelligam, quasi pretio aut mercede militem conducerent; sed conscriptas, variisque locis sparsas copias contrahunt.

[c] *Ne summæ rei periculum faceret*] Id est, Ne summam belli fortunæ ex-

tertiis[5] castris Rigodulum[6][d] venit; quem locum magna Treverorum manu Valentinus insederat, montibus aut[7] Mosella[e] amne septum; et addiderat fossas obicesque saxorum. Nec deterruere ea munimenta Romanum Ducem, quo minus peditem perrumpere juberet, equitum aciem in collem erigeret,[f] spreto hoste; quem, temere collectum,[g] haud ita loco juvari, ut non plus suis in virtute foret. Paulum moræ in ascensu,[8] dum missilia hostium prævehuntur:[h] ut ventum in[9] manus, deturbati ruinæ modo[10] præcipitantur. Et pars equitum, æquioribus jugis cir-

*tiaci et quantum secum transmiserat, tribus diebus Rigodulum adventat; quom sedem Valentinus ingenti agmine Treverorum occuparat, collibus et amne Mosa circumdatam; etiam adjunxerat fossas, et claustra lapidibus structa. Nec obstitere illa propugnacula, quin dux Rom. pedestres copias pervadere juberet, et equitatum prælio instructum in jugum attolleret, contemto hoste; cujus copias subito delectas, haud adeo ingenio locorum defendi* putaret, *ut non plus in strenuitate suorum reponeret. Paulisper cunctati* Romani, *dum enituntur subeuntque, et tela hostium prætergrediuntur. Ubi conseruere pugnam, dejecti, stragis ad instar præcipitantur. Et pars equitatus, cum per clementiores aditus montium circumisset,*

6 Ita Mss. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. *Ridogulum.* In Mss. Reg. Agr. Corb. et editione principe, *Rigodolum.* In diplomate Dagoberti I. apud P. Bertholet, 'Histoire de Luxembourg,' Vol. I. p. 22. *Regiodola.* Brotier.—7 Ita Mss. Flor. Bodl. Corb. Rhenanus, Jac. Gronovius et recentiores. In Mss. Reg. Harl. et editionibus veteribus, *et Mosella;* et sic Ryckius. Ms. Guelf. *ac Mosella.*—8 Male Ms. Guelf. et Puteolanus, *assensu. In* abest a Ms. Corb. *Brotier.*—9 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ad manus.* In Ms. Bodl. secunda manu emendatum, *in.*—10 Mss. Agr. Corb. *ruinæ more.*

## NOTÆ

poneret, seu ne generale prælium committeret.

[d] *Rigodulum*] Hodie pagus aliquot milliaribus supra Confluentes, *Rigos* dictus. *Lipsius.*

*Rigodulum*] Oppidum Treverorum populorum in Belgica prima: hodie *Reol*, villa et castellum Archiepiscopatus et Electoratus Trevirensis prope Mosellam fluvium, et ad orientem urbis Trevirensis. *Tillemon.*

[e] *Mosella*] Amnis Belgicæ primæ in Gallia, exonerat se in Rhenum fluvium: hodie vocamus *Moselle:* labitur per status Lotharingiæ, *Lorraine;* ducatum Luxemburgi, *Luxembourg;* Archiepiscopatum et Electoratum Trevirensem, *Treves;* atque Palatinatum Rheni. *Tillemon.*

[f] *Equitum aciem in collem erigeret*] Id est, Equitatum acie instructum eniti et subire in collem juberet.

[g] *Quem, temere collectum*] Intelligit subito conscriptas seu tumultuarias copias, et in trepidatione seu tumultu delectas ex vulgo, et plebe incondita.

[h] *Paulum moræ in ascensu, dum missilia hostium prævehuntur*] Dum ascendunt, nempe, intra jactum telorum

cumvecta, nobilissimos Belgarum, in quis Ducem Valentinum, cepit.

72. Cerialis postero die coloniam Treverorum ingressus est, avido milite eruendæ civitatis: 'hanc[1] esse Classici, hanc Tutoris, patriam: horum scelere clausas cæsasque legiones. Quid tantum Cremonam meruisse; quam e gremio Italiæ raptam, quia unius noctis moram victoribus attulerit?[2] Stare in confinio Germaniæ integram sedem,[i] spoliis exercituum et Ducum cædibus ovantem. Redigeretur[3] præda in fiscum:[j] ipsis sufficere ignes et rebellis coloniæ ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur.' Cerialis, a[4] metu infamiæ, si licentia sævitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras: et paruere, posito civium[5]

*splendidissimos Belgarum cepit, in quibus* fuit *dux Valentinus.*

*Postridie ejus diei Cerialis civitatem Treverorum introiit, avido exercitu exscindendæ coloniæ:* Hanc esse Classici, hanc Tutoris natalem sedem: horum flagitio obsessas interfectasque legiones. Quod tantum *facinus* perpetrasse Cremonam; quæ e sinu Italiæ exterminata *fuisset, scil.* quia unius noctis spatio victores remorata sit? Servari in limite Germaniæ incolumem *Treverorum* civitatem, opibus legionum et nece legatorum exultantem. Inferrentur spolia in ærarium: sibi sufficere flammas, et perduellis civitatis excidium, quis castrorum ruinæ exsolverentur. *Cerialis, timore ignominiæ, si audacia et immanitate grassari exercitum permittere videretur, retinuit furentes: et* illi *morem*

1 Ms. Budens. *ac esse.*—2 Ms. Corb. *attulerat.*—3 Ita Mss. Reg. Corb. Bud. Agr. editio princeps, Pichena et recentiores. In Ms. Flor. *redigetur.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *redigeret prædam.*—4 Ita Mss. Flor. Reg. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et Cl. Ernestus. *A metu,* id est, ob metum. Sic Livius, I. 31. 'ab eodem prodigio,' pro, ob id prodigium; et XXVI. 1. 'ab ira,' pro, ob iram: sic sæpe alias. Præpositionem *a* omisere Lipsius et Ryckius et Gronov. abest quoque a Mss. Corb. et Agr. *Brotier.* Budens. habet *Cereal. autem metu.*—5 Sic Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps et Cl. Ernestus ac recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *civili bello;* et sic Gronovius et Ryckius; at hic, *civium,* in margine.—

NOTÆ

seu missilium; dum, scil. tela ultra provehi nituntur, ut ad hostem accedant, ac conserant manus et cominus pugnent. Intellige, dum subeunt ultra tela, vel per tela et inter tela hostium prætervehuntur: scil. dum ascendunt telis expositi, et missilia prætervehuntur, dum ascendunt ad hostem, et ad *complexum armorum* veniunt: quo facto, jam nullus usus hosti missilium, et *in aperto* pugna.

[i] *Integram sedem*] Nempe, illibatam illæsamque et incolumem esse coloniam Treverorum, dum Cremona longe opulentissima Italiæ civitas suis sepulta cineribus jaceret.

[j] *Redigeretur præda in fiscum*] Opes Treverorum raptæ attribuerentur principi. Jam noverant parcimoniam Vespasiani, vel ducis animum sic ipsi

bello, ad externa modestiores. Convertit inde animos accitarum e Mediomatricis legionum miserabilis aspectus. Stabant conscientia flagitii mœstæ,[6] fixis in terram oculis. Nulla inter coëuntes exercitus consalutatio:[7] [k] neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria et lucem ipsam vitantes: nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus, obstupefecerat: attonitis etiam victoribus, qui[8] vocem precesque[1] adhibere non ausi, lacrymis ac silentio veniam poscebant: donec Cerialis mulceret animos, 'fato acta'[9] dictitans,[m] 'quæ militum Ducumque[10] discordia, vel fraude hostium, evenis-

*gessere, relictis civilibus armis, ad extraneum bellum obsequentiores. Dein advertit animos deformis fœdaque facies accersitarum e Mediomatricis legionum. Erant memoria dedecoris tristes, demisso in terram vultu. Nulla inter convenientes legiones* usurpata *salutatio: neque alloquentibus aut excitantibus respondebant, occulti per contubernia, et lumen ipsum fugientes: nec tam* eos *discrimen aut pavor, quam rubor et ignominia perculerat: stupentibus etiam victoribus, qui verba et preces cum interponere non auderent, fletu et silentio gratiam postulabant: donec Cerialis leniret animos,* fato *hæc* evenisse *prædicans,* quæ militum ducumque dissensione,

6 Ms. Agr. *mœsti.*—7 Budens. male *consultatio.* Oberl.—8 Ita scripti et editi libri. At *qui* omissum vellet Muretus. Mureto assentitur Cl. Ernestus. Acidalius tentabat, *quia.* Aliter interpungit Ryckius, *obstupefecerat, attonitis etiam victoribus; qui vocem precesque, &c.* Ita ut *qui* non ad victores, sed ad milites conscientia flagitii mœstos referatur. Davanzati aliique optimi interpretes obvio sensu recte accepere. Nempe ipsi victores attoniti vocem precesque non audebant, sed lacrymis tantum ac silentio veniam poscebant, ut Cerealis legionibus ignosceret. *Brotier.* Bipont. probabili conjectura legunt *quis* pro *quibus.* Oberl.—9 Mallet Cl. Ernestus, *fato facta.* Quod passim in veteribus scriptoribus, *fato fieri, fato factum.* Brotier.—10 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

NOTÆ

explorabant. Fiscus imperatoris seu ducis in ipsis principiis. Ann. lib. I. 31. 'Cum fisci de Imperatore rapti inter signa interque aquilas veherentur.'

[k] *Nulla inter coëuntes exercitus consalutatio*] Similem descriptionem habes Ann. XV. 16. ubi sibi occurrunt legiones Pæti et Corbulonis: 'Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius, [victis, scil. cum Pæto legionibus,] non eam speciem insignium et armorum prætulit, ut diversitatem exprobraret: mœsti manipuli [Corbulonis] ac vicem comilitonum miserantes, ne lacrymis quidem temperavere: vix præ fletu usurpata consalutatione. Decesserat certamen virtutis et ambitio gloriæ, felicium hominum affectus: sola misericordia valebat.' Similem habes etiam apud Livium, ubi de Romanis sub jugum missis ad furcas Caudinas.

[l] *Victoribus, qui vocem precesque*] Sic supra 46. 'Namque et victor exercitus clamore lacrymas eorum juvabat.'

[m] *Fato acta dictitans*] Sic intellige:

sent. Primum illum[11] stipendiorum et sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque Imperatorem neque se meminisse.' Tunc recepti in eadem castra, et edictum per manipulos, ne quis in certamine[n] jurgiove seditionem aut cladem commilitoni objectaret.

73. Mox Treveros ac Lingones, ad concionem vocatos, ita alloquitur: 'Neque ego unquam facundiam exercui; et Populi Romani virtutem[o] armis affirmavi. Sed, quia[1] apud vos verba plurimum valent, bonaque ac[2] mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum, æstimantur;[3] statui pauca disserere, quæ, profligato bello, utilius sit vobis audisse, quam nobis dixisse. Terram vestram, ceterorumque Gallorum, ingressi sunt Duces Imperatoresque Romani,

vel dolo hostium contigissent. Primum illum militiæ et sacramenti diem *esse* intelligerent: eorum quæ ante acta essent, neque se, neque principem recordari. *Tunc admissi* sunt *in eadem castra, et imperatum edicto per centurias et cohortes, ne quis in contentione aut rixa exprobraret contubernalibus discordiam aut cladem.*

*Dein Treveros et Lingonas in cœtum vocatos sic affatur:* Nunquam ego eloquentiæ operam dedi; et populi Rom. fortitudinem armis asserui. Sed, quia apud vos maxime pollent conciones, et bona ac mala non se ipsis, sed verbis turbidorum, perpenduntur approbanturque; decrevi nonnulla exponere, quæ, confecto bello, magis vobis expediat accepisse, quam nobis protulisse. Duces imperatoresque Rom. venere in regionem vestram, et alio-

teolanus, *ducumve.*—11 Sic bene Mss. Reg. Corb. Guelf. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus tamen, *illorum.* Brotier.

1 Corrupte editio princeps, *quæ.* Ms. Corb. *quoniam.* Brotier.—2 Ms.

NOTÆ

Dictitans fato ea esse acta, quæ militum tamen ducumque discordia, vel fraude hostium revera facta essent: vel sic; Dictitans fato acta, vel fraude hostium, quæ militum ducumque discordia evenissent. Sed primus sensus magis ad verba mentemque Taciti esse videtur.

*Fato acta dictitans*] Sic Ann. lib. I. 39. Germanicus 'fatalem increpans rabiem, neque militum, sed Deum ira resurgere,' &c.

[n] *Ne quis in certamine*] Habes quid simile apud Livium. Per *certamen*, intellige jurgium et rixam, seu contentionem, forte etiam inter ludendum ortam, et inter jocos seu facetias militares: hinc enim magni sæpe motus, discordiæ, et cædes oriuntur in castris, ut supra sub Vitellio evenit.

[o] *Populi Romani virtutem*] Id ambigue scriptum videtur; quasi diceret, Eloquentiam non exercui, nec pacis artes; sed virtutem Romanam in armis posui: vel, Ego facundiam non didici; at populi Romani virtutem ipse armis exhibui, celebravi.

nulla cupidine, sed majoribus vestris invocantibus,[p] quos discordiæ usque ad exitium fatigabant: et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerant. Quot præliis adversus Cimbros[q] Teutonosque,[4 r] quantis exercituum nostrorum laboribus, quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum.[5] Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur; sed nequis alius Ariovistus Regno Galliarum potiretur. An vos cariores Civili Batavisque et Transrhenanis gentibus[6] creditis, quam majoribus eorum patres avique vestri fuerunt? Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandæ sedis amor, ut, relictis paludibus et solitudinibus[s]

rum Gallorum, nulla ambitione aut cupiditate *moti*, sed avis vestris *opem* implorantibus, qui seditionibus usque ad *ultimam* perniciem divexabantur: et *tum* vocati ad suppetias ferendas Germani, perinde socios ac hostes servitio premebant. Satis compertum, quot certaminibus adversus Cimbros Teutonosque, quantis laboribus nostrarum legionum, et quo successu bella Germanica gesserimus. Nec propterea Rhenum occupavimus, ut Italiam defenderemus; sed ne quis alius Ariovistus imperium Galliarum invaderet. An existimatis majus *esse* vestri studium Civili Batavisque et Transrhenanis populis quam *fuit* majoribus illorum erga patres avosque vestros? Eadem semper ratio Germanis *fuit eritque* transmittendi in Gallias, luxuria *scil.* et prædandi cupido, et ardor mutandæ patriæ, ut, omissis stagnis et desertis

Corb. *atque mala*.—3 Ms. Budens. *extimantur*.—4 Mss. Reg. et Agr. et editio princeps, *Teutonesque*.—5 In Mss. Vatic. 1863. Reg. Agr. et editione principe, *satis claret*. Verbum poëticum, quo Lucretius aliique usi sunt; et quo forte nec ipse Tacitus abstinuit. *Brotier*.—6 *Gentibus* abest a Ms. Corb.

## NOTÆ

[p] *Majoribus vestris invocantibus*] Nempe, adversus Germanos, quos ejecere Romani e Gallia. Certe illi servitium servitio depulerunt, 'magis alii homines, quam alii mores.' In locum Germanorum substituti Romani, qui etiam Gallis sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerunt, ut fit.

[q] *Cimbros*] Cimbri populi Cimbricæ Chersonesi, in Germania magna, ad Oceanum Germanicum, et ad mare Suevicum: hodie *Jutlandia*, peninsula et major pars regni Daniæ. *Tillemonius*.

[r] *Teutonos*] Populi Scandinaviæ in Germania magna ad septentrionem: hodie insulæ regni Daniæ, *Dannemarck;* inter Jutlandiam peninsulam et Gothlandiam regionem. *Tillemon*.

[s] *Relictis paludibus et solitudinibus*] Sic lib. de mor. Germ. 2. 'Quis porro præter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit.' Et c. 5. 'Terra etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut sylvis horrida aut paludibus fœda.'

suis,[7] fœcundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent. Ceterum[8] libertas et speciosa[9] nomina prætexuntur: nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.

74. Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum jus concederetis. Nos, quanquam totiens lacessiti,[t] jure victoriæ id solum vobis addidimus,[1 u] quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Cetera in communi sita sunt. Ipsi plerumque legionibus nostris præsidetis:[v] ipsi has aliasque provincias regitis. Nihil separatum clausumve. Et laudatorum Prin-

suis, fertilissimam hanc terram, vosque ipsos occuparent. Porro libertas, et honesta vocabula obtenduntur: et nemo affectavit alienam servitutem imperiumque, quin eadem ista nomina prætexeret.

Imperia bellaque per Gallias semper extitere, donec in nostram potestatem veniretis. Nos, etsi toties oppugnati, id unum vobis imposuimus jure belli, quo pacem servaremus. Quippe nec tranquillitas populorum sine milite, neque miles sine stipendiis, neque stipendia sine vectigalibus haberi possunt. Cetera in promiscuo posita sunt. Ipsi sæpe nostras legiones regitis; ipsi his aliisque provinciis præestis. Nihil distinctum aut secretum. Et egre-

—7 *Suis* deest in Ms. Corb.—8 Budens. *ceterorum.*—9 Male Mss. Harl. Jes. *pretiosa nomina.* Brotier.

1 Ursinus laudat ex vetere codice, *adjicimus.* Tentat ipse, *ademimus.*

NOTÆ

[t] *Totiens lacessiti*] Nempe crebris rebellionibus Gallorum.

[u] *Id solum vobis addidimus*] Id multa importat, et eo prætextu omnia ingenio dominantium inservire debent. Socii invalidiores pecuniam, copias, et opes conferebant; Galli, arma, viros, equos. Et sic cetera, non ex modo aut æquitate, sed ex libidine imperitantium. De Mor. Germ. 36. 'Inter impotentes et validos falso quiescas; ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt.' *Boni* et *æqui* socii tandem *stulti et inertes* vocantur; fortiores, boni et æqui sunt, si velint, et sic appellantur: inferiores invalidique, stulti et ignavi appellantur, nec sibi magna nomina justitiæ vindicare possunt. Soli victores id habent, ut *boni* sint et *æqui*, et sic vocentur. Alii miseri, et serviunt: *væ victis.*

[v] *Ipsi plerumque legionibus nostris præsidetis*] Id forte, postquam in civitatem et senatum introducti sunt Galli: supra; 'Tribuni et centuriones in Gallia orti, in pignus societatis reservantur.'

Primo, civitate et equestri fastigio evecti proceres Galli; dein in senatum asciti; ex senatoribus mox prætores et consules facti; et exinde proconsules et legati legionibus et provinciis præsidebant.

cipum[w] usus ex æquo, quamvis procul agentibus: sævi proximis ingruunt.[2] Quomodo sterilitatem,[x] aut nimios imbres et cetera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines:[y] sed neque hæc continua, et meliorum interventu pensantur; nisi forte, Tutore et Classico regnantibus, moderatius imperium speratis: aut[3] minoribus, quam nunc, tributis parabuntur[4] exercitus, quibus Germani Britannique[5] arceantur. Nam pulsis (quod Dii prohibeant) Romanis, quid aliud, quam bella[z] omnium inter se gentium existent? Octingentorum

giorum imperatorum perinde *vobis* utilitas, licet longe distantibus: crudeles propinquis imminent. Sic *ferte* libidinem vel avaritiam imperitantium, quemadmodum toleratis infertilitatem, aut immodicas pluvias, et alias naturæ calamitates. Flagitia erunt, dum homines *erunt:* sed neque hæc *mala* perpetua, et *ista* meliorum *principum* successione compensantur; nisi forte, Tutore et Classico dominantibus, mitiorem dominationem expectatis: aut levioribus, quam nunc, oneribus contrahentur copiæ, quibus propellantur Germani Britannique. Quippe, ejectis Romanis, (quod omen Deus avertat,) quid aliud, quam bella omnium inter se populorum exorientur? Octingento-

Utrumque male. *Brotier.*—2 Gronovius ponit comma post *ingruunt.*—3 Ms. Jes. *ac minoribus.*—4 Male Beroaldus, *parabantur.*—5 In margine Ms. Bodl.

NOTÆ

[w] *Et laudatorum Principum*] Id est, bonorum virtutem ex æquo participatis, quamvis urbe procul absitis: at mali principes sæviunt magis in proximos, nempe in cives et proceres, qui Romæ degunt.

*Laudatorum principum*] Sallustius, in oratione Syllæ ad Bocchum: 'Tibi vero nulla amicitia opportunior nostra: primum quod procul absumus, in quo offensæ minimum, gratia par ac si prope adessemus.' *Lipsius.*

[x] *Quomodo sterilitatem*] Sic Seneca, de Constantia sapientis capite 9. 'Omnia itaque sic patitur, ut hyemis rigorem, et intemperantiam cœli, ut fervores morbosque, et cetera forte accidentia.'

At Dio Cassius Ciceronem ita loqui facit, ubi Amnestiam suadet, post cædem Cæsaris: 'Itaque hæc præterita, grandinis aut nimbi modo evenisse existimantes, oblivioni tradite.' *Lipsius.*

[y] *Vitia erunt, donec homines*] Vitia erunt, quamdiu erunt homines; 'qui vitia odit, homines odit,' aiebat Thrasea. Durant vitia, ut homines, sed non continuo durant certa vitia, ut homines. Quorundam flagitia, interventu meliorum principum, pensantur. Aut non durant flagitia, aut non durant eadem: nec certis sæculis aut dominationibus pariter vigent. Pensantur quandoque virtutibus aliorum, aut etiam superantur. Prout sunt exempla imperitantium, ita et mores hominum: prout est dominatio, ita fere et sæculum; et ut sæculum et exemplum, ita et mores.

[z] *Quid aliud, quam bella*] Plutarchus vere, 'imperium Romanum velut an-

annorum fortuna disciplinaque compages hæc coaluit, quæ convelli, sine exitio convellentium, non potest. Sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum et opes, præcipuæ bellorum causæ. Proinde pacem et urbem, quam victi victoresque[6] eodem jure obtinemus,[7] amate, colite. Moneant vos utriusque fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie, quam obsequium cum securitate, malitis.' Tali oratione graviora metuentes composuit erexitque.

75. Tenebantur victore exercitu Treveri, cum Civilis et Classicus misere epistolas ad Cerialem, quarum hæc sententia fuit: 'Vespasianum, quanquam nuntios[1] occultarent,[a]

rum annorum fortuna et virtute adolevit hæc *Imperii* moles, quæ concuti aut abrumpi, sine pernicie abrumpentium, nequit. Sed vobis *præcipue* gravissimum periculum *ingruit*, qui possidetis aurum et divitias, *quæ sunt* maxima bellorum incitamenta. Itaque amate, observate pacem, et civitatem, qua victi victoresque pari jure fruimur. Doceant vos utriusque sortis experimenta, ne anteponatis pervicaciam et perniciem fidei et incolumitati *vestræ*. *Ejusmodi verbis atrociora formidantes* Treveros *compescuit*, simul *et solatus est*.

*Victor exercitus Treveros insidebat, cum Civilis et Classicus scripsere literas ad Cerialem, quarum is sensus fuit:* Vespasianum, quamvis nuntia supprimerent,

*Battavi.*—6 *Que* abest a Ms. Jes.—7 Ms. Corb. *obtinebimus*.

1 Bud. vulgatum habet. Brotier. *nuntii occultarent*. In loco exponendo Pichenam sequitur Ernestus; contra Salinerius *nuntios* accipiebat pro re nuntiata, et verbum *occultarent* referebat ad Domitianum et Mucianum. *Oberl.*—

NOTÆ

choram esse' scripsit, 'fluctuanti mundo.' Et sic Crispus ad Cæsarem: 'Quippe si morbo jam aut fato huic imperio secus accidat; cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, cædes oriantur?' *Lipsius.*

[a] *Quanquam nuntios occultarent*] Castigationibus parcendum erat. Nuntius enim aliquando pro re quæ nuntiatur. Catullus in Arrium: 'Metuebam talia verba, cum subito affertur nuntius horribilis.'

Plinius lib. v. epist. 5. 'Nuntiatum mihi T. Fannium decessisse, qui nuntius gravi me dolore confudit.' Noster: 'prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere.'

Verum quinam sunt isti, qui famam occisi Vespasiani supprimere dicuntur? Iidem, quos Civilis et Classicus appellant, 'vana et sine viribus nomina.'

Nimirum Domitianus ac Mucianus, quibus id affingitur, ut facile ad imponendum: solitum est enim iis, qui in imperium non suum sese intrudunt.

En Livia, Ann. lib. I. 'Lætique interdum nuntii vulgabantur, donec provisis, quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem, eadem fama tulit.' *Salinerius.*

Ego censeo literarum, quas Civilis Classicusque ad Cerialem scripserunt, sensum fuisse; certiores se de Ves-

excessisse vita. Urbem atque Italiam interno bello consumtam. Muciani ac[2] Domitiani vana et sine viribus nomina. Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus[b] civitatum suarum contentos; si prælium malit,[3] ne id quidem abnuere.' Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil: eum, qui attulerat ipsas[4] epistolas, ad Domitianum misit. Hostes, divisis copiis, advenere undique. Plerique culpabant Cerialem, passum[5] jungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit, quis temere antea intutis[6] consederat. Apud Germanos diversis sententiis certabatur.

76. Civilis, 'opperiendas Transrhenanorum gentes, qua-

mortem obiisse. Urbem et Italiam civilibus armis exhaustam. Muciani ac Domitiani inania et sine robore vocabula. Si Cerialis imperium Galliarum cupiat, ipsos limitibus provinciarum suarum contentos; si pugnam potius vellet, ne id quidem *se* detrectare. *Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil* respondet; sed *eum* ipsum nuntium *misit ad Domitianum, qui has literas reddiderat. Hostes, separatis copiis, undique affluxere. Multi arguebant Cerialem, quod permisisset in unum concurrere* ipsos, *quos diductos* diremtosque *circumvenire potuisset. Romanæ legiones castra cinxere aggere fossisque, quibus temere antea parum firmatis subsiterant. Germani diversa in consilia trahebantur.*

Censebat *Civilis*, expectandas *esse* Transrhenanorum copias, quarum pavore

2 Ita Ms. Flor. et editiones recentiores. Puteolanus, *et*. Ms. Corb. et editio princeps, *atque*.—3 Plerumque legitur *velit, mallet*. Alterutrum est vitiosum, et aut *vellet* legendum, aut *malit*. Posterius Latinius est; itaque sic correxi. *Ernest*. Recepere emendationem Bipont. sed Brotier. et Lall. vulgatum servant, *mallet*. Sic et Bud. *Oberl*.—4 *Ipsas* redundare videtur Cl. Ernesto. Certe recte abesset. Acidalius emendabat, *ipsasque epistolas;* vel, quod minus probabile, sic interpungebat, *eum qui attulerat, ipsas epistolas, &c*. Brotier. —5 Bene sic veteres et recentiores editiones. In intermediis quibusdam, *passim jungi*. Sic quoque Mss. Jes. et Corb. Sed recte suprascriptum in Ms. Corb. *passum*. Idem.—6 Ita vulgo Mss. Beroaldus et recentiores. In editione principe, *intutus*. Ms. Reg. et Puteolanus, *in tutis*. Ms. Guelf. *in tutius*.

NOTÆ

pasiani obitu factos, quanquam Cerialis et alii Romani duces occultarent nuntios, seu tabellarios, qui id significatum Roma venerunt. *Pichena*.

Possit τὸ *nuntios* intelligi de utrisque, et de ipsis nuntiis seu tabellariis, et de rebus nuntiatis. Ut *nuntii* seu res nuntiatæ *vulgabantur*, ita et *occultabantur*. Et τὸ *occultarent* potius refertur ad Cerialem et ad alios legatos præsentes, quam ad Domitianum et Mucianum, qui procul aberant, et qui vix supprimere *nuntios* in Germania poterant.

[b] *Ipsos finibus*] Id est, ipsa regione, quam possiderent civitates suæ ante bellum. Sic eum suspectum reddere cupiebant militibus, vel imperitantibus. Hinc statim mittit nuntium ipsum et literas ad Cæsarem. Vel capio: ipsos contentos esse, civitates suas in libertatem vindicarent.

rum terrore fractæ Populi Romani vires obtererentur.[1] Gallos quid aliud, quam prædam[c] victoribus? et tamen, quod roboris sit, Belgas,[d] secum palam aut voto stare.'[2] Tutor, 'cunctatione crescere rem Romanam,' affirmabat, 'coëuntibus undique exercitibus. Transvectam e[3] Britannia legionem: accitas ex Hispania: adventare ex Italia: nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur,[4] non juberi,[5] non regi,[6][e] sed cuncta ex libidine agere: pecuniamque ac dona, quis

perculsæ Romanæ legiones proculcarentur. Gallos quid aliud, quam opes et spolia victoribus? Et tamen, quantum virium sit, Belgas, secum stare aperte, aut favore. *Asseverabat Tutor*, tempore moraque adolescere vires Romanas, confluentibus undique copiis. Transmissam legionem e Britannia; arcessitas ex Hispania: advenire ex Italia: nec tumultuarias copias, sed vetustas bellique usu firmatas. Quippe Germanos, qui ab ipsis expectentur, non dicto audientes esse, non imperia accipere, sed omnia ex nutu et arbitrio suo gerere: opesque ac munera, quibus unis convellantur, affluentiora penes

1 Ms. Reg. et editio princeps, *obterentur*. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et J. F. Gronovius, *obterrerentur*. Emendatum in Ms. Harl. *obtererentur*. Brot.—2 Pessime Mss. Harl. Bodl. Jes. *aut vastari*. In Ms. Bud. *aut vastare*. Inde tentabat Rhenanus, *aut clam stare*. Idem.—3 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *ex Britannia*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *a Britannia*.—4 Male Beroaldus, *spernentur*. Ms. Guelf. vitiose *seperentur*.—5 Ms. Corb. *non haberi*.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. *non cogi*. Recte supra

NOTÆ

[c] *Gallos quid aliud, quam prædam*] Idque, quia longa pace et otio segnes, fractique deliciis Galli, et tum opulentissimi erant. *Gallos* intelligit Civilis, qui, scil. cum ipso militabant. Hos spernit præ Transrhenanis, quos expectandos censebat. Id dico, quia nonnulli intelligunt de Galliis, quæ præda victoris forent: quod falsum est.

[d] *Quod roboris sit, Belgas*] Scil. 'Belgæ fortissimi Gallorum,' ut scripsit Cæsar ipse.

[e] *Germanos .... non juberi, non regi*] Sic lib. de Mor. Germ. 7. 'Nec regibus, infinita aut libera potestas; et duces exemplo potius, quam imperio; sic promti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Ceterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum.' Dum Germanicam libertatem ostentant, juberi aut regi nolunt. Sic et eodem lib. cap. 1. 'Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec jussi conveniunt,' &c.

Et ipsi Germani supra, invito Civili, præter fœdus et decus gentis, invaserunt spoliaruntque legiones Romanas, fide publica abeuntes, castraque ipsa simul cum ipsis Romanis incenderunt, contra jus gentium; at forte non consilio publico, sed quasi per latrocinium.

solis corrumpantur, majora apud Romanos, et neminem adeo in arma pronum,[7] ut non idem pretium quietis,[f] quam periculi, malit. Quod si statim congrediantur, nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici[8] exercitus, legiones, fœderibus Galliarum obstrictas. Idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint, alimentum illis[9] Ducique temeritatis. Ausuros rursus venturosque in manus, non imperiti[10] adolescentuli,[g] verba et conciones, quam ferrum et arma, meditantis, sed Civilis et Classici: quos ubi aspexerint, redituram in animos formidinem, fugam famemque[11] ac totiens captis præcariam vitam: neque Treveros aut Lingonas benevolentia contineri: resumturos arma, ubi metus abscesserit.' Diremit consiliorum diversitatem, approbata[12] Tutoris sententia, Classicus: statimque exequuntur.

Romanos, nec quenquam adeo in bella ferocem, ut non malit idem præmium otii et pacis quam prælii et discriminis. Quod si statim prælium committant, nullas adesse Ceriali, nisi ex clade Germanici exercitus, *superstites* legiones, in verba Galliarum adactas. Et illud ipsum, quod proxime præter spem suam vicerint incompositum Valentini agmen, *fore* incitamentum illis legatoque temeritatis. Aggressuros iterum, conserturosque pugnam, non cum rudi juvene, *potius* exercente facundiam et orationes, quam aciem et tela *parante*, sed cum Civili et Classico; quos postquam animadverterint, incessurum rursus animos pavorem, cladem, penuriamque, ac toties expugnatis concessam et habitam precario salutem: nec Treveros aut Lingonas amore retineri: renovaturos bellum, postquam abierit formido. *Contrarietatem sententiarum abrupit Classicus, comprobato Tutoris consilio; statimque erumpunt.*

scriptum in Ms. Bodl. *non regi*. Brotier.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *in arma promtum*. Idem.—8 In Mss. et veteribus editionibus, *Germani*. Secunda manu additum in Ms. Bodl. *Germanici;* ut habent Rhenanus et recentiores. —9 Ita libri scripti et editi, præter Cl. Ernestum, qui edidit, *illi*.—10 Sic optime Rhenanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *non imperitia adolescentuli*. In Ms. Reg. *adolescendi*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *non imperitia militum, sed adolescentuli*. Brotier.—11 Budens. *famamque*.—12 Ms. Corb. *probata*.

## NOTÆ

[f] *Ut non idem pretium quietis*] Id est, ut non malit idem stipendium seu præmium habere in pace et otio, quod habet in bello.

[g] *Non imperiti adolescentuli*] Tullium Valentinum intelligit, de quo supra: 'Is, meditata oratione, cuncta magnis imperiis objectari solita, contumeliasque et invidiam in populum Rom. effudit.' Et paulo post, 'restitit idem Valentinus, obstruxitque civitatis suæ aures,' &c. *Pichena*.

77. Media acies Ubiis Lingonibusque data: dextro cornu cohortes Batavorum: sinistro Bructeri Tencterique.[1] Pars montibus, alii, viam inter Mosellamque flumen,[2 h] tam improvisi[3] assiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul vincique suos audierit, increpans pavorem nuntiantium, donec universa clades in oculis fuit. Perrupta legionum castra, fusi equites: medius Mosellæ pons,[i] qui ulteriora coloniæ annectit, ab hostibus insessus. Cerialis, turbidis rebus intrepidus et fugientes manu retrahens, intecto corpore promtus inter tela, felici temeritate et fortissimi cujusque accursu, reciperatum pontem electa[4] manu firmavit. Mox in castra reversus, palantes captarum apud Novesium Bonnamque legionum manipulos et rarum apud signa militem

*Media acies permissa Ubiis et Lingonibus: cohortes Batavorum cornu dextro; sinistro* stetere *Bructeri et Tencteri. Alii collibus, alii, inter viam et Mosellam amnem, adeo præter spem assultavere, ut Cerialis, qui nocte* illa *a castris abfuerat, in cubiculo lectoque acceperit, certari, simul et profligari suos, incusans metum admonentium, donec universa strages in aspectu fuit. Perfracta legionum munimenta, pulsi equites; medius pons Mosellæ, quo ulteriora coloniæ junguntur, occupatus ab hostibus. Cerialis, trepidis rebus impavidus, et fugaces manu reducens, nudo corpore, strenuus inter arma, fausta temeritate, et promtissimi cujusque auxilio, receptum pontem firmo præsidio insedit. Dein regressus in castra, palabundos expugnatarum apud Novesium et Bonnam legionum manipulos, et infrequentem apud vexilla*

1 Notatum in margine Ms. Harl. *Hic deficit.* Quasi aliquid hic desit. Turbat quoque Ms. Flor. in quo, *Tencterique pars montibus alii alii viam.* Forte nominabantur adhuc aliquot populi, quorum nomina exciderint. *Brotier.*— —2 Addit Ms. Agr. *Mosellamque flumen dispositi per pontem, tam improvisi, &c.* At prorsus inutile est istud additamentum.—3 Ita Ms. Agr. Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *tam improvisa.*—4 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. Lipsius, cum Gronov. et Ryckio, *lecta manu.* Ms. Ryckii *e lecta manu.* Flor. *delecta,*

NOTÆ

h *Viam inter Mosellamque flumen*] Tacitus, ut ea defunctus descriptione est, (si rem rite excussam concipio,) non modo nobis eam intellectu difficilem reddit, sed et iis quibus ista scripsit; nisi putemus, Romæ tum viventibus viam fuisse notissimam, de qua agit; aliaque minutiora, quæ Treverorum spectant situm, ut ad plenam cognitionem nihil deesset. Adde quod utcumque mutetur loci situs, in promtu sit, ex textu sic constituto, controversias movere non ita facile enodandas. *Savilius.*

i *Medius Mosellæ pons*] An quia media pars pontis jam insessa ab hostibus? An quia dividebat civitatem in duas partes Mosella? An quia pons jungebat utramque ripam? Medium pontem insederant, quia scilicet ad

ac prope circumventas aquilas videt.[5] Incensus ira, 'non Flaccum,' inquit, 'non Voculam deseritis. Nulla hic proditio: neque aliud excusandum[j] habeo, quam quod vos, Gallici fœderis oblitos, redisse in memoriam[k] Romani sacramenti, temere credidi.[6] Annumerabor Numisiis et Herenniis: ut omnes Legati vestri, aut militum manibus, aut hostium, ceciderint. Ite, nuntiate Vespasiano,[l] vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis[7] in acie Ducem: venient legiones, quæ neque me inultum, neque vos[7] impunitos, patiantur.'

*militem, ac fere interceptas aquilas animadvertit. Inflammatus ira*, non Hordeonium, *inquit*, non Voculam relinquitis. Nulla hic perfidia; neque aliam culpam deprecari debeo, quam quod *prædixerim*, abolitam *esse* ex animis vestris societatem Galliarum, penitusque infixam *vobis* memoriam fidei Romanæ, perperam existimavi. Accensebor Numisiis et Herenniis; ut cuncti duces vestri, vel militum, vel hostium sævitia conciderint. Ite, referte Vespasiano, vel, quod promtius est, Civili et Classico; desertum a vobis in prælio legatum. Adventant legiones, quæ neque me sine ultione, neque vos sine supplicio relinquent.

quod recepere Bipont.—5 Ms. Corb. et editio princeps, *vidit*.—6 Locum hunc Brotierus sic edit: *oblitos prædixerim: memoriam Romani sacramenti temere credidi*. Sic Mss. Flor. Reg. Corb. Pichena et recentiores. In Ms. Bud. *prædixi*. Ab editione principe abest, *temere*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *tenere*. Inde sane in Ms. Agr. conjectura potius, quam ex vetere scriptura, *quod vos Gallici fœderis oblitos proximam memoriam Romani sacramenti tenere credidi*. Lipsius existimabat, *prædixerim* redundare; et emendabat, *oblitos redisse in memorium Romani sacramenti temere credidi*. Quod valde probabile. Pro *prædixerim* corrigebat Pichena, *et retinere*. J. F. Gronovius, *repetisse*. Absurde vero e nescio quibus veteribus Titinnii quisquiliis Jac. Gronovius, *præfiscini memoriam Romani sacramenti tenere credidi*. Brotier.—7 Ms. Budens. *vobis, vos*.

## NOTÆ

aliud extremum hostibus proximum et amicum Romanis, nondum succedere audebant.

[j] *Neque aliud excusandum*] Neque aliud purgandum, aut diluendum nunc habeo crimen, quam quia prædixi, id est, intempestive, et priusquam oporteret, ego dixi, vos oblitos esse sacramenti Galliarum; et quia leviter seu temere credidi, vos meminisse fidei erga populum Romanum.

[k] *Memoriam*] Id est, Reverentiam.

[l] *Ite, nuntiate Vespasiano*] Similis invidiæ metum suis militibus jam fugientibus Sylla injicit: 'Si quis vos, milites, rogaverit, ubi Syllam imperatorem vestrum reliqueritis, respondete, apud Orchomenum pugnantem.'

Atque ille hac increpatione rem labentem sustinuit. Plutarchus, et Appianus. *Lipsius*.

78. Vera erant,[1] et a Tribunis Præfectisque eadem ingerebantur. Consistunt per cohortes et manipulos: neque enim poterat patescere acies, effuso hoste,[m] et impedientibus tentoriis sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor et Classicus et[2] Civilis, suis quisque locis, pugnam ciebant: Gallos 'pro libertate,' Batavos 'pro gloria,'[n] Germanos 'ad prædam' instigantes. Et cuncta pro hostibus erant: donec legio unaetvicesima,[3] patentiore,[4] quam ceteræ, spatio conglobata,[o] sustinuit ruentes; mox impulit. Nec sine ope Divina, mutatis repente animis, terga victores vertere. Ipsi, territos se cohortium aspectu, ferebant, quæ primo impetu[p] disjectæ, summis rursus jugis congregabantur, ac speciem novi auxilii fecerant. Sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen, hoste omisso, spolia consectandi. Cerialis, ut incuria prope rem[5] afflixit, ita constantia restituit: se-

*Certa* hæc *erant, et tribuni præfectique eadem admonebant. Componuntur per cohortes et manipulos: neque enim poterat extendi acies, late invecto hoste, et obstantibus tabernaculis impedimentisque, cum intra castra certaretur. Tutor, et Classicus, et Civilis, suis quique stationibus, prælium accendebant: incitantes Gallos* pro libertate, *Batavos* pro decore, *Germanos* ad prædam. *Et omnia favebant hostibus: donec legio unaetvicesima, liberiore, quam aliæ, statione composita, excepit irrumpentes; dein et fudit. Nec sine auxilio divino, mutatis subito animis, in fugam conversi, qui vincebant. Ipsi, perculsos se dicebant spectatis cohortibus, quæ primo incursu proturbatæ, summis iterum collibus conglobabantur, et se instar novi agminis exhibuerant. At nocuit superantibus improba inter ipsos contentio, relicto hoste, prædam persequendi. Cerialis, ut negligentia fere rem* Rom. *profligavit, ita* et *firmitudine animi instauravit: et permittens se fortunæ,*

1 Sic Mss. Sed, ne quis cum amico *penetraverant* velit, supple, militum animos; quod tuebatur parallelis aliquot locis. *Ryckius.*—2 *Et* perperam a Puteolano omissum. *Brotier.*—3 Sic bene Ms. Agr. Pichena et recentiores. Ms. Reg. et Alciatus, *vicesima prima.* Vulgo Mss. et Puteolanus, *legio XXI.* Idem.—4 Ms. Budens. *potentiore.*—5 Ms. Guelf. et quædam edd. *res.*

## NOTÆ

[m] *Effuso hoste*] Quia hostis jam omnem locum occuparat, non solum extra castra, sed etiam et intra castra proruperat; ubi jam pugnabatur. Non mirum igitur si non posset porrigi acies Rom.

[n] *Batavos pro gloria*] Pro gloria simulque et *pro imperio*; id enim volebat Civilis.

[o] *Conglobata*] Quamvis illa legio liberiore loco esset, erat tamen adhuc restricta, conferta et conglobata, et nondum satis libere instructa in aciem assistebat: attamen sic *sustinuit ruentes hostes.*

[p] *Quæ primo impetu*] Id est, Statim atque hostes ex improviso assiluere, et proturbatas quasdam cohortes in

cutusque fortunam, castra hostium eodem die capit exscinditque.

79. Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenses; offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. Atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverant. Unde metus et justæ preces invocantium, antequam hostes, reparatis viribus, ad spem vel ad ultionem accingerentur. Namque et Civilis illuc intenderat, non invalidus, flagrantissima cohortium suarum[q] integra:[1] quæ ex Chaucis[r] Fri-

*eadem die expugnat munimenta hostium et evertit.*

*Nec diuturnum otium exercitui concessum* est. *Opem implorabant Agrippinenses; promittebantque conjugem, et sororem Civilis, et filiam Classici, deposita apud ipsos pignora fœderis. Atque interea interfecerant Germanos, qui per ædes sparsi* erant. *Hinc formido et legitimæ preces* auxilium *rogantium, priusquam hostes, instauratis viribus, ad spem vel ad vindictam præpararentur. Quippe et Civilis huc se contulerat, haud parum firmus, ferocissima cohortium suarum illibata: quæ ex Chaucis*

1 Ita Pichena et recentiores e Ms. Flor. in quo, teste Pichena, *integraque ex Chaucis.* At adversatur Jac. Gronovius, et ait legisse se in Ms. Flor. *integraque et ex Chaucis.* Quam scripturam defendit, legitque, *non invalidus flagrantissima cohortium suarum integraque et ex Chaucis Frisiisque composita. Tolbiaci in finibus Agrippinensium agebat.* Hæc vero per parenthesim dicta volebat Illustr. Huetius, et ita distinguebat: *non invalidus (flagrantissima cohortium suarum integra: quæ ex Chaucis composita) Tolbiaci, &c.* Verum potior est Pichenæ emendatio. Favetque Ms. Corb. in quo, *integraque rt Chaucis.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. *integra et e Chaucis.* In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *integra manu et e Chaucis.* Unde tentabat Lipsius, *integra*

NOTÆ

fugam vertere: quæ tamen cohortes in montibus rursus congregabantur, et hinc fortunam partium haud dubie speculabantur.

[q] *Flagrantissima cohortium suarum*] An quia ferocissima et pugnacissima illa cohors? An quia flagrabat studio in Civilem? Forte utrumque. Sic supra septima legio in Antonium Primum maxime prona.

[r] *Integra: quæ ex Chaucis*] Romanus codex, et editiones aliæ: *integra manu et e Chaucis.* Legam, *integra manente e Chaucis.* Florentinus porro, *integraque ex.* Si plene, facias cum Pichena, *integra quæ.* Lipsius.

*Integra*] Si affuit prælio, quomodo *integra?* Si legis, *integra manu*, quomodo etiam *integra* illa *manus;* si composita ex viris profligatis, et cur adderet, *ex Chaucis Frisiisque?* Non enim illam manum, aut agmen ex istis solum composuisset, sed ex indomitis Batavis suis, et Belgis, qui e prælio evaserant.

Præterea quis sic loquatur, *Flagrantissima cohortium suarum integra manu?* Si *integra* est *manus* cohortium, haud dubie abfuit a prælio; at non verisimile est, plures tum cohortes otiosas, seu vacuas, data pugna, reliquisse Civilem.

siisque composita, Tolbiaci,[2 s] in finibus Agrippinensium, agebat. Sed tristis nuntius avertit, ‘ deletam cohortem dolo Agrippinensium :’ qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus,[t] igne injecto, cremavere. Simul Cerialis propero agmine subvenit. Circumsteterat Civilem et alius metus, ne quartadecima legio, adjuncta Britannica classe, afflictaret Batavos, qua[3] Oceano ambiuntur. Sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus, Legatus, in Nervios Tungrosque duxit : eæque civitates in deditionem acceptæ : classem ultro[4] Canninefates aggressi sunt : majorque pars navium depressa aut capta. Et Nerviorum mul-

*Frisiisque conscripta, Tolbiaci, in terris Agrippinensium, agitabat. Sed mæstus nuntius absterruit,* scil. profligatam cohortem fraude Agrippinensium : *qui Germanos lautis conviviis et mero sopitos, obseratis januis, igne admoto, combussere. Eodemque tempore Cerialis, ducto raptim exercitu, succurrit. Incesserat Civilem et alia formido, ne quartadecima legio, accedente classe Britannica, divexaret Batavos, qua* parte *alluit Oceanus. At Fabius Priscus, legatus, duxit legionem terrestri via in Nervios ac Tungros : eæque nationes se dedidere : Canninefates classem ultro adorti sunt : et maxima ex parte naves demersæ aut expugnatæ. Et*

*manente e Chaucis.* Brotier.—2 Bene sic Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores. Male Ms. Farnes. *Colbiaci.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Calbiaci.* Idem.—3 Male Ms. Corb. *qui Oceano.* Brotier.—4 Ita vulgo Ms. et libri omnes editi. In Ms. Agr. *Classem vero ;* quod probabat Ryckius.

## NOTÆ

Potius dicendum est, unam illam cohortem Tolbiaci relictam ; vel, quia conduci cum aliis copiis non potuit ; vel, quia in his locis necessarium illud præsidium, forte et subsidium in alios casus fuit. Quod nec placuit Agrippinensibus ; et fuisse unam *cohortem,* clare patet ex sequentibus : ‘ Deletam cohortem dolo Agrippinensium.’

*Chaucis*] Hi populi Germaniæ magnæ ad Oceanum Germanicum, dividuntur in Majores et Minores. Hodie ducatus *Bremen,* in circulo Saxoniæ inferioris, atque comitatus *Embden* et *Oldenbourg,* in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[s] *Tolbiaci*] Tolbiacum, oppidum Ubiorum populorum in Germania inferiore. Hodie *Zulch,* vel *Zulpich,* oppidulum ducatus Juliacensis versus meridiem, paret tamen Electori Coloniensi. *Tillemonius.*

[t] *Clausis foribus*] An portis Tolbiaci ; vel an in suis castris clausi? Numquid Tolbiaco injecere ignem, et cremavere oppidulum simul cum Germanis ? Forte non fuit tanti ille pagus, ut ei parceretur : tunc forte occupavere fores, ne exire Germani possent ad vindicandum.

Puto, portas pagi, seu oppidi insedere, et stationibus firmavere, dum flammæ grassarentur ; non vero fores domorum, ut quidam vertunt. Quis enim omnes fores ædium oppidi claudat, nemine advertente ?

titudinem, sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, iidem Canninefates fudere. Classicus quoque adversus equites, Novesium a Ceriale præmissos, secundum prælium fecit: quæ modica, sed crebra, damna famam victoriæ, nuper partæ, lacerabant.

80. Iisdem diebus Mucianus Vitellii filium[u] interfici jubet: mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. Neque Antonium Primum asciri inter comites[v] a Domitiano passus est: favore militum anxius,[1] et superbia viri, æqualium quoque, adeo superiorum, intolerantis. Profectus ad Vespasianum Antonius, ut non pro spe sua excipitur,[2] ita neque averso[3] Imperatoris animo. Traheba-

*iidem Canninefates, plebem Nerviorum, sponte excitam, ut arma pro Romanis sumeret, fugavere. Classicus etiam prospere decertavit adversus equitatum, quem Cerialis præire Novesium jusserat: quæ exiguæ, sed frequentes clades, gloriam victoriæ nuper comparatæ dilaniabant.*

*Eodem tempore Mucianus occidi jubet Vitellii filium: prætexens, duraturam* esse *dissensionem, nisi materiam bellorum penitus sustulisset. Neque Antonium Primum assumi inter socios* expeditionis *a Domitiano permisit;* æger animi *solicitus*que *studio militum, et arrogantia hominis, impatientis etiam parium, et tanto magis superiorum. Digressus ad Vespasianum Antonius, ut non pro expectatione sua excipitur, ita neque alieno principis affectu. In varia distrahebatur* Vespa-

1 Male Alciatus, *anxius est.* Brotier.—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *accipitur.* Recte emendatum in Ms. Bodl. *excipitur;* uti habent Ms. Corb. editio princeps et recentiores. *Idem.*—3 Ms. Corb. et editio princeps,

NOTÆ

[u] *Filium*] Sic Ann. XII. 52. 'Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat. Idque ad clementiam trahebat Cæsar [Claudius] quod stirpem hostilem iterum conservaret.' Dicit *iterum*, quia debuit occidere Scribonianum in ipsa rebellione patris; et tum illum primo servarat, et illum ipsum rebellem jam iterum conservabat Claudius hoc loco.

*Filium interfici*] Jul. Imper. Orat. 3. ubi de filio Magnentii, cui, cum obses esset, veniam concessit Constantius.

'Hoc vero, quod ejus filio pepercit, qui nefarie sese gesserat, ac datam fidem et jusjurandum violaverat, num tandem regium esse, ac divinum arbitrabimur? An potius assentiemur Agamemnoni indignanti, et adversus Trojanos acerrime concitato; non in eos solum qui cum Paride venerant, et Menelai domum contumelia sua læserant; sed iis insuper irato, qui adhuc in utero gerebantur; et forte iis etiam, quorum ne matres quidem tum fortassis adhuc in lucem editæ fuerant, cum ille de rapienda Helena consilium iniret.'

*Filium interfici jubet*] Aristot. Rhet. 1. 'Fidem facit proverbium . . . filios occidere, quorum patres occideris. Innocens et inscius, qui patrem occidit, et filios relinquit incolumes.'

[v] *Inter comites*] Nemper inter co-

tur in diversa: hinc meritis Antonii, cujus ductu confectum haud dubie bellum erat, inde Muciani epistolis: simul ceteri, ut 'infestum tumidumque' insectabantur, adjunctis prioris vitæ criminibus: neque ipse deerat, arrogantia vocare[4] offensas, nimius commemorandis, quæ meruisset. Alios, ut 'imbelles,' Cæcinam, ut 'captivum[w] ac deditiicium,' increpat. Unde paulatim levior viliorque haberi,[x] manente tamen[5] in speciem amicitia.

81. Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriæ statos æstivis[1] flatibus dies, et certa maris opperiebatur,[y]

siani animus: *hinc opera et ministeriis Antonii, cujus ductu profligatum procul dubio bellum erat, inde Muciani literis: etiam et alii, ut* invisum, importunum et superbum *incusabant, accedentibus anteactæ vitæ flagitiis: neque ipse omittebat fastu incitare odia, immodicus jactandis, quæ gessisset. Alios ut* ignavos prælio-rumque expertes; *Cæcinam, ut* vinctum atque deditiicium *insectatur. Unde sensim contemtior leviorque æstimari* cœpit, *durante tamen in speciem gratia* principis.

*Per ea tempora, quibus Vespasianus apud Alexandriam expectabat eam, qua*

*adverso.*—4 Ita libri omnes scripti et editi, præter Ms. Agr. in quo, *provocare.* At eo quoque sensu dicitur, *vocare.* Sic infra, de Moribus Germanorum, c. 14. 'Vocare hostes, et vulnera mereri.' *Brotier.*—5 Ms. Ryckii *tantum.*

1 Bene sic libri omnes scripti et editi. Perperam tentabat Lipsius, *Etesiarum:* Acidalius, *Etesiis flatibus.* Immo Etesiis, Aquilonaribus ventis, im-

NOTÆ

mites expeditionis, quam suscipiebant in Germaniam; sed Lugdunum usque tantum profecti sunt.

[w] *Cæcinam, ut captivum*] Erat etiam Cæcina tumidus et arrogans: nec mirum, si contentio et æmulatio existat inter duos homines pari superbia infestos atque odiosos.

[x] *Paulatim levior viliorque haberi*] Id intellige de mobilitate animi, aut ingenii, de minore virtute aut constantia, quam reputabatur; ita ut in eo potius vanitas innotuerit, quam vera magnitudo animi: hinc levior ejus fama et auctoritas. Et certe firmiori judicio opus habuit Antonius, quo victoria uteretur, quam qua victoriam pararet. Non debuit adeo 'commemorare, quæ meruisset.' Nam supra Ann. IV. 18. 'destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse; ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.'

[y] *Statos æstivis flatibus dies, et certa maris opperiebatur*] *Certa maris* erant a quintodecimo aut septimo et vigesimo Maii (utrumque enim habet Vegetius, IV. 39.) usque ad quartumdecimum Septembris.

A quartodecimo Septembris usque ad undecimum Novembris *navigatio,* sed *incerta;* ab undecimo Novembris usque ad decimum Martii *maria clausa;* et ab illo tempore usque ad

multa miracula evenere, quis cœli[2] favor et quædam in Vespasianum inclinatio Numinum ostenderetur. Ex[3] plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe[4] notus,[z] genua[5] ejus

*spirare solent Etesiæ, tempestatem, et tranquillitatem pelagi, plurima prodigia obtigere, quibus benignitas divina, et* specialis *quidam in Vespasianum numinis favor demonstraretur. E populo Alexandrino quidam, luminis orbitate cognitus, se ad ejus*

pedita fuisset Vespasiani navigatio, ut recte observavit eruditus Savilius. Inde Jul. Cæsar, Bell. Civ. III. 107. 'Ipse enim necessario Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.' '*At* Vespasianus Alexandriæ statos æstivis flatibus dies, *quibus* certa maris *incipiunt*, opperiebatur.' Nauticas autem illas Romanorum leges clare explicat Vegetius, v. 9. 'Post ortum Pleiadum, a die sexto Kalendarum Juniarum, usque ad Arcturi ortum, id est, in diem octavumdecimum Kalendarum Octobrium secura navigatio creditur, quia æstatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. Ita post hoc tempus usque in tertium Idus Novembris incerta navigatio est, et discrimini propior: propterea, quia post Idus Septembris oritur Arcturus vehementissimum sidus. Et octavo Kalendarum Octobris æquinoctialis evenit acerba tempestas .... A Novembri autem mense crebris tempestatibus navigia conturbantur Vergiliarum hyemali occasu. Ex die igitur tertio Iduum Novembris usque in diem sextum Iduum Martiarum maria clauduntur.' Tacito autem suffragatur Josephus, Bell. Jud. IV. 11. n. 5. Αὐτὸς μέντοι (Οὐεσπασιανὸς) εἰς τὴν Ῥώμην ὥρμητο λήξαντος τοῦ χειμῶνος ἀνάγεσθαι, καὶ τάχος τὰ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διώκει: *Ipse tamen Vespasianus extrema hyeme Romam proficisci parabat; et quam primum res Alexandriæ componebat.* Brotier.—2 Ita Mss. Bodl. Guelf. editio princeps, Ernestus et recentiores. Ms. Reg. *celis.* Ms. Bud. *cœlis est.* Ms. Corb. *celitis.* Ms. Agr. *cœlitum.* Emendaverat Puteolanus, *e cœlis.* Rhenanus, Ryckius, et Gronov. *cœlestis.*—3 Mss. Corb. Agr. et editio princeps, *e plebe.*—4 Frustra amicus Ryckii tentabat, *nube. Tabes* medicum est vocabulum, ut Ryckium monuit Cl. Drelincurtius. Et in definitionibus, quæ tribuuntur Galeno, sic explicatur: Φθίσις ἐστὶ μείωσις τῆς κόρης μετὰ ἀμυδρώσεως: 'Tabes est pupillæ imminutio cum obscuratione.' *Bro-*

## NOTÆ

quintum decimum Maii *navigatio periculosa.*

Ut satis appareat Vespasianum non solvisse, nisi Maio extremo. Joseph. IV. Exscid. 42. 'Vespasianus Romam profectus est extrema hyeme.'

Quod ante Lipsius, pro *statos æstivis flatibus dies*, legit, *statos Etesiarum flatibus dies*, hallucinatur. Etesiarum enim flatus illa navigatio adversos habet Hist. II. et Cæsar de bell. civ. III. 107. 'Ipse necessario Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.'

Si expectasset, donec deflarent, quod fit extremo Augusto, incidisset in tempus *incertæ navigationis*, et ea *incertissima* domum procul dubio venisset. *Savilius.*

[z] *Oculorum tabe notus*] Spartianus in Adr. scribit, ipsum Adrianum cæcæ mulieri visum restituisse. Et quidam Pannonius, natus cæcus, febricitantem Adrianum contigit, quo facto et Adrianum febris reliquit, et cæcus visum recepit.

Pyrrhus Epirotarum rex, simul atque spleneticos pede presserat, morbus decedebat. Erat in ipsius pede pollex divina facultate præpotens, qui post ipsius obitum, neque igni absumi potuit, neque ætate contabuit.

advolvitur, 'remedium cæcitatis' exposcens gemitu;[6] monitu Serapidis[7] [a] Dei, quem dedita superstitionibus gens[8] ante alios colit: precabaturque Principem, 'ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento.'[9] Alius manum[10] æger, eodem Deo auctore, 'ut pede ac vestigio Cæsaris calcaretur,' orabat. Vespasianus primo irridere, aspernari: atque, illis[11] instantibus, modo famam vanitatis metuere,[b] modo obsecratione[12] ipsorum et vocibus

*pedes abjicit, fletuque* medelam cæcitatis *efflagitat; numine seu afflatu Dei Serapidis, quem addicta superstitionibus natio* hæc *præ ceteris* Diis *veneratur. Rogabat imperatorem,* ut saliva oris linire vellet genas et luminum orbes. *Alter manu debilis, eodem afflante numine, precabatur,* ut planta pedis et calceo principis premeretur, tangeretur. *Vespasianus* id *primo risu excipere, contemnere: atque, illis urgentibus, nunc existimationem vanitatis timere, nunc obtestatione ipsorum, et*

*tier.*—5 Ms. Corb. et editio princeps, *genibus ejus advolvitur.*—6 Ita vulgo Mss. et libri omnes editi. Merito tamen redundare *gemitu* videbatur Cl. Ernesto. Non ita bene, quod Mss. Guelf. Jes. habent *in gemitu,* tentabat *ingenitum;* quasi Vespasianus ingenitam curandi vim habuerit, quod de Pyrrho retulere Plutarchus in Pyrrh. p. 384. et Plinius, VII. 2. *Brotier.*—7 Sic Ms. Flor. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *Serapis.* Lipsius, *Sarapis.* Quod sane hauserat a Græcis, quibus Deus ille dicitur ΣΑΡΑΠΙΣ. *Idem.*—8 Ms. Ryckii, *quem dicta gens superstitionibus.*—9 Editio princeps, *respuere oris excreamento.*—10 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Jac. Gronovius et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *manu æger.* Nec ineleganter, *manum,* Græcorum more. *Idem.*—11 Ms.

## NOTÆ

Franci reges, saliva tantum pollice in decussem allita, strumis medentur. *Lupanus.*

[a] *Serapidis*] Macrob. l. I. Satur. 7. 'Nam quia nunquam fas fuit Ægyptiis, pecudibus aut sanguine, sed precibus et thure solo placare Deos, his autem duobus advenis hostiæ erant ex more mactandæ: fana eorum extra pomœrium locaverunt, ut et illi sacrificii solenni sibi cruore colerentur: nec tamen urbana templa pecudum morte polluerentur. Nullum itaque Ægypti oppidum intra muros suos, aut Saturni, aut Serapis fanum recepit.'

*Serapidis*] Diodor. Sicul. Hist. l. I. 'Osiris vero tum Serapis dicitur, tum Dionysius, tum Pluto, tum Ammon, tum Jupiter. Alii Pana eundem vocant. Multi existimant Serapin esse, quem Græci Plutonem putant.'

[b] *Famam vanitatis metuere*] Quam inducunt adulantes sæpe, etiam non sponte dominantium, et reluctante ipsorum modestia. Plutarch. de Fort. aut virt. Alexandri: 'Sed nunc non illas expendimus verborum insolentias, quas simulacris ejus Poëtæ statuisque adsculpere solent, non ad ipsius modestiam, sed ad opes potius et potentiam attendentes; cujusmodi illud est: Æreus in cœlum suspectans, fare, quid aiat: Jupiter, asserui terram mihi, tu assere cœlum.' Et rursus: 'Alexander ego Jove natus.'

adulantium in spem induci: postremo existimari[13] a medicis jubet, an talis cæcitas ac debilitas ope humana superabiles[c] forent. Medici varie disserere:[14] 'Huic non exesam vim luminis, et redituram, si pellerentur obstantia: illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari.[15] Id fortasse cordi Deis, et Divino ministerio[d]

*sermonibus assentantium in spem erigi. Demum examinare medicos jubet, an hæc cæcitas ac infirmitas humano remedio vinci possent. Medici diversa censere:* Huic non absumtam omnino facultatem visus, et reversuram, si amoverentur prohibentia: illi debilitatos artus; at posse *in integram sanitatem* restitui, si salubris virtus accesserit. Id forte placere Diis, et divino beneficio as-

Corb. *aliis instantibus.*—12 Male Beroaldus, *obsecrationes.* Brotier.—13 In Ms. Jes. et editione principe, *extimari.* Unde Cl. Ernestus et recentiores, *existimari.* Mss. Reg. Harl. Bodl. et Puteolanus, *estimari*, vel *æstimari.* Solito librariorum errore, ut sæpe supra vidimus. *Idem.* Ryckius et Gronov. *æstimari.*—14 Ms. Jes. *dixere.*—15 Ms. Reg. et editio princeps, *integrare.*

## NOTÆ

Quale et illud Augusto dictum: 'Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.' Scite magis quam vere.

[c] *Ope humana superabiles*] Præcepit medicis judicare, an essent quocumque modo superabiles tabes illæ. Nam medici indefinite respondent, posse eos homines sanari, non definiendo præcise qua ope, an humana an divina. Respondent absolute posse sanari, 'si vis salubris adhibeatur.'

Igitur petebat Vespasianus, an absolute sanari possent, cum statuisset id aggredi, ne rem omnino vanam incipere videretur. Sed nec illos medicos satis aulæ aut adulationi factos video. Debuissent potius respondere esse insanabiles eos, omni humana ope; sic favor Numinum magis inclaruisset in principe, tot prodigiis monstrato.

Sed hoc modo tamen voluerunt medici ad id inducere principem, cui sic *auctoritas* tamen et *majestas* amplissima accessit, eo quod afflatu Dei id suscepit, et quia id nullo remedio humano, sed solo contactu patravit: et hinc clarum et manifestum fuit, eum esse divinitus electum in principem.

Quod describit Sueton. Vespas. 7. 'Auctoritas et quasi majestas quædam, ut scilicet inopinato et adhuc novo principi, deerat: hæc quoque accessit. E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudinis, demonstratam a Serapide per quietem; restiturum oculos, si inspuisset; confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere. Cum vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet; extremo, hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentavit, nec eventus defuit.'

[d] *Divino ministerio*] Drepanus Paneg. 'An ut illi majestatis tuæ participi Deo feruntur assistere fata cum tabulis: sic tibi aliqua vis divina sub-

Principem electum:[e] denique patrati[16] remedii gloriam penes Cæsarem, irriti ludibrium penes miseros, fore.' Igitur Vespasianus, cuncta fortunæ suæ patere[17] ratus,[f] nec quicquam ultra incredibile, læto ipse vultu, erecta, quæ astabat, multitudine, jussa exequitur.[g] Statim conversa ad usum manus, ac cæco reluxit dies. Utrumque, qui interfuere, nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium.[h]

82. Altior inde[1] Vespasiano cupido adeundi sacram se-

sumtum imperatorem: tandem collati remedii decus penes principem; temere suscepti, contumeliam penes miseros fore. *Itaque Vespasianus, omnia amplitudini suæ aperta et facilia ratus, et nihil* esse *amplius quod fidem excederet, hilari ipse ore,* et *excita intentaque, quæ aderat, plebe, ea quæ rogabant, exequitur. Confestim immutata ad officium redit manus, et cæco lux affulsit. Utrumque, qui præsentes astabant, nunc etiam narrant, postquam nullum* est *mentiendi præmium.*

*Hinc majus Vespasiano desiderium adeundi templum* Serapidis Dei, *ut* eum *de*

—16 Ita Ms. Corb. editio princeps, Lipsius et recentiores. Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *peracti remedii.*—17 Sic omnes ferme libri scripti et editi. Nec necessario tentat Cl. Ernestus, *parere.* Corrupte Ms. Reg. *patriæ ratus.* Brotier.

1 Perperam in Lipsianis quibusdam editionibus, *altior in Vespasiano.* Bro-

NOTÆ

servit: quæ, quod dixeris, scribat, et suggerat.' Adde et, *feceris.*

[e] *Principem electum*] Divino favore principem electum, eadem ope divina id posse; sic et testari Deos, id se velle, ope divina ipsum electum; sicque benevolentiam suam et novum favorem in eum testari velle.

[f] *Cuncta fortunæ suæ patere ratus*] Plutarch. de Tranquill. animi: 'Vincti et nexi, solutos, beatos esse autumant: soluti, liberos: liberi rursus, eos qui jus civitatis habent: hi item, divites: atque hi, præsides: præsides, itidem reges: postremo reges, Deos; quos etiam ipsos regni pœnitet, nisi fulminis propemodum dixerim, fulgurisque potentes sint.' Sic *vocibus adulantium* reges *in spem* cœlestis potentiæ facile inducuntur, *nec quicquam ultra incredibile putant:* sic omnia *patere fortunæ* suæ arbitrantur; has tamen adulationes moriens irridebat ipse Vespasianus, 'ut puto,' inquit, 'ego Deus fio.' Sueton.

[g] *Jussa exequitur*] Nempe Dei Serapidis, seu Numinum. Diodor. Hist. l. II. Filius Sesostris 'eodem, quo pater, casu afflictatus est: oculis enim captus, &c. coactus est ad Deorum auxilium confugere: ac, plurimo tempore, variis peractis sacris ad placanda numina,' &c.

[h] *Nullum mendacio pretium*] Quis autem *gratuito* mendax sit? 'Cum sint præmia falsi Nulla, ratam debet testis habere fidem,' ait Ovidius. *Lipsius.*

*Nullum mendacio pretium*] Nempe tempore Nervæ aut Trajani, quo exstincta penitus gens Flavia, postquam Domitianus ipse perierat.

dem,[2] [i] ut super rebus Imperii consuleret. 'Arceri templo cunctos' jubet: atque ingressus intentusque Numini, respexit pone tergum e primoribus Ægyptiorum nomine *Basiliden*;[j] quem procul Alexandria plurium dierum itinere et ægro corpore detineri haud ignorabat. Percunctatur Sacerdotes, 'num illo die Basilides templum inisset?' percunctatur obvios, 'num in urbe visus sit?' denique, missis equitibus,[3] explorat, illo temporis momento octoginta millibus passuum abfuisse. Tunc Divinam speciem et vim responsi ex nomine *Basilidis*[a] interpretatus est.

*fortuna principatus interrogaret.* Excludi omnes delubro *jubet. Et cum introiisset, et impense Deo addictus* foret, *animadvertit post tergum* unum *e proceribus Ægyptiorum, vocabulo* Basiliden; *quem sciebat longe Alexandria multorum dierum cursu, et adversa valetudine laborare. Interrogat antistites templi,* numquid illa die Basilides sacram ædem introiisset? *interrogat occursantes,* num in civitate conspectus sit? *tandem, missis equitibus, comperit, illo temporis instanti viginti leucis* hinc *amotum fuisse. Tunc divinum* esse *visum, et mentem sensumque oraculi ex vocabulo* Basilidis *intellexit.*

tier.—2 Brotierus præfert *ædem*, quod habet editio princeps: sed Puteolanus ac deinde ceteri omnes, *sedem.* Bipont. *sedem.*—3 Mss. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *missis militibus.*

## NOTÆ

[i] *Cupido adeundi sacram sedem*] Ipsius nempe Serapidis templum. *Pichena.*

[j] *E primoribus Ægyptiorum nomine Basiliden*] Firmat hoc valde viri eximii conjecturam Lævini Torrentii, in Suetonii Vespasiano: *Basilides libertus obtulisse ei visus est.* Quomodo *libertus*, si *sacerdos?* si, quod hic dicitur, e primoribus Ægyptiorum? Bene igitur ille magnus amicus noster scribit: *Basilides obtulisse;* deleta voce, *libertus*, perperam infarcta. *Lipsius.*

*Ægyptiorum*] Vide l. I. c. 11.

*Basiliden*] Putant quidam sacerdotem esse, qui in monte Carmelo, et cujus mentio Hist. l. II. sed obstant, quæ pæne conciliationem fugiunt. *Savilius.*

*Basiliden*] Haud dubie, si Basilides ille fuit *e primoribus Ægyptiorum*, et sacerdos Ægyptius, ut hinc colligi posse videtur, non fuit plebeius, aut *libertus;* quod patet ex hoc loco Diodori Siculi Hist. l. I. 'Apud Græcos, urbem, quæ Astu vocatur, ab Ægyptiorum more olim tripartitam fuisse, asseverant. Nam primus gradus erat nobilium: qui præ ceteris doctrinæ dediti, majore honore digni habebantur; in ea re sacerdotibus Ægyptiis persimiles. Secundus, eorum, quibus agri erant assignati,' &c. Igitur, ut vides, sacerdotes Ægyptii inter nobiles et primores, nec e ministris aut ex libertis assumti.

[a] *Ex nomine Basilidis*] Is enim mos erat veterum, ut quoties aliquid ex sententia proveniret, se omen accipere dicerent; ut hic Vespasianus, ex nomine *Basilidis*, futurum se regem conjectavit.

Roma a Gallis capta, cum Romani

83. Origo Dei[k] nondum nostris auctoribus celebrata; Ægyptiorum antistites sic memorant: 'Ptolemæo Regi, qui Macedonum primus Ægypti opes firmavit, cum Alexandriæ recens conditæ mœnia templaque et religiones adderet, oblatum, per quietem, decore eximio et majore quam humana specie juvenem, qui moneret, ut, fidissimis amicorum in Pontum missis, effigiem suam acciret: lætum id Regno, magnamque et inclytam sedem fore, quæ excepisset: simul visum eundem juvenem in cœlum igne plurimo attolli.' Ptolemæus, omine et miraculo excitus, Sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit. Atque illis Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum, Atheniensem,[l] e gente Eumolpidarum, quem, ut antistitem cærimoniarum, Eleusine[1 m]

*Origo Numinis nondum nostris scriptoribus memorata* est; *sacerdotes Ægyptiorum sic tradunt:* Ptolemæum regem, qui primus Macedonum Ægypti potentiam constituit, cum Alexandriæ nuper exstructæ muros delubraque et cærimonias adjungeret, vidisse in somnis adolescentem forma egregia, et ampliore quam *pro* mortali specie, qui juberet, ut, missis optimis amicorum in Pontum, imaginem suam accerseret; prosperum id Ægypto, ingentemque et celebrem civitatem fore, quæ accepisset: simul conspectum eundem adolescentem in astra multas inter flammas evehi. *Ptolemæus,* eo *auspicio prodigioque permotus, quæ viderat per quietem patefacit antistitibus Ægyptiorum, qui talia solent interpretari. Atque illi cum parum noscerent Pontum, et extranea* sacra, *consulit Timotheum Atheniensem, e familia Eumolpidarum, quem accersiverat, velut antistitem religionum Eleusi,* quænam illa cærimonia *esset,* quis

1 In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *Eleusim.* Ex hac scrip-

NOTÆ

Veios migrare vellent, centurio exclamavit, 'signifer, statue signum: sic optime manebimus;' qua voce audita, senatus se accipere omen dixit.

Paulus, cui bellum a senatu adversus Persen decretum, domum rediens, cum filiam parvulam tristem videret, eam interrogavit, cur tristis esset. Tum illa respondit, 'Persam mortuam:' erat enim catella hæc, quam puella habebat in deliciis. Atque pater, se omen accipere, dixit. *Lupanus.*

[k] *Origo Dei*] De Serapidis origine et cultu variis produntur varia: quæ omnia ex Varrone, Diodoro, Plutarcho, Macrobio, Eusebio, Augustino, Suida, Eustathio et aliis observata retulit diligentissimus scriptor Lilius. Histor. Deorum, Syntagmate 6. *Vertranius.*

[l] *Atheniensem*] Athenæ, urbs Atticæ tractus, in Achaia provincia Græciæ. Hodie vocatur *Athina* ab incolis, a Francis *Athenes:* urbs est Achaiæ recentioris in præfectura Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[m] *Eleusine*] Eleusis, urbs Atticæ

exciverat, ‘ quænam illa superstitio, quod Numen?’ interrogat. Timotheus, quæsitis, qui in Pontum meassent, cognoscit, urbem illic Sinopen,[n] nec procul templum, vetere[2] inter accolas fama, Jovis Ditis. Namque et muliebrem effigiem assistere,[o] quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemæus, ut sunt ingenia Regum,[p] pronus[3] ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum appetens, negligere paulatim aliasque ad curas animum vertere: donec eadem species, terribilior jam et instantior, ‘ exitium ipsi Regnoque’ denuntiaret, ‘ ni jussa patrarentur.’[4] Tum legatos et dona Scydrothemidi,[5] Regi, (is tunc Sinopensibus imperitabat)[6] expediri jubet: præcipitque[7]

deus? *Timotheus, investigatis, qui transiissent in Pontum, comperit, civitatem illic Sinopen* sitam, *nec longe* urbe abesse *delubrum Jovis Ditis, antiqua inter indigenas fama. Quippe et fœmineam imaginem* Deo *prope astare, quam multi Proserpinam appellent. Sed Ptolemæus, ut sunt animi principum, proclivis ad metum, postquam tranquillitas remeavit, deliciarum quam cærimoniarum magis cupidus, omittere sensim, et alias ad curas mentem conferre: donec eadem facies, formidabilior jam et infensior,* perniciem ipsi, regnoque *cladem, minitaretur,* ni mandata perficerentur. *Tum jubet* accingi *oratores, pararique munera regi Scydrothemidi, qui tunc Sinopensibus dominabatur: imperatque navigaturis,* ut Apollinem

tura emendandum *Eleusine*, recte vidit J. F. Gronovius: idem probavere Ryckius et recentiores. Puteolanus, *Eleusi*, [et sic Gronov. et Ryckius.] Plinius, XXXV. 11. n. 29. ‘ in templo Eleusine.’ *Brotier.*—2 Male Ms. Reg. et editio princeps, *veteres*. Idem.—3 Ms. meus *pronius*. An voluit *proniora?* Ryckius.—4 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *pararentur*. Ms. Bodl. habet, *patrarentur*. Sed in margine additum, *peragentur*.—5 Ms. Bodl. *Sidrothemidi*. Mox Mss. Bodl. Jes. *Sydrothemidi*. Ms. Reg. et editio princeps, *Ciarothemadi*. Ms. Agr. *Ciarothemidi*. Ms. Corb. *Cyarothemedi*. Mox infra, *Cyarochemedi*.—6 Ms. Corb. *imperabat*. Verbum autem *imperitabat* non abest ab editione principe, ut scripsit Cl. Ernestus. *Brotier.*—7 Ms. Ryckii *præce-*

## NOTÆ

in Achaia provincia Græciæ. Hodie *Lepsina*, urbs semidiruta in Achaia provincia præfecturæ Romeliæ, in Turcico imperio Europæo, et ad sinum Eginæ. *Tillemon.*

[n] *Sinopen*] Urbs hæc Paphlagoniæ provinciæ, ad Pontum Euxinum, in Asia minore. Hodie *Sinopi* Europæis, *Sinabe* Turcis: urbs est præfecturæ Natoliæ ad mare Nigrum, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[o] *Muliebrem effigiem assistere*] Vetere enim fama putabatur esse templum Jovis Ditis, eo præsertim argumento, quia Proserpina assistebat. *Pichena.*

[p] *Ut sunt ingenia Regum*] Hæc habent, ut proni sint ad formidinem rebus adversis; ubi securitas rediit, voluptates appetant, religiones omittant, aliis curis impliciti. Talia sunt ingenia, non modo regum, sed et fere omnium mortalium.

navigaturis, 'ut Pythium[8] Apollinem adeant.' Illis mare secundum:[q] sors oraculi haud ambigua: 'irent, simulacrumque patris sui reveherent, sororis relinquerent.'[r]

84. Ut Sinopen venere, munera, preces, mandata Regis sui Scydrothemidi allegant. Qui versus[1] animi, modo Numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri: sæpe donis promissisque legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto, Ptolemæus non studium, non preces, omittere. Dignitatem legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. Tum minax facies Scydrothemidi offertur, 'ne destinata Deo[2] ultra moraretur.' Cunctantem varia pernicies morbique[s] et manifesta cœlestium ira graviorque in dies fatigabat. Advocata concione, 'jussa Numinis, suos Ptolemæique visus, ingruentia mala'[t] exponit.

Pythium consulant. *Illis navigatio prospera: responsum oraculi sine ambage* fuit: Abirent, imaginemque parentis sui reportarent, sororis omitterent.

*Ut Sinopen adventarunt, dona, preces, jussa regis sui exponunt Scydrothemidi. Qui dubius animi, nunc Deum formidare, nunc turbari minis plebis repugnantis: sæpe exorabatur muneribus et promissis legatorum. Atque interea tribus annis elapsis, Ptolemæus non interrumpere curam, et ardorem et obtestationes. Exornabatque dignationem oratorum,* majorem *numerum navium, oppulentiamque donorum* addebat. *Tunc atrox species exhibetur Scydrothemidi,* ne *iis* quæ constituisset Deus, ultra moram afferret. *Dubitantem diversa lues, ægritudinesque, et comperta Numinum ira, acriorque in dies vexabat. Convocato populo,* mandata Dei aperit, sibique et Ptolemæo oblatas species et imminentes calamitates

*pitque.*—8 Mss. Flor. Corb. et Agr. *Pythicum.* Corrupte editio princeps, *Phiticum. Pythius Apollo* memoratur a Plinio, XXXIV. 7. *Brotier.*

1 Brotierus scribit, *diversus animi:* at Mss. Flor. Agr. Corb. et ed. pr. *versus animi;* et sic Bipont. Ms. Jes. *adversus.*—2 Mss. Corb. et Agr. *destinata*

## NOTÆ

[q] *Illis mare secundum*] Id est, Prospera navigatio fuit, qua Apollinem adiere, qui sine ambiguitate monuit: *Irent, &c.*

[r] *Sororis relinquerent*] Jubet, aveherent simulacrum patris sui, nempe Jovis; at *sororis*, scil. Proserpinæ, relinquerent: non enim, puto, Dianæ fuisse, de qua nihil ibi. Per Plutonem, Jovem intelligas, qui Pluto pater Apollinis; nisi forte sit idem Jupiter sub variis nominibus.

[s] *Varia pernicies morbique*] Habes quid simile apud Livium, de homine, qui spernens speciem sibi oblatam per quietem membris pedibusque captus est, et variis morbis fatigatus; donec deferri se in senatum juberet; cui postquam jussa exposuit, subito sanus domum revectus est.

[t] *Ingruentia mala*] An sibi ingruentia tantum, vel etiam Sinopensibus, nisi obedirent?

Vulgus adversari[3] Regem,[u] invidere Ægypto, sibi metuere[v] templumque circumsidere.[4][w] Major hinc fama tradidit,[x] 'Deum ipsum appulsas littori naves sponte conscendisse.' Mirum inde dictu, tertio die, tantum[5] maris emensi,[y] Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine urbis[z] exstructum loco, cui nomen Rhacotis: fuerat illic sacellum, Serapidi atque[6] Isidi[a] antiquitus sacratum. Hæc de ori-

*exponit. Plebs abhorrere regem, irasci Ægypto, sibi timere, et delubrum obsidere. Celebrior hinc fama vulgavit,* Deum ipsum sponte ingressum *esse* naves ripæ applicitas. *Hinc, mirum effatu, tertio die, Alexandriam advehuntur, tantum pelagi* spatium *emensi. Delubrum ædificatum erectumque pro amplitudine civitatis, loco cui vocabulum* Rhacotis. *Fuerat illic sacra ædicula Serapidi atque Isidi jam olim dicata. Hæc de origine et transvectione Dei maxima* fama *celebrantur. Nec*

*a Deo.* In ed. pr. *destinata ultra a Deo.* Omisit autem, *moraretur.*—3 Mallet Muretus, *aversari.* Librarios sæpissime scripsisse *adversari* pro *aversari* jam vidimus supra in not. et emend. ad Hist. I. 1. et 38. Hic tamen Pichenæ aliisque placet, *adversari.* Sic quoque vertit Davanzati: 'Il popolo contrastava al Re.' In Mss. Corb. Agr. et ed. pr. *reges.* Quod Ryckio placebat, ob supra expositos Scydrothemidis et Ptolemæi visus. Si quis retineat *reges*, tunc omnino emendandum, *aversari.* Brotier.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *circumsedere.*—5 Ms. Reg. et editio princeps, *totum maris.*—6 Ms. Reg. *Serapidi Isidi.* Editio princeps, *Serapidi Ysidi.* Eruditus Savilius emendatum vellet, *Osiridi atque Isidi.* Quod minime necessarium est. Vetera enim apud Ægyptios Serapidis et Isidis nomina. Sed cum apud eos, Ptolemæorum vi, Jovis Ditis ac Proserpinæ religio grassata est, tunc Ægyptii, ne peregrinis nominibus fœdarentur, Jovem Ditem Serapin dixere, et Proserpinam Isin. Id patet ex Plutarcho, loc. cit. p. 161. et 162. Οὐ γὰρ ἄλλον εἶναι Σάραπιν ἢ τὸν Πλούτωνά φασι, καὶ Ἶσιν τὴν Περσέφασσαν .... Οὐ γὰρ

## NOTÆ

[u] *Vulgus adversari Regem*] Muretus mallet, *aversari.* Pichena.

*Vulgus adversari Regem*] Puto scripsisse: *regi.* Sed propter primas literas sequentis vocis, *invidere*, sic obtrusum nobis. Ita aversabantur regem, ut illi adversarentur. Sed non reperias, apud Tacitum, *adversari* aliquem, pro obsistere, ut vult Pichena.

[v] *Sibi metuere*] Metuebant scilicet, ne si patrius Deus illinc aveheretur, sibi adversa omnia succederent. *Pichena.*

[w] *Circumsidere*] Insedere Sinopenses templum, quod ab urbe tamen procul distabat, ne simulacrum Dei aveheretur.

[x] *Major hinc fama tradidit*] Id est, Majus miraculum fama narratur. *Pichena.*

*Major hinc fama*] Id est, In majus composita fama; ex eo quod circumsessum fuit templum, ideo magis celebravit fama, *Deum ipsum* ultro *naves conscendisse, &c.*

[y] *Tantum maris emensi*] Vide quantum distet Sinope ab Alexandria.

[z] *Templum pro magnitudine urbis*] Dionysius περιηγήσει: 'Hinc Sinopitæ Jovis ingens tollitur ædes, magnifico ornatu,' &c. *Savilius.*

[a] *Serapidi atque Isidi*] Potius Osiridi et Isidi, aut alioquin Serapis se ipsum antevertet, eritque, cum non-

gine et advectu[7] Dei celeberrima. Nec sum ignarus, esse quosdam, qui ‘ Seleucia,[b] urbe Syriæ, accitum, regnante Ptolemæo, quem tertia ætas tulit :’[c] alii ‘ auctorem eundem Ptolemæum,[d] sedem, ex qua transierit, Memphim’[e] perhi-

*me fallit, nonnullos esse, qui* tradunt, *Deum* accersitum *esse* Seleucia, civitate Syriæ, imperante Ptolemæo, qui tertius regnavit: *alii* id *tribuunt* eidem Ptolemæo, *sed* locum, ex quo *Deus* advectus sit, Memphim *esse, dicunt*, ur-

*ἐκεῖθεν οὗτος ὀνομαζόμενος ἧκεν, ἀλλ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν.* Et sic facile explices, quæ Macrobius, Saturnal. I. 7. habet de Serapeis, et cur extra Ægyptiarum urbium pomœria locarentur. Conjuncta autem Serapidis et Isidis numina venerationemque multo post reperimus in nummis Juliani, Imperatoris, aliisque monumentis, quæ vide apud eruditum Banduri, Numismata Imperatorum Romanorum, Vol. II. p. 425. *Brotier.*—7 *Adventu Dei.* Ita Mss. Reg. Harl. Jes. Guelf. et editiones veteres ante Rhenanum, qui e conjectura edidit, *ad-*

NOTÆ

dum venisset: quæ absurditas fuerit non excusanda. *Savilius.*

At quomodo antiquitus sacrum Alexandriæ sacellum Serapidis, tum cum a Sinope Deus ille avectus fuit? Censeo vere Serapidis sacellum antea fuisse Alexandriæ, sed nullam intus Dei formam. Quem autem Sinopenses Jovem Ditem appellabant, unum eundemque Deum fuisse, licet cognomine diverso. Ideo Alexandrinos, postquam advectus fuit, non Jovem Ditem, sed antiquo apud eos nomine Serapidem vocare continuasse. *Pich.*

[b] *Seleucia*] Urbs Cassiotidis tractus, in Syria provincia. Hodie *Seleuche Jelber* vel *Gebele*, oppidum aut burgus præfecturæ Tripolis, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[c] *Quem tertia ætas tulit*] Id est, qui tertius Ptolemæorum seu Macedodum regnavit in Ægypto, hunc vocant *Euergetem.*

[d] *Auctorem eundem Ptolemæum*] Intelligit tertium Ptolemæum, ita ut alii putent Seleucia accitum, alii vero Memphi; in rege autem conveniant.

[e] *Memphim*] Urbs hæc Memphitites Nomi, sive Præfecturæ, in Ægypto media. Hodie *Menuf-il-eliè*, vel *Memphis Superior*, urbs partis Vostani, seu Ægypti mediæ recentioris, ad occidentem Nili fluvii. *Tillemon.*

*Memphim*] De qua urbe sic Diod. Siculus, II. 1. ‘ Ab hujus regis [Simandii] progenie profectus postea Ogdous, qui Uthoreus cognominatus est. Memphim condidit, ambitu stadiorum centum et quinquaginta, urbem omnium Ægypti præclarissimam, opportuniori totius ejus oræ loco, ubi Nilus in plures scissus partes, efficit formam deltæ. Quo fit ut tanquam in Nili claustro posita aditum præbeat, prohibeatque ad superiora loca navigantibus. Urbs munita est, ac optime sita. Nam, fluente juxta eam Nilo, ad cohibendam aquarum inundationem versus Nothum aggeres ingentes opposuit, et incremento fluvii præsidium, et adversus hostes, qui a terra irent, munimentum. A partibus ceteris undique effossus est lacus ingens ac profundus; qui superabundantia flumi-

bent, inclytam olim et veteris Ægypti columen. Deum ipsum multi 'Æsculapium,[f] quod medeatur ægris corporibus;' quidam 'Osirin, [8]antiquissimum illis gentibus Numen:' plerique 'Jovem, ut rerum omnium potentem;' plurimi 'Ditem patrem, insignibus,[g] quæ in ipso manifesta,' aut per ambages conjectant.

85. At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent,[1] prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere. Præcipua victoriæ fides, Dux hostium Valentinus,[2] nequaquam abjecto animo, quos spiritus gessisset, vultu ferebat. Auditus ideo[3] tantum, ut nosceretur ingenium ejus, damnatusque, inter ipsum supplicium,[4] exprobranti cuidam 'patriam ejus captam,' 'accipere se solatium mortis,'[h] respondit. Sed Mucianus, quod diu occultaverat,

bem *claram olim, et antiquæ Ægypti arcem* seu metropolim. *Multi Deum ipsum* Æsculapium, putant, quod sanet ægra corpora; *nonnulli* Osirim, antiquissimum illis populis Deum; *plerique* Jovem, ut omnium rerum dominum; *plurimi* Plutonem, *ex ornamentis*, aut signis, quæ in ipso clara *et aperta sunt, vel* quæ *per ambigua interpretantur.*

*At Domitianus Mucianusque, priusquam ad Alpes pervenirent, læta accepere nuntia rerum, quæ apud Treveros transactæ* erant. *Insigne victoriæ documentum, dux hostium Valentinus, nequaquam fracto animo, quam ferociam animi prætulisset,* hanc *ore gerebat. Ideo solum auditus* est, *ut mens illius agnosceretur, damnatusque, inter ipsam mortem, objectanti cuidam,* civitatem ejus expugnatam, Accipere se *hoc* levamen exitii, *respondit. Sed Mucianus, quod diu dissimulaverat, ut*

*vectu.* In Ms. Corb. *de adventu et origine Dei.* Brotier.—8 In Ernesti 2nda legitur, *aut antiq.*

1 Ms. Corb. *Alpibus appropinquarent.*—2 Ms. Budens. *Valentinus. Is neq.* —3 Ms. Corb. *auditus igitur.*—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. *ipsum judicium.* Ad-

NOTÆ

nis in eum delata, ac locis urbi vicinis, excepto aggere, aqua repletis, urbem efficit munitissimam. Talem igitur ejus urbis conditor loci opportunitatem elegit, ut posteri reges fere omnes, relictis Thebis, et regiam et habitationes in ea ædificarint.'

[f] *Æsculapium*] Sed quicumque vere fuerit Deus, Ægyptiis Serapis est: 'neque id nominis Sinopa attulit.' Plutarchus libro de Iside et Osiride: 'Sed postquam Alexandriam deductus est, nomen ei Serapis inditum, Ægyptiaca lingua, Pluto.' *Savilius.*

[g] *Insignibus*] Id est, notis certis, seu ornamentis, quæ in ipso simulacro conspiciebantur, aut ei adjuncta erant; ut, verbi gratia, quod muliebris effigies assisteret, quam Proserpinam putabant. Male vertunt, quasi quidam ex illis *insignibus* conjicerent, illum Deum, esse Æsculapium, Osirim, aut Jovem, &c. nam puto *insignia* illa tantum referri debent ad Ditem patrem, seu Plutonem.

[h] *Accipere se solatium mortis*] Non

ut recens expromsit:[5] 'quoniam benignitate Deum fractæ vires hostium[6] forent, parum decore Domitianum, confecto prope bello, alienæ gloriæ interventurum.[i] Si status Imperii aut salus Galliarum in discrimine[7] verteretur, debuisse Cæsarem in acie stare: Canninefates Batavosque minoribus Ducibus delegandos. Ipse Lugduni vim fortunamque Principatus e proximo ostentaret,[8] nec parvis periculis immixtus, et majoribus non defuturus.'

86. Intelligebantur artes;[j] sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur: ita Lugdunum ventum. Unde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem ejus tentavisse, 'an præsenti sibi exercitum Imperiumque traditurus foret:' qua cogitatione bellum adversus patrem agitaverit,[1]

*novum patefecit:* Quandoquidem beneficio Numinum contusæ vires hostium forent, parum honeste Domitianum, patrato fere bello, alieno decori interventurum. Si columen imperii aut incolumitas Galliarum in periculum adduceretur, oportuisse Cæsarem acie decertare: *at* inferioribus ducibus permittendos Canninefates Batavosque. Ipse Lugduni potentiam, amplitudinemque imperii e vicino monstraret, nec exiguis periculis implicitus, et gravioribus non defuturus.

*Noscebantur artes, sed pars obsequentiæ in eo* vertebatur, *ne intelligerentur: ita Lugdunum venere. Unde existimatur Domitianus, secretis ad Cerialem literis constantiam mentemque ejus exploravisse,* an sibi astanti legiones imperiumque permissurus foret: *quo consilio, dubium est,* an *bellum ad-*

ditum in margine Ms. Bodl. *supplicium.*—5 Ms. Corb. et editio princeps, *expressit.*—6 Brotierus habet, *fractæ hostium vires:* et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editio princeps. Puteolanus, *fractæ vires hostium.*—7 Sic Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Agr. editio princeps, Ernestus et recentiores. Puteolanus, *in discrimen,* et sic Ryckius et Gronov. Frustra tentat Cl. Ernestus, *in discrimine versaretur.* Jam vidimus supra Hist. II. 28. 'Sin victoriæ sanitas, sustentaculum, columen in Italia verteretur.' *Brotier.*—8 Perperam Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteres editiones, *ostentare.* Idem.

1 Sic bene Mss. Flor. Corb. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et

NOTÆ

quod optaret casum aut exitium civitatis suæ; sed forte, quia adhuc vivere cupiisset, si staret libertas patriæ; qua sublata, libentius moritur, ne scil. patriam captam et servientem vivens videat.

[i] *Alienæ gloriæ interventurum*] Non tantum ut testis esset partæ jam gloriæ; sed ut eam indecore sibi arrogaret gloriam, quæ alterius fuit. Fere ut olim C. Marius abstulit Metello belli Jugurthini decus, et Pompeius Lucullo gloriam profligati belli Mithridatici.

[j] *Intelligebantur artes*] Cognoscebantur artes Muciani: sed maxima ars fuit, ne viderentur intelligi. Nam, ut habet Tacitus in vita Agric., 'proprium humani ingenii est, odisse quem læseris.'

an opes viresque adversus fratrem,[k] in incerto fuit: nam Cerialis salubri temperamento elusit, ut vana pueriliter cupientem. Domitianus, sperni a senioribus[2][1] juventam suam cernens, modica quoque et[3] usurpata antea[4] munia Imperii omittebat: simplicitatis[5] ac modestiæ imagine, in altitudinem[6] conditus,[m] studiumque literarum et amorem carminum simulans,[n] quo velaret animum et fratris æmulationi subdu-

*versus parentem molitus sit, an* paraverit *copias et potentiam adversus* Titum *fratrem: quippe Cerialis utili moderatione frustratus est* illum, *tanquam inania puerili animo appetentem. Domitianus, videns contemni ætatem suam a natu grandioribus, exigua etiam, et quæ obierat antea officia imperii relinquebat: facilitatis et moderationis specie, in solitudinem abditus, amoremque literarum et studium carminum obtendens, quo tegeret mentem, et fratris invidiæ subtraheretur, cujus*

editione principe, *qua contagione .... cogitaverit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *qua cogitatione .... cogitaverit.* Tentaverat Lipsius, *qua cunctatione.* Gruterus, *qua rogitatione.* Mallet Cl. Ernestus, *qua solicitatione.* Brotier.—2 Frustra tentat Barthius, *a sanioribus. Seniores* enim opponuntur juventæ, ut recte observat Ryckius. *Idem.*—3 *Et* abest a Ms. Corb.—4 In Mss. Flor. et Agr. *ante ea munia.*—5 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *simul simplicitatis ac modestiæ.* Brotier.—6 Mss. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *in altitudine.* Mallet Cl. Ernestus, *in solitudinem.* Sed hic eleganter usurpatur, *altitudinem.* Perperam tentabat Barthius, *in altitudinem conditus studiorum atque literarum.*

## NOTÆ

[k] *Adversus fratrem*] Forte et adversus Mucianum ipsum, quem fratre ipso potentiorem, et velut dominationis magistrum longe graviorem, aversari potuit Domitianus.

[1] *Sperni a senioribus*] Cum nondum implevisset tunc septimum decimum ætatis annum. *Savilius.*

[m] *In altitudinem conditus*] Id est, in profundam solitudinem. Forte leg. *solitudinem:* nec in eo plane dissimulabat indolem suam Domitianus; secretum enim per totam vitam affectavit. Tac. Agric. ‘ Quodque sævæ cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus;’ et Suet. 21. ‘ Ad horam somni nihil aliud quam secreto solus deambulabat.’

Quidam vertunt, quasi in se ipsum se receperit condideritque; at in Albanum montem, cum Domitia sua, quam marito Ælio Lamiæ abduxerat, se recepit; ibique carmina et muscas eodem stylo captabat.

Jam tum intra se sæviebat bellua, jam querebatur intra secretum, sibi eripi imperium a patre et fratre. Sueton. Domit. 13. ‘ Principatum vero adeptus, neque in senatu jactare dubitavit, et patri se et fratri imperium dedisse: illos sibi reddidisse.’

Initio puer sic se gessit, velut ipsum patrem dejecturus imperio. ‘ Post victoriam ... Cæsar consalutatus.... omnem vim dominationis tam licenter exercuit, ut jam inde qualis futurus esset ostenderet .... atque uno die super viginti urbana officia atque peregrina distribuit: mirari se Vespasiano dictitante, quod successorem non et sibi mitteret.’ Suet. Domit. 1.

[n] *Amorem carminum simulans*] Simu-

ceretur,[7] cujus disparem mitioremque naturam contra° interpretabatur.[8]

*dissimilem lenioremque indolem in contrarium accipiebat.*

Idem.—7 Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *subduceret*.—8 Perperam addunt Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editio princeps, *neque vos impunitos patiantur*: quæ repetita sunt ex superiore c. 77. 'Neque me inultum, neque vos impunitos patiantur.' Ob illum librariorum errorem notat Ms. Farnes. *Deest hic aliquantulum.* Nihil deest, licet aliter sentiat Lipsius. Perperam in Ms. Agr. *interpretabantur*. Brotier.

## NOTÆ

lans tantum? ita. Suetonius: 'Simulavit [Domitianus hic iste] mire modestiam, inprimisque Poëticæ studium, tam inusitatum antea sibi, quam postea spretum et abjectum.'

At scriptores ejus ævi campum hunc adulatorium egregie exercent, et vatem faciunt supra vates.

Omitto Poëtas, (more mentiri aliquid et extollere iis fas,) ecce nostrum senem Fabium: 'Hos nominavimus, quia Germanicum Augustum' [cave alium a Domitiano intelligas] 'ab institutis studiis deflexit cura terrarum; parumque Diis visum est, esse eum maximum Poëtarum. Quid tamen iis ipsis operibus ejus, in quæ donatus imperio juvenis successerat, [scribo, secesserat] sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius?' Ite, Homere et Virgili, erepta vobis a Paride hoc palma. Plinius etiam Præfatione ad Titum: 'Quantus in Poëtica es? o magna fœcunditas animi! quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitasti.' Hæc turpia: atque utinam, tamen timeam, ne quis hodie apud Principes sic peccet. *Lipsius.*

° *Contra interpretabatur*] Scripti libri subtexunt, *neque vos impunitos patiantur*. Perperam: quia verba sunt ex oratione Cerialis supra repetita. Farnesianus ascribit, 'Deest hic aliquantulum:' cui fidem habeo. *Lipsius.*

*Cujus disparem mitioremque naturam contra interpretabatur*] Multa simulabat Domitianus avertendæ suspicioni regni a se affectati. Idque faciebat metu fratris, cujus mitissimam naturam ad tempus assumtam putabat, mortuoque patre, in sui perniciem erupturam. Sed quam falsus animi sit, arguunt ejus facinora, vel Tito rerum habenas moderante. 'Fratrem insidiari sibi non desinentem, sed pæne ex professo solicitantem exercitus, meditantem fugas, nec occidere, nec seponere, ac ne in minore quidem honore habere sustinuit.' Suet. in Tito.

# C. CORNELII TACITI

# HISTORIARUM

## LIBER QUINTUS.

---

### BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Interim Titus cum valido exercitu prope Hierosolyma castra facit. 2—5. Judaicæ gentis primordia, sacra, instituta, deque iis maligna profanorum judicia. 6. 7. Descriptio terræ finiumque, balsami, Libani, Jordanis, lacus bitumen egerentis, camporum torridorum, fructuum in cinerem vanescentium, Beli amnis, cujus arenæ vitro inservientes. 8. Hierosolyma genti caput. Immensæ opulentiæ templum. Judæorum sub aliis gentibus et suis Regibus fata; 9. varia sors sub Romanis. 10—12. Bellum sub Gessio Floro Procuratore ortum. Titus Judæos, in urbem compulsos, obsidet. Hierosolymorum munitiones, copiæ, Duces. 13. Prodigia ante obsidium.

14. Interea Civilis, reparato per Germaniam exercitu, bellum renovat. 15. Manum conserit cum Ceriale, satis prospere. Uterque, ad maturandum summæ rei discrimen erectus, 16. 17. aciem instruit, suos alloquitur. 18. Fit atrox pugna, qua, proditione cujusdam Batavi, Germani vincuntur. 19. 20. Civilis, in Batavorum insulam transgressus, præsidia Romanorum invadit, Verace, Classico, Tutore suffultus. 21. Ambiguum prælium. Subvenit Ce-

rialis fortunamque vertit; 22. at parum providus ferme opprimitur. 23. Civilis navalem aciem ostentat, sed a Ceriale trans Rhenum pellitur. Hic, insulam Batavorum populatus, superfuso amne, novum discrimen adit. 24. 25. Tum hostium animos occultis nuntiis labefactat. 26. Civilis, petito colloquio, ad deditionem se pronum profitetur.

---

EJUSDEM anni principio Cæsar Titus, perdomandæ Judææ delectus[1] a patre, et prælatis[2] utriusque[a] rebus militia clarus, majore tum vi famaque agebat, certantibus provinciarum et exercituum studiis. Atque ipse, ut super fortunam[b] crederetur,[3] decorum se promtumque in armis ostendebat,[c] comitate et alloquiis officia provocans: ac plerumque in

*Initio ejusdem anni, Titus Cæsar, ascitus a patre profligando bello Judaico, et bello inclytus, dum privata esset utriusque fortuna, majore tum virtute gloriaque agitabat, certatim studio et favore annitentibus provinciis legionibusque. Atque ipse, ut supra fastigium* principatus excellere *videretur, egregium se strenuumque in armis ostentabat, urbanitate studia* hominum *incitans ac præveniens: et sæpius*

1 In Ms. Reg. et editione principe, *delegatus*. Ms. Bodl. *electus*. Puteolanus et recentiores, *delectus*. Mallet Cl. Ernestus, *relictus;* quod Imperatoris filio dignum magis ei videtur: atque ita Sueton. in Tit. v. 'Ad perdomandam Judæam a patre relictus.' *Brotier*.—2 Brotierus cum Ryckio et Gronov. habet *privatis utriusque rebus;* et ita Rhenanus et recentiores, ex loco simili Hist. III. 65. In Mss. Flor. Agr. Corb. et editione principe, *prælatis*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *præliantis*.—3 In Ms. Bud. *ut superior unam:* in Ms. Vatic. *superiori unam*. Inde emendavit Lipsius, *ut super fortunam:* quod in recentioribus editionibus receptum. In Mss. Farnes. Agr. Reg. Corb. et editione principe, *ut superior omnibus crederetur*. Ms. Bodl. et Puteolanus, *ut superior sui jam crederetur*. In Mss. Jes. Harl. *ut imperio dignus jam crederetur*. Rhenanus divinabat, *ut superior omnibus ingrederetur*.—

NOTÆ

[a] *Privatis utriusque*] Cum neque Vespasianus, neque Titus Cæsar esset. *Ferrettus*.

[b] *Ut super fortunam*] Sic lego, eleganti sententia. Titus, inquit, jam tum privatus, clarus bello: nunc multo promtior, ut parem, vel superiorem se potius fortuna hac imperatoria ostenderet. Farnes. codex et Rom. habent, *superior omnibus crederetur*. Lipsius.

[c] *Decorum se promtumque in armis ostendebat*] Egesippus v. 10. 'Ipse quoque [Cæsar] acriter pugnans, sternit duodecim adversi agminis propugnatores.'

opere, in[4] agmine, gregario militi mixtus, incorrupto Ducis honore.[d] Tres eum[5] in Judæa legiones, quinta et decima et quintadecima, vetus Vespasiani miles, excepere. Addidit e[6] Syria duodecimam et adductos[7] Alexandria duoetvicesimanos tertianosque. Comitabantur viginti sociæ cohortes, octo equitum alæ: simul Agrippa Sohemusque, Reges, et auxilia Regis Antiochi,[e] validaque et, solito inter accolas odio, infensa Judæis Arabum[f] manus:[g] multi, quos urbe atque Italia sua quemque spes acciverat occupandi Principem adhuc vacuum.[h] His cum copiis fines hostium ingres-

*in labore, in itinere, plebeio militi se inserebat, salvo illibatoque imperatoris decore. Tres invenit apud Judæam legiones, quintam et decimam, et quintamdecimam, qui prior Vespasiani exercitus* fuit. *Dedit etiam Syria duodecimam; et duoetvicesimam tertiamque ex Alexandria* secum *adduxerat. Sequebantur viginti cohortes auxiliarium, octo alæ equitum: etiam Agrippa, et Sohemus, reges, et copiæ regis Antiochi, et agmen Arabum firmum, suetaque inter finitimos æmulatione, Judæis infestum: plurimi, quos Roma atque Italia sua quemque spes exciverat conciliandi* sibi *Cæsarem nondum occupatum. Hoc cum exercitu terras hostium irrupit, ordinatoque*

4 Ms. Jes. *et in agmine.*—5 Bene sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Rhenanus et recentiores. *Eum* abest a Ms. Reg. et editione principe. *Brotier.* Ms. Budens. *cum:* Edd. Puteol. Beroal. Alciat. *tum:* ed. pr. *tres in Jud.*—6 Ita Ms. Reg. Ed. pr. et Ernestus. Ms. Bodl. et Puteol. cum Ryckio et Gronov. *tradidit et Syria.* Ms. Jes. Harl. Guelf. *tradidit ei Syria.*—7 Ms. Bodl. *abductos.*

## NOTÆ

[d] *Incorrupto Ducis honore*] Plin. Paneg. 'At principi nostro quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum omnisque gloriæ contigit; ut nihil severitati ejus, hilaritate, nihil gravitati, simplicitate, nihil majestati, humanitate detrahatur!'

[e] *Auxilia Regis Antiochi*] Quas copias ducebat ipse filius Antiochi. Hegesippus v. 19. 'Erat in exercitu Antiochi Comageni filius, qui venerat ad belli societatem; impiger sane juvenis, et manu promtus.'

[f] *Arabum*] Arabes, populi Arabiæ: Arabia vero regio Asiæ ad Oceanum; hodie *Arabistan* Asiaticis, apud Europæos antiquum retinet nomen; variis paret principibus. *Tillem.*

[g] *Infensa Judæis Arabum manus*] A quibus Judæi multa atrocia passi sunt; eos enim eviscerabant Arabes, sed postea, ut aurum egererent. Hegesippus v. 24. 'A Syris in Arabas diffusa fama est, quibus et non minor avaritia, et feritas barbaricæ propior immanitati, eo quod farti auro Judæi forent; diripiunt quoscumque offenderant advenientes, contra fas, contra leges deditionis, contra promissum Cæsaris, quod occidi non licebat: incidunt adhuc viventes, cruentisque manibus eviscerant ventris secreta. Alvum scrutantur, et inter ejus manantia purgamenta, aurum requirunt; non minus turpiter, quam illi, quos adigebat fames: insuper etiam sæva crudelitate.'

[h] *Principem adhuc vacuum*] Ut qui

sus, composito agmine, cuncta explorans,[i] paratusque decernere, haud procul Hierosolymis castra facit.

2. Sed, quia famosæ urbis supremum diem tradituri sumus, congruens videtur, primordia ejus aperire. 'Judæos, Creta insula profugos,[j] novissima Libyæ[k] insedisse,' memorant, 'qua tempestate Saturnus, vi Jovis pulsus, cesserit regnis:' (argumentum e nomine petitur: 'inclytum in Creta Idam[l] montem, accolas Idæos; aucto in barbarum[l m] cog-

*incessu, omnia speculabatur, et paratus dimicare, haud longe Hierosolymis castra locat.*

*Sed, quia inclytæ civitatis excidium memoraturi sumus, operæ pretium videtur, originem ejus perscrutari. Tradunt*, Judæos e Creta insula pulsos, extremas Libyæ oras occupasse, *eo* tempore quo Saturnus, potentia Jovis ejectus, imperium reliquerit. *Documentum e vocabulo sumitur:* celebrem *esse* in Creta Idam collem, *et* incolas Idæos, adaucto in barbarum vocabulo, Judæos

1 *Morem* addunt Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus. Melius omisere Mss. Flor. Bud. Rhenanus et recentiores. Sic enim supra Annal. VI. 42. 'neque in barbarum corrupta.' *Brotier. Barbarorum* est in Ms. Agr. et ed. pr.

## NOTÆ

adulatoribus aulicis, amicitiisque nondum obsessus esset; et qui quasi recens adhuc fortunæ, nec multis adhuc devinctus foret, ut in ipso nempe transitu a rebus privatis ad supremum fastigium.

[i] *Composito agmine, cuncta explorans*] Sic et Hegesip. v. 3. 'Movit itaque iter magno decore exercitus, solicitudo ubique et parato agmine suspectans insidias, quia virtute se superiorem videbat.'

[j] *Judæos Creta insula profugos*] Quandoquidem gregis Asinorum hoc loco Tacitus meminit, non omittendum a Tertulliano, in Apologet. Judæos et Christianos ab improbis, ea causa *Asinarios* dici. *Lupanus*. Jam vero nemo nescit, posteaquam in Syriæ delecta regione, Deo Optimo Maximo duce, Hebræi consedissent, veteri nomine relicto, quoniam princeps ex avis eorum *Judas* erat, *Judæos* appellatos, et Judææ ab illis nomen regioni fuisse: quæ biblia sacra Josephusque in antiquit. pluribus literis exequuntur. *Vertranius*.

*Creta*] Insula maris Mediterranei, ad orientem et meridiem Græciæ regionis: hodie *Candie* in Turcico imperio Europæo. In hac insula etiam nunc aliquid possidet respublica Veneta. *Tillem*.

[k] *Libyæ*] Libya, regio Africæ ad mare Libycum, partem maris Mediterranei: hodie regnum et desertum *Barca* in Barbaria et Biledulgerid regionibus. Aliquando tota *Africa* et pars ejus septemtrionalis dicta est *Libya*. Tillemonius.

[l] *Idam*] Ida, mons Idæorum Dactylorum populorum, in parte media Cretæ insulæ: hodie etiam *Ida*, territorii Retimi ad orientem, in Candia insula, nunc imperii Turcici Europæi. *Tillemon*.

[m] *In barbarum*] Id est, una litera adaucto nomine *in barbarum*, seu ex-

nomento, Judæos vocitari:'[2]) quidam, 'regnante Iside, exundantem per Ægyptum multitudinem,[n] ducibus Hierosolymo ac Juda, proximas in terras exoneratam:' plerique, 'Æthiopum prolem, quos Rege Cepheo[o] metus atque odium mutare sedes perpulerit.' Sunt, qui tradant,[3] 'Assyrios convenas,[p] indigum[4] agrorum populum, parte Ægypti potitos,[5] mox proprias urbes Hebræasque terras[a] et propiora[6]

appellari: *nonnulli*, imperante Iside, superaffluentem in Ægypto populi turbam, vicinas in regiones se effudisse, principibus Hierosolymo et Juda: *plerique*, Æthiopum sobolem, quos, regnante Cepheo, timor atque invidia abire e regione coëgerit. *Sunt qui scribant*, *eos* convenas Assyrios, egentem terris multitudinem, partem Ægypti occupasse, *et* posthac habitasse proprias civi-

—2 Post *vocitari* perperam addunt Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *quasi Ideos*. Quod in editione principe et recentioribus recte omissum. *Brotier*.—3 Sic bene editio princeps et recentiores. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *tradunt*. Idem.—4 Ed. pr. *indignum*.—5 *ac* ante

NOTÆ

ternum loquendi modum, *Judæi* pro *Idæis* dicti sunt. Hoc vult: *Idæi* nomen origine et nativo idiomate Græcum fuit; at auctum est in externum seu barbarum: id est, barbarum ex Græco factum est. Sicque nomen *Judæi* orientale et externum factum est, cum antea Græcum esset: nam Græci erant Cretes, et Ida pars Cretæ.

[n] *Exundantem per Ægyptum multitudinem*] Ibi aliquid veri falsitati immixtum, ut passim in istis opinionibus, quibus Græci admiscuere fabulas.

[o] *Æthiopum prolem, quos Rege Cepheo*] Populi finitimi, sed legibus, moribus, lingua, literisque diversi. Chaldæi Judæique ab exteris opinione confusi sunt.

Quod hic dicitur, de illis accipiendum est, qui a regis nomine Chaldæi dicti, postquam, mortuo Cepheo, e finibus Æthiopiæ cum exercitu in Persidem exierunt, ut Hellanicus in historia Persica scribit.

Iidem antea *Cepheni* dicebantur, ait Stephanus, a Cepheo rege, cui suberant: ille pater Andromedæ, quam in Joppe littore, ubi nunc Zappha, orcæ expositam Perseus liberavit, et duxit uxorem. *Vertranius*.

*Æthiopum*] Æthiopia proprie dicta, regio Africæ: hodie *Abyssinia* vel *Habessinia*, cum parte *Nubiæ*. Vide notas ad Annales II. 60. *Tillem*.

[p] *Assyrios convenas*] Convenæ populi sunt, qui ex pluribus locis simul in unum conveniunt, ut easdem sedes habitent: vel sunt externi novique coloni, indistincte.

*Assyrios*] Assyria fuit aliquando regio imperii Persarum, sive Parthorum ad Euphratem et Tigrin fluvios: hodie *Diarbeck* regio late sumta, in Turcico imperio Asiatico. *Tillem*.

[a] *Hebræasque terras*] Terra Hebræorum, postea dicta *Judæa*, fuit regio Syriæ late sumtæ ad meridiem: hodie nomen antiquum retinet apud nos; vocatur etiam *Terra Sancta*; est sub præfecto Damasci vel *Scham*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon*.

Syriæ coluisse rura.'[7] Alii, 'Judæorum initia, Solymos, carminibus Homeri[q] celebratam gentem, conditam urbem[8] Hierosolyma nomine[r] suo fecisse.'

3. Plurimi auctores consentiunt, 'orta per Ægyptum tabe,[s] quæ corpora fœdaret, Regem Bocchorim,[1][t] adito Hammonis[u]

tates, regionemque Hebræam, et viciniora Syriæ loca. *Alii*, inclyta esse Judæorum primordia; Solymos, versibus Homeri laudatum populum, constructam civitatem e suo nomine Hierosolymam appellasse.

*Permulti scriptores consensu tradunt*, nata per Ægyptum lue, *seu scabie*, quæ

*mox* delevi cum Ryckio et Gronov. quod addiderat de conjectura Rhenan., quia in Budens. erat *an mox*. Abest *ac* e Mss. Flor. Guelf. Oxon. Agr. Edd. ante Rhenan. *Ernest.*—6 Budens. *propriora.*—7 Olim legebatur *coluisse. Clara:* at verum hic puto vidisse Bipont. qui τῷ *clara* substituunt *rura*, et eo, quo expressi, modo distinguunt. *Oberl.*—8 Rhenanus ex ingenio edidit *conditæ urbi:* cui consentiunt Gronovius, Ryckius, et Brotier. Sic et Ms. Ryckii et Budens. Ceteri Mss. et Edd. *conditam urbem.*

1 Sic Mss. Vatic. 1958. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1863. et 1864. Reg. Agr. et editione principe,

## NOTÆ

[q] *Carminibus Homeri*] Sententia ambigua inter scholiastas. Sunt qui designari Lycios aut finitimos quosdam velint: quo Strabo et Eustathius et Pindari interpres inclinant.

Sunt qui Pisidas, quo Plinius et Stephanus. Sunt qui Judæos: quod noster hic suggerit, et Tzetzes. Eusebius etiam, Chærili poëtæ testimonio Hebræos Solymos olim dictos censet evinci.

Nec Q. Calaber sane aliter apud Homerum accepit: ideoque Σολύμων ἱερὸν στρατὸν dixit: sacri epitheto *sacram* indicans gentem. *Lipsius.*

*Solymos carminibus Homeri*] Ab iis dissentio qui sacram gentem ab Homero designari putant: quo enim pacto testimonium clarissimi poëtarum Josephus præteriisset? qui alias anxie minima quæque persequitur, quibus asserat suæ gentis antiquitatem, quique non ignoravit eos Homeri versus, ut patet ex VII. 3. Antiq.

Apud Homerum Iliad. v. 104. agit Glaucus de Bellerophonte a Lyciæ rege periculis objecto: quem par est credere cum finitimis pugnasse, qui *Milyæ*, alias *Solymi* dicebantur. Herod. lib. I. 'Hanc nunc habitant Lycii, ipsa olim Milyas appellata; illi vero Milyæ, tunc Solymi appellabantur.' *Salin.*

[r] *Urbem Hierosolyma nomine, &c.*] De qua tamen Hegesippus v. 9. 'Urbem Hierosolymam Chananæorum quidam potens condidit, qui patrio sermone vocaretur rex justus, quam primo Solymam nuncupavit: postea templum addidit, unde Hierosolyma dicta civitas est. Ea a principio suo incolas habuit de gente Chananæorum. David primus, vir Hebræus, Chananæos expulit, constituit suos, qui in ea domum sibi regiam fecit.

[s] *Orta per Ægyptum tabe*] *Vitiliginem* appellat Justinus. *Lips.*

[t] *Regem Bocchorim*] Lego, *Occhorim;* ita libri veteres: etsi vulgatæ huic scripturæ assertor Justinus venit

oraculo, remedium petentem, purgare Regnum et id genus hominum, ut[2] invisum Deis, alias[3] in terras avehere[4] jussum. Sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis[v] relictum sit, ceteris per lacrymas torpentibus, Mosen, unum exulum,[5] monuisse,[6] ne quam Deorum[7] hominumve opem expectarent, utrimque[8] deserti, sed sibi, ut Duci cœlesti, crederent,[9] primo cujus auxilio[w] præ-

homines contaminaret, regi Bocchori, consulto oraculo *Jovis* Hammonis, remedium postulanti imperatum *esse*, ut purgaret provinciam, et eam progeniem mortalium, tanquam infestam Diis, in alias regiones deportaret. Sic investigata contractaque multitudo, postquam desertis locis destituta sit, ceteris fletu et dolore hebescentibus, Mosen, unum profugorum eis consuluisse, ne quod auxilium Deorum aut hominum sperarent, ab utrisque relicti, sed sibi ipsi confiderent, tanquam divino duci, primo cujus adjutorio

*Occorim* vel *Occhorim*. Budens. *Bocchorum*.—2 Male Puteolanus, *et invisum*. Brotier.—3 *Alias* abest a Ms. Corb.—4 Bene sic Mss. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. *abire*. Editio princeps, *abjicere*. Brotier. —5 Ms. Reg. et editio princeps, *Moisen*, *unum exulem*. Mss. Harl. Jes. Corb. *Moysen* aut *Moysem*.—6 Ed. pr. *movisse*.—7 Quædam Editiones *Deor. templorumque hom*.—8 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ab utrisque deserti*.— 9 *Sed sibimet*, *ut duci cœlesti*, *crederent* Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores [cum Ryckio, Gronov. et Brotier.] Orosius quoque, I. 10. habet *sed*. In Mss. Flor. Reg. atque editione principe, *et sibimet*. In Ms. Corb. *ni sibimet*. In Ms. Agr. *ut sibimet*. Secunda manu in hoc codice super *ut* ascriptum *et*. Forte autem redundat *ut*. Abest enim a Mss. Reg. Corb. et editione principe. Nec illud habent Orosius et Otho Frisingensis, quos vide inter Testimonia Veterum. Schelius emendabat, *adessent sibimet: ut duci cœlesti crederent*, *primo cujus*. Nec aliter J. F. Gronovius et Cl. Ernestus, qui *sibimet* ad Judæos; *primo cujus* ad quemvis Judæorum, qui eis opem fer-

## NOTÆ

Λόγῳ παραινετικῷ. Nam ait, 'Quartum vero dicunt legislatorem fuisse Bocchorim regem quendam sapientem, et astu ac vafritie præcellentem.'

Etiam Orosius libro I. Bocchorim appellat, ut et Plutarchus libello περὶ δυσωπίας. Itaque jure vacillo: nam Clemens Strom. I. *Omosim* hunc, vel *Amasim* appellat.

At quod ad rem ipsam, falsa est, et refellunt libri sacri. Tamen sumsit hæc Tacitus a Lysimacho, uti videre potes apud Josephum contra Apionem, lib. I. extremo, ubi item scriptum, *Bocchoris*. Lipsius.

[u] *Hammonis*] Hammon templum Hammoniacæ regionis minoris, in Libya proprie dicta. *Tillemon*.

[v] *Postquam vastis locis*] Mirum, non addere eum, quibus in locis. At sane ex Tertulliano legendum videatur, *vastis Arabiæ locis*. Is enim Apologetico narrat, Cornelium Tacitum scripsisse in Hist. v. 'Judæos Ægypto expeditos sive extorres, in vastis Arabiæ locis aquarum egenos,' &c. Orosio tamen non aliter lectum, quam nostri libri præferunt. *Lipsius*.

[w] *Primo cujus auxilio*] Citat etiam ita Orosius: ambigo tamen et contor,

sentes[10] miserias pepulissent.[x] Assensere, atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Sed nihil æque, quam inopia aquæ fatigabat. Jamque[11] haud procul exitio, totis campis procubuerant; cum grex asinorum agrestium,[12] e pastu in rupem, nemore opacam, concessit.[13] Secutus Moses, conjectura herbidi soli,[y] largas aquarum venas ape-

*fidentes*, præsentes calamitates devitassent. *Ultro consensere, atque omnium inscii fortuitum iter aggrediuntur. Sed nihil perinde* illos *vexabat, ac penuria aquæ. Jamque haud longe ab interitu, totis agris jacebant; cum agmen asinorum sylvestrium e pascuis contendit in rupem, lucis umbrosam. Insecutus Moses, indicio terræ gramineæ, uberrime scaturientes aquarum fontes deprehendit. Id sola-*

ret, referebant: vel omissa volebat Ernestus verba, *ut duci cœlesti.* At hæc omnia vana sunt. Manifestum est enim id pertinere ad Mosen, cœlestem ducem, *primo cujus* auxilio Judæi præsentes in Ægypto et in maris Rubri transitu miserias jam pepulerant. Recte Illustr. Huetius: 'Id vult Cornelius jam opem aliquam ipsis tulisse Mosem, qui propterea sibi credi a Judæis postularet. Jam inde autem Mosi fidem habitam sequentia ostendunt.' In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *duce cœlesti.* Brotier.—10 Pro *primo* tentabat eruditus Grotius, *pridem.* Quod minime necessarium est. Nec melius Freinshemius, *cujus consilio.* Mox in Mss. et libris editis, *auxilio credentes præsentes, &c.* [et sic Gronov. et Ryckius.] At *credentes* omnino redundat: ab amanuensibus additum post Orosii tempora. Abest enim ab ejus libris. Nec illud habet Otho Frisingensis. Vide Testimonia Veterum. Lampugnanus e codice suo Mirandulano frustra laudat, *pertulissent.* Idem. Bipontini locum ita concinnant: *sed sibimet quærentes, ut Duci cœlesti, crederent primo, cujus auxilio præsentes mis. pep.* Putant quippe, istud *quærentes*, a librario omissum, alieno dein loco intrusum, in *credentes* esse mutatum. Mihi turbas dedisse enclitica pronominis *sibi* videtur, qua resecta expulsoque spurio *credentes* omnia plana, sana. *Sibi* profecto nonnisi ad *Mosen* referri potest. *Præsentes miserias* intelligo, quibus mox fuerant pressi. *Oberl.*—11 *Que* abest a Ms. Corb.—12 Pessime editio princeps, *Assiriorum agrestum.* Asinos illos agrestes Tertullianus onagros dixit. *Brotier.*—13 Editio princeps, *conscendit.*

## NOTÆ

an non vox, *credentes*, ejicienda sit. Et jam video abesse in Othonis Frisingensis l. 1. c. 18. ubi hæc citat. *Lipsius.*

Id est: Destituti a Diis hominibusque, nullam aliunde opem sperarent, quam a se uno, cujus unico auxilio pulsuri præsentes essent miserias. *Pepulissent* scil. pro pulsuri essent. Sic Agric. c. 6. 'Electus a Galba ad dona templorum recognoscenda.... fecit, ne cujus alterius sacrilegium Respub. quam Neronis sensisset:' scil. pro, sensura esset.

x *Pepulissent*] Id est, pellerent, seu pulsuri erant.

y *Conjectura herbidi soli*] Deus misertus eorum, qui sub Ægyptiis regibus intolerabili servitutis jugo premebantur, post annos 330. duce Moise, eduxit et liberavit, ediditque populo plurima signa virtutis et majestatis suæ.

Inter cetera, cum sitim paterentur, castra metati in Raphidim, ictu virgæ a Mose Horeb rupe percussa, prosiluit fons aquæ, populumque recreavit. Exodi 17. *Vertran.*

rit.[14] Id[15] levamen: et continuum sex dierum iter emensi, septimo, pulsis cultoribus, obtinuere[16] terras, in quis[17] urbs et templum dicata.[18]

4. Moses, quo sibi in posterum gentem[1] firmaret,[z] novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic[2] omnia,[a] quæ apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quæ nobis incesta.[b] Effigiem[3] animalis,[c] quo mon-

*tium* fuit; *et cum continuam sex dierum viam peragrassent, septimo, ejectis incolis, occupavere agros, in quibus civitas, et delubrum sacrata* sunt.

*Moses, quo sibi in futurum nationem assereret, novas cærimonias adversasque ceteris hominibus instituit. Profana apud illos cuncta, quæ apud nos sancta: contra* vicissim *permissa apud illos, quæ nobis illicita* et impia. *Simulacrum ani-*

—14 Mallet Illustr. Huetius, *venas reperit.*—15 Male Ms. Guelf. *idem levamen.* Intellige, *fuit.*—16 Ms. Budens. *continuere.*—17 Brotier. scribit *queis;* et ita Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in quibus;* et sic Ryckius et Gronov.—18 Sic Mss. Flor. Corb. Agr. Ernestus et recentiores. Ms. Harl. et Puteolanus, *dicata sunt.* Ms. Reg. et editio princeps, *dedicata sunt;* et sic Ryckius et Gronov.

1 Ms. Corb. *gentes.*—2 Frustra tentat Acidalius, *profana illis.* Brotier.—3 In quibusdam recentioribus Edd. ut Gronoviorum, irrepsit *effigies.* Ernest.

## NOTÆ

[z] *Quo sibi in posterum gentem firmaret*] Sensus est: Eo magis illos sibi conciliare videbatur, et sibi asserere, quo eos longius a moribus ceterorum populorum amoveret, ut sic, scil. eo magis ab ipso penderent, quo infensiores aliis essent, sic potior auctor futurus novarum legum institutorumque.

[a] *Profana illic omnia*] Forte, *illis.*

*Profana*] Id est, Impia, scelesta, abominanda, quæ apud nos sancta, augusta, sacra, et veneranda.

[b] *Quæ nobis incesta*] Illicita, nefanda.

[c] *Effigiem animalis*] Hoc de capite asini magno consensu omnes veteres tradiderunt; ne tantopere noster culpetur, tanquam *mendaciorum plenissimus* scriptor.

Et sane Strabo, Plutarchus, Democritus, apud Suidam multo majora deliria delirarunt, contra gentem et libros sacros. *Lipsius.*

*Effigiem animalis*] At saltem sui, si non veritatis, mendacem memorem esse oportuit. Idem mox de Cneio Pompeio templum Hierosolymorum ingresso, scribit: 'Inde vulgatum, nulla intus Deum effigie, vacuam sedem et inania arcana.'

'Et utique,' ait Tertullianus, 'si id colebatur, quod aliqua effigies repræsentabat, nusquam magis quam in sacrario suo exhiberetur; eo magis, quia verebatur extraneos vana cultura.' Solis enim sacerdotibus adire licitum, et conspectus ceterorum velo oppanso, interdicebatur. *Vertran.*

*Effigiem animalis*] An in eo posita arcana Judæorum crediderunt Ethnici, cum nil aliud esset in sacra illa sede? Cur in templo *effigies animalis*, ubi neque Deum imagines effingere fas erat, neque ipsum Cæsarem? In-

strante errorem[4] sitimque depulerant, penetrali sacravere: cæso ariete, velut in contumeliam Hammonis.[d] Bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt.[e] Sue absti-

*mantis, qua præeunte errorem sitimque amoliti erant,* sanctiori *adyto dicavere: mactato ariete, tanquam in contemtum Hammonis. Bovem etiam sacrificant, quem Ægyptii Apin venerantur. Porco non vescuntur, memoria calamitatis, quod ipsos*

—4 Quidam omissum vellent, *errorem.* At perperam: libris omnibus in hac

NOTÆ

fra ubi de Pompeio: 'nullas intus Deum effigies:' non forte propterea excludit effigiem seu caput asini, quemadmodum et asseruerant multi alii Tacito antiquiores; excludit tantum Deos similitudine humana efficios. Attende verbis Taciti: 'Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetrali sacravere.' At non tanquam Deum *sacravere,* sed tantum beneficii memoria: *sacravere* certe, at non coluere; neque tam ignarus Cornelius ritus Judaici, ut nesciret nullam prorsus effigiem colere Judæos, neque Deorum neque hominum, neque, a fortiori, vilium animantium. Infra: 'Ægyptii pleraque animalia, effigiesque compositas venerantur. Judæi mente sola, unumque Numen intelligunt:' non *effigie* igitur, sed *mente;* non adumbrant *Numen,* non *effingunt,* sed tantum *intelligunt.* Addit: 'profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant.' Ergo cum dicit Tac. 'nulla intus Deum effigie, vacuam sedem,' &c.; hoc verissimum etiam in sensu Taciti, quia nulla ibi expressa Deum effigies in oris humani similitudinem; et effigies illa asini, etiam in mente auctoris, nullatenus colebatur a Judæis, neque in speciem Numinis efficta erat: non ergo sibi contradicit Cornelius hoc loco, ut voluit Interpres doctissimus.

[d] *Cæso ariete, velut in contumeliam Hammonis*] Legum Mosis multiplici capite cautum est, ut pro peccato aries offerretur, lib. Levitici: quod Ethnici conscii, vel suspicaces propriæ vanitatis, eorum contumeliæ, et Jovis Hammonis contemtus causa, a Judæis observari interpretati sunt.

Sane Herodoti l. II. Jupiter, cum ab Hercule videri nollet, ab eo tandem exoratus, id commentus est, ut amputato arietis capite, pelleque villosa, quam illi detraxerat, induta, ita sese videndum Herculi præberet: inde factum, ut Ægyptii Jovis simulacrum arietina facie confingerent; et ab Ægyptiis Hammonios aiunt accepisse. *Vertran.*

*Cæso ariete*] Inducit mores contrarios Diis et hominibus, et præcipue Græcis et Ægyptiis, qui quo viciniores Judæis, eo magis infensi: et detestabiles invicem populi, solita æmulatione et invidia inter finitimos.

[e] *Bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt*] Bovem immolari præcepit Dominus Deus, Deuter. 16. et gentes odio tribuebant, quod ex præcepto Israëlitæ facerent.

Illic enim in Memphi, Ægypti civitate, bos, Apis nomine, nutriebatur in templo, quod regis Apis memoriæ dedicarant: cum is, fame facta Alexandrinis, ex propriis facultatibus alimenta præbuisset, teste Suida. Ejus bovis aureum caput, quod eos signo

nent,[f] memoria cladis, qua[5] ipsos scabies quondam turpaverat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem crebris adhuc jejuniis fatentur: et raptarum frugum argumentum panis Judaicus, nullo fermento, retinet.[6] 'Septimo[7] die otium placuisse,' ferunt; 'quia is finem laborum[g] tulerit: dein, blandiente inertia, septimum quoque annum ignaviæ[h] datum.' Alii, 'honorem eum Saturno haberi: seu principia religionis tradentibus Idæis,[8] quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus, seu quod e[9]

*tabes* lepræ *olim fœdaverat, qua id genus animalium plerumque inficitur. Diuturnam olim penuriam frequentibus etiamtum jejuniis agnoscunt: et rapti frumenti documentum exhibet adhuc panis Judaicus,* coctus *absque fermento. Tradunt* septimo die quietem cordi fuisse; quod is exitum laborum attulerit: dein, arridente otio, septimum etiam annum inertiæ tributum. *Alii,* decus illud exhiberi Saturno; seu quia docuere initia religionis Idæi, quos cum Saturno ejectos, et auctores populi *Judaici* comperimus, seu quia e septem stellis,

voce consentientibus.—5 Ita Mss. Flor. Bodl. Jes. Puteolanus, Ernestus et recentiores. Mss. Reg. Corb. editio princeps, et Lipsius, *quod ipsos scabies;* et sic Gronov. et Ryckius. Bipont. mallent *quia.*—6 Sic bene Puteolanus et recentiores. In editione principe aliisque nonnullis, *detinetur.* Ms. Harl. *retinetur.* Brotier.—7 Ms. Corb. *septima die.*—8 Sic bene Lipsius et recentiores. Male Mss. et veteres editiones, *Judæis.* Brotier.—9 Sic bene Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *quod de septem.* Idem.—

NOTÆ

præcederet, in deserto Hebræi figurarunt, ut ait Lactantius: quo peccato ac scelere offensus Deus, impium et ingratum populum gravibus meritisque pœnis affecit, Exodi 32. *Vertran.*

[f] *Sue abstinent*] Sic et Strabo lib. XVI. ex superstitione instituta est carnium abstinentia, et circumcisiones et excisiones. At Judæis vetuerat Dominus, quæ non ruminaret, licet pedibus bifidis esset, *suem* comedere, ejusque cadaver, quod immundum, contingere. Levitici 11. *Vertran.*

*Sue abstinent*] Plut. l. IV. Sympos. 'Quod autem Sui parcitur a Judæis, isque in honore habetur, non caret ratione. Primo enim sus (ut aiunt) rostro terram findens vestigium arationis impressit, ac vomeris opus submonstravit, quem hynnin inde dictum, sunt qui putent.' Et infra: 'Et fortassis rationi hoc consentit: sicut asino suus est apud eos honor, qui fontem aquæ eis demonstravit, ita suem eos revereri, ut sationis et arationis magistrum.'

[g] *Septimo die otium....quia is finem laborum*] Ratio falsa est. Eam enim sibi diem ab initio sæculorum elegit Deus, religioseque populus etiam in Ægypto et in deserto observavit. *Vertran.*

[h] *Septimum quoque annum ignaviæ*] Vitio vertit Ethnicus, quod ex lege Dei est, Levitici 25. 'Sex annis seres agrum tuum, et sex annis putabis vineam, colligesque fructus ejus: septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis domini; agrum non seres, vineam non putabis, sponte nata non metes,' &c.; sicque ex odio error.

septem sideribus,[i] quis mortales reguntur, altissimo orbe et præcipua potentia, stella Saturni feratur: ac pleraque[10] cœlestium vim suam et cursum[11] septimos per numeros[j] conficiant.'[12]

5. Hi ritus,[1] quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur: cetera instituta[k] sinistra fœda pravitate valuere.[l] Nam pessimus quisque,[m] spretis religionibus patriis,[n] tributa et

quæ homines regunt, sidus Saturni movetur excelsissimo cœlo, et summa potestate *censetur*: et pleraque astra vim influxus, motumque per septenas revolutiones complent.

*Hæ cærimoniæ, quovis pacto introductæ, vetustate fulciuntur; ceteri ritus absurdi, sordidi, pertinacia invaluere. Quippe deterrimus quisque, despectis cærimo-*

10 Sic optime Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ac plerisque*. Additum in margine Ms. Harl. *pleraque*. Brotier.—11 Sic Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *cursus*.—12 Sic bene Lipsius et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. et editione principe, *coniciant*. Ms. Corb. *comiciant*. Mss. Reg. et Agr. *conjiciant*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *commeare*. In margine Ms. Harl. *conjiciant*. Ms. Flor. *commearent*. Brotier.

1 Male Ms. Guelf. *his quoquo*. Sic etiam Ms. Harl. prima manu.

## NOTÆ

[i] *E septem sideribus*] Mundum Deus et hoc rerum naturæ admirabile opus, sicut arcanis sacræ scripturæ Geneseos 9. continetur, sex dierum spatio consummavit, diemque septimum, quo ab operibus suis requieverat, sanxit.

Hic est dies Sabbati, qui lingua Hebræorum a numero nomen accepit: non, ut putat Cornelius, a septem sideribus. Græcorum siquidem vel Romanorum, non Judæorum, id inventum fuit, non ita pridem ante Dionis tempora, dies hebdomadis planetarum appellatione insignire: qua vero ratione repertum, harmonia scil. cœli spectata, prodidit idem Cassius lib. XXXVII. Et Plutarchus problem. 102. *Vertran.*

[j] *Septimos per numeros*] Septenarius numerus, ait L. Cælius, legitimus et plenus est: nam et dies septem sunt, quibus per orbem revolutio, orbes annorum conficiuntur; et septem stellæ, quæ non occidunt; et septem sidera, quæ vocantur errantia, quorum dispares cursus et inæquales motus rerum ac temporum varietates efficere creduntur.

[k] *Cetera instituta*] Puto leg. *ceterum;* aut saltem sic intelligendum. Forte orta confusio propter *in* syllabam sequentis vocis *instituta*. Nisi forte distinguat inter ritus qui antiquitate se tuentur, et alia instituta posthac addita, scil. pravitate pessimorum hominum huc confluentium.

[l] *Pravitate valuere*] Id est, Improbitate et contumacia seu pervicacia.

[m] *Pessimus quisque*] An pessimi illi, quia stipes congerebant in templum? an quia sic spernerent religiones avitas, patriosque ritus? Potius putem, quia deterrimi mortalium, postquam multa scelera perpetravissent, se exsolutos omni piaculo credebant, cum

stipes illuc gerebant:[2] [o] unde auctæ Judæorum res. Et, quia apud ipsos fides obstinata,[p] misericordia in promtu, sed[3] adversus omnes alios hostile odium, separati epulis,[q]

*niis patriis, vectigalia et dona illuc conferebant: unde increvere Judæorum opes. Et, quia inter ipsos fides pervicax, promta caritas, sed adversus ceteros* populos *hostilis invidia, sejuncti conviviis, distincti nuptiis, effusissima in cupidinem natio,*

2 Gronov. cum Ryckio et Brotiero scribit, *illuc congerebant;* et ita Puteol. et recentiores. In Mss. Flor. Corb. Agr. et editione principe, *illuc gerebant.* In Mss. Harl. Guelf. *illuc congregabant.* Ms. Jes. *congrebant.* Ernestus conjicit, *ferebant.*—3 Ita libri scripti et editi. Acidalius quidem ait in libris suis esse, *atque ut apud ipsos....sic adversus, &c.* At quinam sint isti libri, incompertum. Tentat Cl. Ernestus, *et quidem.* Sed non necessario. *Brotier.*—

NOTÆ

aliqua dona in templo obtulissent: ut nunc etiam multi, spoliatis provinciis, stipem aliquam templis ac sacerdotibus erogant.

Attamen Augustus ipse huc olim dona miserat, ut et ipsa Livia Augusta. Ipse Alexander summum Antistitem veneratus erat, sed alio animo votoque. Hi numen absolute venerati: non item alii, qui mali et male offerebant.

Laudavit mox tamen Augustus C. Cæsarem filium, quod non adorasset in templo Hierosolymitano, teste Suetonio. Sed alia causa. Forte quia scil. juvenis Cæsar, et metuebant ne ad extraneos ritus descisceret. Et certe extranei ritus jam tum in urbe invalescebant; quod exhorrebant imperitantes, metu rerum novarum. Et jam accusabant juvenem voluisse sibi asserere imperium, aut certe partem imperii in Oriente; fraude id forte Liviæ novercæ. Unde forsan exitium Cæsaris.

[n] *Spretis religionibus patriis*] Intelligit de illis, qui nominati Judæi, et qui extranei huic religioni; cum se pessimis facinoribus polluissent, quasi pœnitentia ducti, et ut veniam pacemque numinis obtinerent, *spretis religionibus et Diis patriis, tributa et stipes* in illud templum *gerebant.* Sic rex Adiabenorum Izates, et regina mater, huc se pietatis causa contulerunt. Quod in malam partem interpretatur auctor Ethnicus; nec mirum.

[o] *Stipes illuc gerebant*] Cicero pro Flacco: 'Cum aurum, Judæorum nomine, quotannis ex Italia et ex omnibus provinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret.' Philo de legatione ad Caium: 'Singulis annis sacrorum ministri mittuntur, auri argentique vim magnam ferentes, quod collatum est ex primitiis.' Et paulo ante: 'Sciebat Tiberius sacram pecuniam ex primitiis collegisse, et eam mittere Hierosolymam per eos qui hostias et sacrificia offerre debuerunt.' Sed et Josephus notat, 'immensam vim auri congestam in templum ab omni Asia et Europa,' Antiquit. xv. 12. Nos plura in *magnitudine Hebræa.* Lipsius.

[p] *Fides obstinata*] An fides erga Deum, templum, religionemque? An vero mutua invicem fides? quemadmodum caritas et miseratio promiscua et effusa in omnes gentes ejusdem ritus, sicut in alios mortales omnes immortale odium.

[q] *Separati epulis*] An quia ceteros mortales repellunt hospitio et con-

discreti cubilibus, projectissima ad libidinem gens, alienarum[4] concubitu abstinent;[r] inter se nihil illicitum;[s] circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur.[t] Transgressi[5] in morem eorum idem usurpant: nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos, exuere[6] patriam, parentes, liberos, fratres, vilia habere. Augendæ tamen multitudini consulitur. Nam et necare quenquam ex agnatis,[7] [u] nefas: animasque prælio aut suppliciis[v] peremto-

*extranearum coitu stuprisque abstinent; inter se nihil incestum; morem circumcidendi præputium induxere, ut* eo *discrimine discernantur. Transeuntes in ritum illorum, idem celebrant: nec quicquam prius docentur, quam aspernari Deos, ejurare patriam, parentes, liberos, fratres, abjicere ac deserere. Propagandæ tamen genti providetur. Nam et interficere quenquam ex natis liberis, non licet: animasque*

4 Mallet Heinsius, *alienigenarum.* Verum eodem sensu usurpatur, *alienarum.* Brôtier.—5 Ms. Agr. *transgressique in morem.*—6 Male Ms. Reg. et editio princeps, *exire.* Idem.—7 Mallet Lipsius, *ex gnatis.* At forte hic et infra de Moribus Germanorum 19. *agnati* pro *nati* usurpantur. Forte etiam aliquid reconditius latet. Fuere Judæis proselyti, et viguit sane apud Germanos, ut hodie viget apud barbaros, adoptio. Proselyti et adoptati, ut nati habebantur, et agnascebantur. Inde nefas tum natos, tum agnatos necare. Male tentabat Samuel Petitus, *ex a. d. natis:* id est, *ex ante diem natis.* Idem.

NOTÆ

victu? An quia non eodem genere ciborum vescuntur? Ut verbi gratia sue abstinent Judæi, et pane fermentato utuntur.

[r] *Alienarum concubitu abstinent*] An alienas mulieres intelligit, aliis nuptas? Potius interpretor, quæ *Judææ* non sint; hoc est, alienigenas. Nam sequitur: 'inter se nihil illicitum.' *Pichena.*

[s] *Inter se nihil illicitum*] Id dicit forte, quia frater fratris mortui ducebat uxorem, ut ei prolem suscitaret. Forte ob reges Judaicos, et ob ipsum Agrippam regem tum florentem, qui cum sorore Berenice rem habere dicebatur.

[t] *Ut diversitate noscantur*] Et hæc est ratio sacrorum codicum. Est etiam alia ratio, quasi sic augendæ proli legislator consuluerit. Putant præputii pelle abscissa, facilius et frequentius generari sobolem.

[u] *Necare quenquam ex agnatis*] Si de cæde capis tantum, quid in eo novi? Sane et Romanis, et Barbaris plerisque, necare consanguineos nefas.

Sed alium ego hic sensum odoror, et scribo: *Necare quenquam ex gnatis.* Scimus Græcis Latinisque in promiscuo usu fuisse abjectiones infantum et expositiones, immo neces.

Id aliter in Judæorum moribus, et gentem inprimis soboli studuisse constat; adeo ut nullius modi partum necare fas esse notet ut novum noster. Itaque quia de liberis, jure addit: 'hinc generandi amor:' quoniam matres scilicet certæ sunt, prolem esse tollendam seu educandam.

Simile prorsus, quod de Germanis in libello de moribus: 'Numerum liberorum finire, aut quenquam ex

rum æternas[8] putant. Hinc generandi amor[w] et moriendi contemtus. Corpora condere,[x] quam cremare, e[9] more Ægyptio: eademque cura,[y] et de infernis persuasio:[z] cœlestium contra.[10] Ægyptii pleraque animalia[11] effigiesque

*immortales credunt eorum qui certamine aut pœnis occiduntur. Hinc suscipiendi prolem cupido, et fastidium mortis. Corpora sepelire* potius, *quam comburere, e ritu Ægyptiorum* habent: *eademque anxietas et fides de inferis:* at *contra* sentiunt *de Numinibus. Ægyptii multas animantes imaginesque effictas colunt; Ju-*

—8 In Ms. Agr. et editione principe, *animosque....æternos.* Mss. Reg. et Corb. habent quidem *animos.* Sed in Ms. Reg. *æternis;* in Ms. Corb. *æternas.* Ceteri libri, *animas.*—9 In Mss. Harl. Jes. *e* abest.—10 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *persuasio cœlestium. Contra Ægyptii.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *et persuasio cœlestium. Contra Ægyptii.* In Ms. Agr. *eademque cura de infernis et persuasio cœlestium contra. Ægyptii.* Quod quidem probabat Ryckius. At potior est recepta nunc scriptura. *Brotier.*—11 Ms. Corb. *pleraque animalium.*

NOTÆ

agnatis necare nefas habetur.' Nam et ibi scribo, *gnatis.* Lipsius.

*Necare quenquam ex agnatis*] Τὸ *agnati,* hic et de mor. German., pro *filiis* sumitur, ut *prognatus.* Plaut. Epid. 'prognatus Theti.' Nec nimis remota est hæc significatio a verbo, *agnascor;* quod apud Jurisconsultos amplectitur *filios,* vel *nepotes,* qui post conditum testamentum nascuntur. Cicero pro Cæcina. *Salinerius.*

*Agnati* hic non nomen, sed participium ab *agnascor.*

[v] *Animas prælio, aut suppliciis*] Intellige *prælio,* seu bello, quod pro templo et religione præsertim suscipiebatur. Idem statue de *suppliciis,* quæ pro lege et ritu patrio sustinebantur, quæ duo maxime usurpata sunt in illo excidio Hierosolymitano.

Hegesip. v. 18. 'Malle se liberos mori, quam servos vivere, devovisse animam suam in templo, immortalem futuram, si cum templo exusti, aris ac focis patriis immorerentur.'

[w] *Hinc generandi amor*] Erat alia ratio validior, nempe quia expectabant Christum. Tamen Hegesippus sic eos inducit loquentes: 'Consecrari parvulos suos, non interfici, quorum parentes cœlestium propugnatores fuerint sacramentorum.'

[x] *Corpora condere*] Cum magna copia aromatum: is enim mos Hebræorum. At Ægyptii condiebant, quod Græci ταριχεύειν dicunt. Hinc in Poppææ sepultura Ann. XVI. 'Corpus non igni abolitum (ut Romanus mos,) sed regum externorum consuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque Juliorum infertur.'

Cur autem Persæ igni cadavera non traderent, epigramma satis docet l. III. Anthol. Dioscoridis: 'Euphratem ne crema, Philonyme, neque polluas Ignem meo cadavere; Persa sum, etiam a parentibus Persa indigena: certe, domine, ignem polluere, Nobis acerba acerbius est morte.' *Salin.*

[y] *Eademque cura*] An referas ad curam sepeliendi et condendi corpora? an vero eadem illis cura de inferis, ac Ægyptiis, ut et *persuasio?* Potius puto, agi hic de *cura* sepeliendi mortuos.

compositas venerantur; Judæi mente sola unumque[12] Numen intelligunt.[a] 'Profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant: summum[13] illud et æternum,[b] neque mutabile, neque interiturum.' Igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis, sinunt.[14] Non Regibus hæc adulatio, non Cæsaribus honor. Sed, quia Sacerdotes eorum tibia tympanisque concinebant, hedera vinciebantur, vitisque aurea templo reperta, 'Libe-

*dæi solo animo, Deumque unum cognoscunt.* Impios *illos esse putant*, qui Deorum effigies e mortalibus materiis in similitudinem hominum conforment: supremum illud et sempiternum, neque mutabile, neque periturum. *Itaque nullæ imagines in civitatibus suis, nedum in delubris, existunt. Non Regibus hæc assentatio, non* hoc *Imperatoribus decus. Sed, quia Pontifices eorum fistula ac tympanis canebant, hederaque redimiti erant, et vinea auro solida in delubro inventa*

12 Ms. Reg. et editio princeps, *unum tantum Numen.*—13 In Ms. Reg. et editione principe, *solum illud et æternum.* Quod satis placeret, ni ante dictum fuisset, *unumque numen.* Nam Judæi passim ingeminant, passim inscribunt, יהוה אלהינו יהוה אחד, id est, 'Jehovah Deus noster Jehovah unus.' Deuteronom. VI. 4. *Summum* quoque optime dicitur; 'Quoniam Deus magnus Dominus: et rex magnus super omnes Deos.' Psalm. XCIV. 3. *Brotier.* —14 Perperam Mss. et veteres editiones, *nedum templis sunt.* Emendandum, *sinunt*, recte monuit J. F. Gronovius: quod quidem omnes postea probavere; et sic postulat Latinitas. *Idem.* Ryckius autem retinet *sunt.*

## NOTÆ

[a] *Persuasio*] Curam istam, non ad infernos, sed ad superiora verba referri autumo; ut scilicet in condendis corporibus, eadem sit Judæis cura, quæ Ægyptiis, eademque de infernis persuasio. *Pichena.*

Hic igitur sensus foret: *Corpora condere*, potius *quam cremare*, habent *e more Ægyptio: eademque cura*, eademque *et de inferis persuasio;* at *cælestium contra.*

[a] *Judæi mente sola unumque Numen intelligunt*] Bene et vere hæc Tacitus. Ideoque nec statuæ Judæis, et ipsum sub dio et apertum, dico majus illud et exterius templum; nam *interius clausum*, ut mox dicet.

Dio l. XXXVII. 'Nullam statuam Hierosolymis habebant, et Deum ineffabilem quendam, et visui non obnoxium arbitrantes, magna religione et super ceteros homines eum colunt. Cui et templum, MAXIMUM ET PULCHERRIMUM, nisi quod APERTUM et sine tecto ullo est, construxerunt.'

Sunt hæc verissima, pro Judæorum sano sensu: sed quem Ethnici depravarunt; et quia sub cœlo, et in illud aspicientes precabantur, rati sunt, cœlum ab iis adorari. Juvenalis: 'Nil præter nubes et cœli lumen adorant.' Alius Satiricus: 'Et cœli summas advocat auriculas.' Quasi putarent cœlum aures habere, idque invocarent. *Lipsius.*

[b] *Summum illud et æternum*] Quia Deus *summus* est, ipsum omnem superare speciem et imaginem mortalium crediderunt; et quia *immutabilis* est, mutabilibus *mortalibus*que *materiis* effingi, indignum Deo putaverunt.

rum Patrem coli,[c] domitorem Orientis,' quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis: quippe Liber festos lætosque ritus posuit; Judæorum mos absurdus[d] sordidusque.

6. Terra finesque, qua[1] ad Orientem vergunt, Arabia terminantur; a meridie[2] Ægyptus objacet; ab occasu Phœnices[e] et mare; septemtrionem a[3] latere Syriæ longe prospectant. Corpora hominum salubria et ferentia laborum: rari[4] imbres, uber solum:[f] fruges[5 g] nostrum ad morem; præterque eas balsamum[h] et palmæ.[i] Palmetis proceritas

est, *nonnulli crediderunt* honorari Bacchum, victorem Orientis, *minime convenientibus ritibus: nam Bacchus instituit cærimonias lætas hilaresque; ritus Judæorum tristis, infestus, fœdusque.*

*Regio limitesque, qua ad Orientem spectant, Arabia finiuntur; a meridie Ægyptus obtenditur; ab Occidente, Phœnices et pelagus; late porriguntur in septemtrionem ex parte Syriæ. Corpora genti valida et tolerantia laborum: infrequentes pluviæ, ferax tellus:* affluunt *messes fructusque nostris similes; et præter illas Balsamum et Palmæ. Palmetis sublimitas et pulchritudo. Balsamum exigua arbor;*

1 Ms. Harl. *quæ ad Orientem.*—2 Ms. Corb. *ei Ægyptus objacet.*—3 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *e latere Syriæ;* et sic Gronov.—4 Ms. Corb. *raro imbres.*—5 Sic Mss. Flor. et Agr. Brotierus habet *exuberant frug.* et sic Gronov. et Ryckius.

## NOTÆ

[c] *Liberum Patrem coli*] Bacchum a Judæis cultum, Plutar. in Sympos. tradidit, appellatumque eorum lingua Σάββον: unde *Sabbati* nomen: vane et ridicule.

*Liberum Patrem*] Plut. l. IV. Sympos. 'Bacchum vero a Judæis coli, id quoque argumento non levi est, quod inter multas pœnarum formas, una maxime odiosa est, qua vino interdicitur damnatis ad certum tempus, quod a Judice præscibitur.'

[d] *Absurdus*] Tristis, austerus, invisus, inusitatusque et alienus a moribus et indole aliarum gentium; quæ in festis Deorum ludos celebrabant et convivia, cum Judæi tum jejunia usurparent.

[e] *Phœnices*] Phœnicia pars vel regio Syriæ regionis ad mare Phœnicium, partem maris Syriaci. Hodie pars præfecturarum *Tripoli* et *Damas*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

[f] *Uber solum*] Hegesip. l. III. 6. 'Circa fertilitatem soli nulli secunda, maturitate certe fructuum prior omnibus. Nam cum adhuc alibi serantur frumenta, illic metuntur.'

[g] *Exuberant fruges*] Mihi vero vox ea ipsa *exuberare* videtur: legamque, *uber solum; fruges nostrum ad morem.* Lipsius.

[h] *Balsamum*] Propriam eam arborem Judææ esse plerique tradiderunt, nec alibi gigni. Justinus l. XXXVI. 'Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere, quod in his tantum regionibus gignitur.'

et decor.[j] Balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit,[6k] si[7] vim ferri adhibeas, pavent venæ;[l] fragmine

*prout quilibet ramus prægnat ac inflatur, si ferro secueris, exhorrent venæ; frag-*

Deleo cum Bipont. *Oberl.*—6 Ed. pr. *intimuit.*—7 Budens. non habet *si.*—

NOTÆ

Atque ita sane tunc fuerit. Postea, non dubium, stirpem eam in Ægyptum transisse; atque illic crevisse. Claudianus in Epithalamio Palladii: 'Gemmatis alii per totum balsama tectum Effudere cadis; duro quæ saucius ungue Niliacus pingui desudat vulnere cortex.' Perseverare etiam illic nostro ævo, qui peregrinati sunt, affirmant. *Lipsius.*

*Balsamum*] Plin. Nat. Hist. XII. 25. 'Ostendere arbusculam hanc urbi imperatores Vespasiani: clarumque dictu, a Pompeio Magno in triumpho arbores quoque duximus. Servit nunc hæc, et tributa pendit cum sua gente, in totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. Quippe viti similior est quam myrto. Malleolis seri dicitur, nuper vincta, ut vitis; et implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit; properatque nasci intra tertium annum fructifera. Folium proximum rutæ, perpetua coma. Sæviere in eandem Judæi, sicut in vitam quoque suam. Contra defendere Romani, et dimicatum pro frutice est. Seritque nunc eam fiscus,' &c.

*Balsamum*] Solinus XXXVIII. 'In hac terra tantum balsamum nascitur, quæ sylva intra terminos viginti jugerum, usque ad victoriam nostram claudebatur. At cum Judæa potiti sumus, ita luci illi propagati sunt, ut jam nobis latissimi colles sudent balsama. Similes vitibus stirpes habent, malleolis digeruntur, rastris nitescunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus foliis sempiterno inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum ferro, sine mora moritur. Ea propter, aut vitro, aut cultellis osseis, sed in solo cortice, artifici plaga vulneratur, ex qua eximiæ suavitatis gutta manat. Post lacrymam, secundum in pretiis locum poma obtinent, cortex tertium, ultimus honos ligno.' Hic Pompeii Magni *victoriam* intelligit.

[i] *Et palmæ*] Sic Hegesippus l. III. 6. 'Maximeque olea vestitus ager, aut vitibus intextus, aut palmis insignitus, inenarrabile quanto decori sit, cum vento impulsi palmarum ordines concrepant, et suaviores solito funduntur dactylorum odores.'

[j] *Proceritas et decor*] Plin. Natur. Hist. XII. 25. 'Proceritas intra bina cubita subsistit.'

[k] *Ut quisque ramus intumuit*] Plin. XII. 25. 'Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstivo unam concham impleri justum erat. Omni vero fœcunditate e majore horto congios senos, minore singulos, cum duplo rependebatur argento. Nunc etiam singularum arborum largior vena, ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur.

*Ut quisque ramus intumuit*] Nempe, cum succo illo benigno ac pretioso liquore plenus est ramus, ita ut velit se effundere, et exonerari egeat, &c.

[l] *Adhibeas, pavent venæ*] Sic inter-

lapidis[m] aut testa aperiuntur: humor in usu medentium[n] est. Præcipuum montium Libanum erigit,[o] mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque nivibus.[8] Idem amnem Jordanem alit[p] funditque. Nec Jordanes pelago ac-

*mento silicis vel testa exsolvuntur:* eo *liquore utuntur medici. Altissimum montium Libanum attollit, mirum memoratu, inter tantos æstus umbrosum et amicum nivibus.* Mons *idem fluvium Jordanem nutrit emittitque. Nec Jordanes in mare*

8 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *fidumque nimbis.* In margine Ms. Harl. addi-

NOTÆ

pungenda ista: et in *pavendi* verbo elegans metaphora. Plinius de eadem arbore: 'Inciditur vitro, lapide, osseisve cultellis: ferro lædi vitalia odit.'

Josephus, qui indigena: ὀξεῖ λίθῳ, aut ὄξεσι λίθοις, *acutis lapidibus,* incidi asserit. Falsus ergo cum Theophrasto Dioscorides, qui 'ferreis ungnibus' secari arborem credidit: falsus compilator Isidorus, qui 'percussum ferreis ungulis corticem.'

Pausanias l. XIX. nescio quid de Balsamo Arabiæ nugatur, et circa eum viperis. *Lipsius.*

*Pavent venæ*] Plin. 'Ferro lædi vitalia odit. Emoritur protinus; eadem amputari supervacua patiens.' *Pavent,* id est, metuunt, horrent, aversantur. Quod exprimit Plin. voce, *odit.*

[m] *Fragmine lapidis*] Plin. 'Et ramus crassior, quam myrto. Inciditur vitro, &c. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet.'

[n] *In usu medentium*] Plin. 'Corticis etiam ad medicamenta pretium est. Præcipua autem gratia lacrymæ; secunda, semini; tertia cortici, minima ligno.'

[o] *Præcipuum montium Libanum erigit*] Sic narrant qui videre, versus Damascum rupium, quas nos pendentes et incisas dicimus, præcipitio erigi montem Libanum. *Vertranius.* Quis est qui erigit? an terra ipsa et solum? ita videtur. *Pichena.*

*Terra,* scil. hæc erigit *præcipuum montium Libanum.* Supra: 'terra finesque,' &c.

*Libanum*] Libanus mons Syriæ proprie dictæ et Phœniciæ. Hodie ab incolis dicitur *Lebnon;* Arabes vocant *Loban:* est in præfecturis Tripolis et Damasci, atque in Souria regione Turcici imperii Asiatici.

Ad meridiem *Libani* montis, fuit mons *Anti Libanus,* in Syria proprie dicta, Phœnicia, et Judæa, sive Palestina regionibus vel provinciis. Hodie vocatur *Xouf:* est in præfecturis Tripolis et Damasci, &c. in Bibliis vocatur *Libanus,* et de isto hic loquitur Tacitus. *Tillemonius.*

[p] *Amnem Jordanem alit*] Non ex Libano, sed ex Antilibano fluit Jordanes fluvius: in quo et Hieronymus sui videtur oblitus fuisse, ubi ait: 'Jordanes ad radices oritur Libani, et habet duos fontes; unum nomine Jor, alterum Dan, qui simul juncti, Jordanis nomen efficiunt.' *Vertran.*

*Jordanem*] Jordanis amnis Judææ regionis, labitur in Mare Mortuum. Hodie Arabes vocant *Nahar-el-Chiria,* vel *Scheriach, Jourdain:* est in Terra Sancta. *Tillemon.*

cipitur: sed unum atque alterum lacum[q] integer perfluit, tertio retinetur.[r] Lacus immenso ambitu,[s] specie maris, sapore corruptior,[t] gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. Incertæ undæ[9] superjacta,[u] ut solido, ferunt:[10]

*erumpit: sed unum alterumque stagnum intemeratus pervadit*, et *tertio remanet. Palus immenso spatio, ad instar pelagi, sapore gravior, vehementia et accerbitate odoris finitimis pestilens, neque aura exagitatur, neque pisces aut solitas undis alites tolerat. Ambiguæ aquæ superimmissa, veluti firmo solo, sustinentur: gnari ignari-*

tum *nivibus*. Brotier.—9 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incertum unde*. Frustra tentabant Grotius et Freinshemius, *inerti undæ*. Brotier. Gronovius scribit *incertæ unde sup.* Brotierus ponit colon post *undæ*.—10 Sic Mss. Vatic. Flor. Reg. editio princeps, et recentiores. In Ms. Corb. *fert*. Ms. Agr. *feret*.

## NOTÆ

[q] *Unum atque alterum lacum*] Ita et Hegesippus l. III. 'Duos lacus victor egressus, tertio retinetur.' At Pausanias repugnat clare, et quidem oculatus, ut ait, testis, l. v. 'In Hebræorum terra fluvium quendam Jordanum et ipse novi, qui stagnum Tiberias subit; ac deinde alterum, cui Mare Mortuum nomen est, in qua ipsa palude consumitur.'

Sed Tacito nos jure fidem habemus; qui in Trachonitide lacum minorem esse scimus, quem primo Jordanis ingreditur, cui *Samochonitis* nomen. *Lipsius.*

*Unum .... lacum*] Aquæ Merom, vel Samachonitis, lacus tribus Nephthalim et dimidiæ tribus Manasses, trans Jordanem, in parte septemtrionali Judææ regionis. Hodie vocatur *Houlet Panias*, in tractu *Saphet*, et in Terra Sancta. *Tillemonius.*

*Alterum lacum*] Mare Galilææ, sive Tiberiadis; lacus tribuum Zabulon, Nephthali, Manasse, Gad, et Issachar, in Judæa regione, versus medium et septentrionem. Hodie *Tabarie* in Terra Sancta. *Tillemon.*

[r] *Tertio retinetur*] Mare Mortuum, vel Asphaltites lacus tribuum Juda, Benjamin, et Reuben, in parte meridionali Judææ regionis, &c. Hodie ab incolis dicitur *Bahheret Louth*, id est, lacus Lothi; a Francis vocatur *Mer Morte:* est in Terra Sancta. *Tillemon.*

[s] *Lacus immenso ambitu*] Sic Hegesip. VI. 18. 'Longitudo lacus ejus usque ad Zoaras Aradiæ dirigitur stadiis quingentis octoginta: latitudo stadiis centum quinquaginta usque ad vicina Sodomorum,' &c. Plin. v. 16. 'Asphaltites nihil præter bitumen gignit: unde et nomen. Nullum corpus animalium recipit; Tauri Camelique fluitant. Longitudine excedit centum millia passuum, latitudine maxima xxx. implet, minima sex.'

[t] *Sapore corruptior*] Hegesip. IV. 18. 'Aqua ipsa amara et sterilis, nihil recipiens generum viventium. Denique neque pisces, neque assuetas aquis et lætas mergendi ullas patitur aves. Lucernam accensam ferunt aquis supernatare sine ulla conversione exstincto demergi lumine: et quamvis demersum arte, quod vivat, difficile in profundo hærere.'

periti imperitique nandi[v] perinde attolluntur. Certo anni[11 w] bitumen egerit:[x] cujus legendi usum, ut ceteras artes, ex-

*que natandi perinde eriguntur. Stato anni* tempore *bitumen effundit: cujus col-*

Puteolanus, aliique deinde multi, *feruntur;* sic Ryckius et Gronov.—11 Frustra addunt Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *certo anni tempore.* Ægyptios autem bitumine in condiendis corporibus usos fuisse docet Strabo, XVI. p. 761. Χρῶνται δ' Αἰγύπτιοι τῇ ἀσφάλτῳ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν. *Brotier.*—

## NOTÆ

[u] *Incertæ undæ superjacta*] Emendatio e libris: vulgo est, *incertum unde.* Quod sententiam etiam recipere potest. Vide de tota re Hegesippum l. IV. 18. *Lipsius.*

*Incertæ undæ superjacta, ut solido feruntur*] *Incertam undam* accipio, quæ intuentes quasi ambigere cogat, verane sit, an solidum solum: idque propter bituminis colorem.

Constructio videtur: *Superjacta feruntur incertæ undæ,* (tertio casu, pro, ab incerta unda,) *ut solido.*

Nisi sententiam dividere malimus, ac plurali numero legere: *Incertæ undæ: superjacta, ut solido, feruntur.* Sed quoniam Cod. Flor. habet: *ut solido fer*. suspicor, an magis congruens lectio sit: *incertæ undæ, superjacta, ut solido ferunt.* Pichena.

Alii legunt, *inerti undæ.* Quod certe convenit Asphaltitæ. Sic 'iners Cocytus' apud Senecam. Trag. sic 'pigrum mare' infra de Mor. Germ. sed recte, *incertæ.* Et ideo *incerta* aqua, quia *iners;* quia scil. non movetur, nec *vento impellitur.* Quia non habet id, neque facit, quod aliæ aquæ solent, ideo *incerta* dicitur. Et quia non movetur et impellitur, hinc *gravitate odoris accolis pestifer* est. Itaque hic, *incertæ undæ superjacta,* idem est ac, *super incertam undam jacta,* nihil aliud.

*Incertæ undæ*] Hegesip. IV. 18. 'Mutare etiam ter in die colorem aquæ, et ad radios solis varie refulgere, non placuit pro vero locare, cum sit ipsius aqua lacus obscurior ceteris aquis, et quasi adustæ præferens similitudinem.'

[v] *Periti imperitique nandi*] Hegesip. IV. 18. 'Denique Vespasianum ferunt præcepisse, nandi ignaros, revinctis manibus in profundum dejici, eosque omnes illico supernatasse, quasi spiritu quodam venti levatos, et ad superiora vi magna repulsos resiliisse.'

[w] *Certo anni*] Ita libri: supple *tempore.*

[x] *Certo anni bitumen egerit*] Idem Plinius tradit. At Strabo l. XVI. Μεστὴ δὲ ἐστὶν ἀσφάλτου αὕτη· τοῦτον δὲ ἀναφυσᾶται κατὰ καιροὺς ἀτάκτους: *Plenus est ille lacus bitumine: hoc vero ebullit non statis temporibus.* Ibi Casaubonus ait, κατὰ καιροὺς ἀτάκτους, idem esse, quod in eadem re Diodoro Siculo κατ' ἐνιαυτὸν, *singulis annis:* quod sane videretur designare, certo tempore bitumen illud ebullire.

At Strabo rationem postea reddit, cur incerto tempore id miraculi fiat: 'Incerta,' inquit, 'nec stato tempore ebullitio fit; quia motus ignis non habet ordinem, qui nobis clarus et compertus sit; ut neque motus aliorum spirituum plurimorum.'

Manifesto, inquam, fatetur, incertum esse istiusmodi ebullitionis tempus, ex eadem causa, qua sæpe ignis vi terræ motuum e terra prorumpat. Xiphilinus de Vesuvio. 'Et hæc in ipso monte fiunt singulis annis, ut

perientia docuit. Ater suapte natura liquor, et sparso aceto concretus,[y] innatat: hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trahunt.[z] Inde, nullo juvante, influit, oneratque, donec abscindas: nec abscindere ære ferrove possis: fugit cruorem[a] vestemque infectam sanguine, quo fœminæ per menses exsolvuntur: sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, undantes bitumine[b] moles pelli, manuque trahi ad littus: mox, ubi vapore terræ, vi[12] solis, inaruerint, securibus cuneisque, ut trabes aut saxa, discindi.

*ligendi industriam, ut reliquas artes, experientia monstravit. Niger suopte ingenio humor, et superfuso aceto coalitus,* seu coagulatus, *innatat: hunc manu lectum* ii, *quibus id munus, in summa navigii ducunt, propellunt. Dein, nemine connitente, illabitur, impletque* navim, *donec abrumpas: nec abrumpere ære aut ferro queas: vitat sanguinem vestemque pollutam cruore, quo mulieres singulis mensibus exonerantur: sic prisci scriptores* memoravere. *Sed periti locorum docent, fluitantes liquoris moles trahi, et manu duci ad ripam: dein, postquam calore terræ, et ardore solis, exsiccatæ fuerint, securi,* bipennibus, *et cuneis, velut tigna aut silices diffindi.*

12 Ms. Corb. *vique solis.*

## NOTÆ

plurimum.' *Colerus.*

*Bitumen egerit*] Solinus c. 4. 'Bitumen nascitur in Judæa, quod Asphaltites gignit lacus, adeo lentum mollitie glutinosa, ut a se nequeat separari. Enimvero si abrumpere partem velis, universitas sequatur: scindique non potest, quoniam in quantum ducatur, extenditur. Sed ubi admota fuerint cruore illo [menstruali] polluta fila, sponte discerpitur; et applicita tabe, diducitur paulo ante corpus unum, fitque de tenacitate connexa, contagione partitio repentina.'

*Bitumen egerit*] Hegesippus IV. 18. 'Vagari super aquas bituminis glebas certum est atro liquore, quas scaphis appropinquantes colligunt, quibus id muneris est: hærere sibi fertur bitumen, ut ferro haudquaquam, vel alia præacuta metalli specie, recidatur. Sanguini sane cedit mulierum, quo menstrua solventes levari feruntur. Cujus attactu, vel urina, (ut allegant) quibus experiendi usus fuit, interrumpi proditur. Utilis autem ad compagem navium fertur, et corporibus hominum salubris, admixta medicamentis.'

[y] *Sparso aceto concretus*] Nempe ob frigiditatem aceti; quia bitumini inest spiritus igneus et sulphureus; hinc calor, hinc fluiditas liquoris, qui aceto veluti congelatur.

[z] *In summa navis trahunt*] Per *summa*, intellige, *tabulata.*

[a] *Fugit cruorem*] Gallicus interpres vertit, quasi liquor ille perinde paveret, fugeretque sanguinem menstruum ac ferrum et æs: ita fugit ut abrumpatur.

[b] *Undantes bitumine*] Vertit interpres Gall. quasi impellerentur moles illæ a ventis; nec satis attendit ad ea, quæ supra dixit Tacitus de illo lacu,

7. Haud procul inde campi,[c] quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos,[1] fulminum jactu[2] arsisse;[d] et manere vestigia, terramque ipsam,[3] specie torridam,[4] vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita, aut manu sata, sive herbæ tenues[5] aut flores, ut[6] solitam in speciem[e] adolevere, atra et inania[f] velut in cinerem vanes-

*Haud longe inde agri, quos tradunt quondam feraces, magnisque oppidis frequentatos, fulminum igne conflagravisse; et superesse monumenta* seu indicia, *solumque ipsum, specie* videri *aridum et ambustum, ac ferendarum frugum facultatem amisisse. Quippe omnia sponte genita, aut terræ mandata, sive usque ad gramen vel florem accrevere, sive consuetam formam maturitatemque attigere, nigra et vacua ac*

1 Quædam Edd. *habitos.*—2 Sic Mss. Corb. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *fulminis.* Latinus Latinius et Lipsius mallent, *ictu:* at recte quoque dicitur, *jactu.* Brotier. —3 Brotierus delet *ipsam:* Ryckii Ms. habet *ipsa.*—4 Sic bene Mss. et libri editi. Non ita bene Orosius, *solidam.* Brotier.—5 Brotierus cum Gronov. scribit *sive herba tenus aut flore.* Editio princeps et Beroaldus, *sive herbas tenues aut flores.* Mss. quoque et Puteolanus habent, *herbas et flores.* At in iis pro *tenues* scriptum *tenus.* Unde emendavit Rhenanus, *sive herba tenus aut flore.* Ryckius e Ms. suo Agr. edidit, *sive herbæ tenues aut flores;* quam lectionem cum Bipont. reducere non dubitavi. *Oberl.*—6 Brotier. cum Gronov. *seu solitam.* In Mss. Corb. Agr. et editione principe, *ut*

NOTÆ

'neque vento impellitur.'

Certe expirat halitus quidam, seu vapor, ex illo bitumine sulphureo, qui pestilens et gravis odore; sed ille flatus iners est et gravis, nec agitatur nec agitat; inde lues et gravitas odoris pestiferi, et illæ *undantes*, seu fluitantes bituminis moles pelluntur, trahunturque manu ad littus. *Undantes* dicit, quia undæ supernatant ac fluitant.

[c] *Haud procul inde campi*] Sic Hegesipp. IV. 18. 'Quinque itaque urbes incensæ, quarum umbra quædam et species in favillis videtur. Arsere terræ, ardent aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ recognoscuntur; atque adhuc manent.' Dicit forte ardere aquas, quia lacus ille spiritum igneum emittit, qui pestifer accolis, odore sulphuris, et quasi fulminis; quod tamen ex natura et vi bituminis promanare videatur in mente Taciti.

[d] *Fulminum jactu arsisse*] Orosius, *ictu*, sed recte, *jactu*, Florentino consentiente. Sic et Cicer. in Catil. orat. 3. 'Visas nocturno tempore ab Occidente faces ardoremque cœli, ut fulminum jactus, ut terræ motus,' &c. De divinatione libro II. 'Nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua jactusque fulminum extimuissent?' *Pichena.*

[e] *Solitam in speciem*] Quid est *in solitam speciem adolescere?* An non et herbæ et flores solitæ sunt species? Lego: *seu solidam in speciem adolevere*: ita vocat fructum. *Salmasius.*

Recte, *solitam in speciem*, id est, *solitam* aliis locis terrisque *speciem*, seu *solitam* formam aliis fructibus et qui alibi nascuntur. Quod *solidum* est, opponi videtur *speciei.* Nam si *species* est tantum, jam non *solidus*, neque verus fructus est.

cunt.[g] Ego sicut inclytas[7] quondam urbes igne cœlesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici[8] terram,[h] corrumpi superfusum spiritum, eoque fœtus segetum et autumni putrescere reor, solo cœloque juxta gravi. Et Belus[9] amnis[i] Judaico mari[a] illabitur: circa cujus os collectæ[10]

*evanida, velut in cinerem fatiscunt. Ego quemadmodum claras olim civitates flamma cœlesti arsisse non inficias ierim, ita existimo exhalatione paludis corrumpi solum, infici superambientem aërem, ideoque fructus messium, et autumni putrefieri, perinde infesto cœlo soloque. Et Belus flavius Judaico pelago excipitur: circa*

*solitam.* Sic quoque edidit Ryckius; sic et Bipont.—7 Sic Mss. Corb. Agr. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Flor. et Jes. *sicut indicas.* In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *sicut Judaicas.*—8 Ms. Guelf. *interfici:* at in marg. *infici.*—9 Idem Ms. et Edd. ante Rhenan. *Bellus.*—10 Ita Lip-

## NOTÆ

[f] *Atra et inania*] Hegesipp. IV. 18. 'Spectes illic ad speciem poma viridantia, formatos uvarum racemos, ut edendi generent spectantibus cupiditatem: si carpas, fatiscunt ac resolvuntur in cinerem, fumumque excitant, quasi adhuc ardeant.'

[g] *Velut in cinerem vanescunt*] Solin. 38. 'Longo ab Hierosolymis recessu tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum testatur humus nigra et in cinerem soluta. Duo ibi oppida, Sodomum nominatum, alterum Gomorrum. Apud quæ pomum gignitur, quod habeat speciem licet maturitatis, mandi tamen non potest. Nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum eximia cutis cohibet, quæ, vel levi tactu pressa, fumum exhalat, et fatiscit in vagum pulverem.'

[h] *Halitu lacus infici terram*] Plin. XXXV. 15. 'Fulmina et fulgura quoque sulphuris odorem habent: ac lux ipsorum sulphurea est. Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra; limus e Judææ lacu, ut diximus, emergens,' &c.

Nihil mirum igitur, si tali sulphureo halitu aër superfusus inficitur, cum terra illa bitumine conferta, etiam sit suopte ingenio infecta; hincque et infectæ omnes, quæ ibi nascuntur fruges.

[i] *Belus amnis*] Plin. Natur. Hist. XXXVI. 26. 'Pars est Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Judææ, intra montis Carmeli radices, paludem habens, quæ vocatur Cendevia. Ex ea creditur nasci Belus amnis, quinque millium passuum spatio in mare perfluens, juxta Ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit, insalubri potu, sed cærimoniis sacer, limosus, vado profundus; non nisi refuso mari arenas fatetur. Fluctibus enim volutatæ nitescunt, detritis sordibus,' &c.

*Belus amnis*] Pagida, vel Pigida, et Pacida, sive Belus, rivus Phœnices regionis, teste Plinio v. 19. *Tillemon.*

[a] *Judaico mari*] Pars est Syriaci maris, quæ alluit Judæam regionem: hodie totum mare Syriacum vocatur *mer de Sourie;* pars est orientalior maris Mediterranei, ad oram Souriæ. *Tillemon.*

arenæ, admixto nitro,[11] in vitrum[j] excoquuntur, modicum id littus et[12] egerentibus inexhaustum.

8. Magna pars Judææ vicis dispergitur: habent et oppida. Hierosolyma[k] genti[1] caput. Illic immensæ opulentiæ templum, et primis munimentis[2] urbs,[1] dein Regia:[3] templum

*hujus* amnis *ostium congestæ arenæ, adjuncto nitro, in vitrum efformantur, exigua ea ripa, sed educentibus haurientibusque quam uberrime sufficit.*

*Maxima pars Judææ pagis habitatur; habent etiam urbes. Hierosolyma nationi sedes præcipua. Illic inexhaustæ opulentiæ delebrum, et primis mœnibus oppidum,*

sius et recentiores. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *conjectæ arenæ.* In Mss. Flor. Reg. Farnes. Corb. Agr. et editione principe, *lectæ arenæ.* Quod melius puto. *Brotier.*—11 Sic bene Ms. Reg. Rhenanus et recentiores. Perperam vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *vitro.* In Ms. Jes. *intro.* Idem.—12 Gronov. et Brotier. *sed egerentibus:* et ita Rhenanus, Lipsius, Ryckius aliique plurimi. In Mss. et veteribus editionibus, *et egerentibus.* Quod Cl. Ernesto probatum. *Brotier.*

1 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *gentis caput.*—2 *Primis* habent libri omnes scripti et editi. Mallet tamen Lipsius, *trinis,* quod urbis Hierosolymorum tres essent partes, suis quæque defensæ munimentis. Male Beroaldus, *monumentis.* Ryckius e Ms. Agr. *ex primis munimentis urbis,* id est, *præcipuum munimentum urbis.* Brotier.—3 Sic optime Mercerus et recentiores. Pessime Ms. Corb. *urbs deningia.* Ms. Reg. *urs ob denigia.* Editio princeps, *urs ob dein jugis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *urbs: dein jugis.* Unde Rhenanus emendaverat, *urbs dejugis.* Tentabat Lipsius, *urbs, ob dejugia.* Ryckius e suo Ms. Agr. male edidit,

## NOTÆ

[j] *In vitrum*] Plin. XXXVI. 26. 'Quingentorum est passuum non amplius littoris spatium: idque tantum multa per sæcula gignendo fuit vitro. Fama est, appulsa nave mercatorum nitri, cum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri e nave subdidisse. Quibus accensis, permista arena littoris, translucentes nobilis liquoris fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri. Mox ut est assueta et ingeniosa solertia, non fuit contenta nitrum miscuisse, cœptus et addi Magnes lapis: quoniam in se liquorem vitri quoque, ut ferrum trahere crederetur,' &c.

[k] *Hierosolyma*] Sic appellata est ex *Jeru* et *salem,* id est, *videbitis pacem;* quæ et dicitur *pacis visio.* Paulus enim sic habet, 'deinde autem et Rex Salem, quod est Rex pacis.'

At Josephus libro VII. antiq. 3. a Davide (unde ei muri circumdati sunt) *Hierosolyma* dictam putat, quæ prius *Solyma* tantum vocabatur. 'Hieron vero, Hebræa lingua, munitio est.' *Salin.*

[1] *Primis munimentis urbs*] Ex Josepho et Zonara legam, *et trinis munimentis.* Nam triplici muro circumdatam eam fuisse, uterque is scriptor te docebit. Josephus lib. VI. Excidii cap. 6. Zonaras tomo 1. *Lipsius.*

Recte *primis munimentis:* nam statim addit, *dein regia;* quasi diceret, secundis munimentis *regia;* mox et subjicit, *intimis* seu tertiis munimentis *templum.*

*Primis monumentis urbs dejugis, tem-*

intimis[4] clausum : ad fores tantum[5] Judæo[6] aditus :[m] limine,[7] [n]

*dein sedes principatus: delubrum interioribus* muris *septum: ad valvas* templi

*urbis, alienigenis templum interius clausum.* Brotier. Budens. *et pr. m. urbs de uigia* (scil. *de jugia*). Bipont. totum locum ita refingunt : *ex pr. m. urbi, dein vigiliis, ad postremum fœminis clausum.* In alia abit Heinsius. Equidem ingenue fateor, mihi non liquere. A Mercero receptam lectionem sat commode reddit Dotteville interpres. *Oberl.*—4 *Intimis* abest a Ms. Corb. Frustra tentat Cl. Ernestus, *cunctis*, vel *adeuntibus clausum.* Brotier.—5 Male Ms. Guelf. *ad fores tamen.* Idem.—6 Perperam Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *Judææ.* Brotier.—7 Ed. pr. vitiose *lumine.* Ernest.—

## NOTÆ

*plum intimis clausum*] Variant libri, sed omnes tamen constanter *gia*, non *gis*, referunt. Itaque lego, *primis munimentis urbs, dein regia, templum intimis clausum.*

Nam trinus ambitus murorum, et regia proprios muros habuit. Præter alios Tacitus ipse paulo post : 'Alia intus mœnia regiæ circumjecta.' *Mercerus.*

*Primis munimentis*] Prima ergo munimenta respectu aliorum : *prima* enim castellum Davidis, *secunda* Acra dicebantur, *intima* vero, quæ templo circumdata sunt. Tacitus capite 12. 'Extrema et latissima mœnia Simon, mediam urbem Joannes, quam et Bargioram vocabant : templum Eleazarus firmaverat.' *Salinerius.*

Vulgo, *urbs dejugis*, suo quidem sensu, sed non a libris. *Pich.*

*Dejugis* explicant, disjuncta et separata ; quia *urbs* scil. sua habuit munimenta separata a munimentis templi. Sed melius de regia intelligitur, et legitur ; quod explicare videtur Tacitus, quasi diceret, *primis* seu exterioribus *munimentis urbs, dein* interioribus *regia* et *intimis* templum clausum.

*Templum*] Templum Domini, vel domus Domini, et sanctuarium, fuit in secunda parte urbis Jerusalem, et quæ dicebatur *filia Sion*, et *civitas inferior*, primo conditum super montem Moriam. Hodie a Turcis vocatur *Gameat et Sakhra*, id est, Mosquea aut templum Rupis, a Christianis dicitur *Templum Salomonis*, est in parte orientali Jerosolimæ novæ : ex Adrichom. *Tillem.*

*Regia*] Domus David, vel palatium Davidis et regum Judæ, &c. fuit in monte Sion, et in parte meridionali antiquæ urbis Jerusalem. Hodie ruinæ tantum extra mœnia urbis : ex Adrichomio p. 150. num. 3. *Tillemon.*

[m] *Ad fores tantum Judæo aditus*] Illæ *fores* erant argento solido exornatæ, et etiam auro. Sic Hegesipp. v. 42. 'Ingenio tamen Cæsar [Titus] præveniens, januas argento opertas succendi jussit, quibus igne admoto, argentum defluere cœpit.' Et infra : 'Unus de Romanis semiustam nactus materiem, quæ de fastigio deciderat, adulto igne, portæ admovit quæ aurea nuncupatur, quod auro vestitas habebat fores.' Et c. 34. Sic Titus ad Judæos : 'Quid sibi volunt, Johannes, impressi illi ante fores templi apices elementorum ? nonne significant, neminem, nisi sacratum, debere templo appropinquare ? Quid illa septa pro templo ? nonne ut conspectus arceant universorum liberos, solisque mysticis pateat secretorum

præter Sacerdotes, arcebantur.[8] Dum Assyrios[o] penes Medosque[p] et Persas[q] Oriens fuit, despectissima pars servienti-

*accedere soli Judæo fas: limine* etiam *prohibebantur* omnes Judæi, *præter sacerdotes. Dum Assyrii Medique et Persæ Orientem obtinuere, contemtissima pars*

8 Pro *arcebantur* legendum *arcentur* totus contextus clamat. *Idem.*

NOTÆ

cognitio; atque hic sit liber aspectus, quibus est legitimus ingressus? Prospectus excluditis peregrinorum, et accessus cogitis. Scribitis, ut nullus ingrediatur advena, nullus peregrinus introeat; et peregrinum sanguinem intra templum funditis, advenarumque simul et civium cruore vestra altaria commaculatis.'

[n] *Limine*] Distingue igitur inter *fores* et *limen:* per *limen*, intelligunt aditum penetralis atque adyti interioris seu sanctuarii.

[o] *Assyrios*] Assyriorum monarchia, omnium prima fuit; extensa pro variis temporum rationibus per *Asiam* et *Africam*, partes orbis terrarum.

In Asia, pars *Sarmatiæ Asiaticæ* et *Armeniæ Majoris*, quædam provinciæ Asiæ minoris peninsulæ, veluti *Cappadocia*, *Cilicia*, et *Lydia:* his addendæ regiones *Syria*, *Assyria*, *Media*, *Bactriana*, *Persis*, et *Arabia*, parsque *Indiæ* citerioris. In Africa, *Libya*, *Ægyptus*, et quædam pars *Æthiopiæ*.

Post mortem Sardanapali, ultimi Assyriorum regis, hæc monarchia in duo regna divisa: regnum *Babyloniæ et Assyriæ* fuit in parte occidentali, regnum vero *Medorum et Persarum* in latere orientali.

Hodie hic sunt pars *Moscoviæ*, major pars imperii *Turcici Asiatici*, regnum *Persiæ* integrum, aliquid *Magnæ Tartariæ* et imperii *Magni Mogolis*, regnum et desertum *Barca*, Ægyptus vel *Egypte* recentior, et pars *Abissiniæ*, &c. *Tillemon.*

[p] *Medos*] Media regio Asiæ, fuit aliquando pars monarchiæ Assyriorum, postea vero imperii Persarum sive Parthorum: hodie provinciæ integræ *Kilan* et *Adirbeitzan*, et pars provinciæ *Erak Atzen*, in regno Persiæ recentiore. *Tillemon.*

[q] *Persas*] Secunda monarchia fuit Persarum; extendebatur vero pro variis temporibus per Asiam, Africam, et Europam.

In Asia, regna *Persarum* et *Medorum*, regiones *Assyria*, *Syria*, *Armenia major*, *Colchis*, aliique populi circa montem *Caucasum; Asia minor* peninsula, cum insulis adjacentibus, et *Cypro* insula, pars *Indiæ* citerioris, pars Scythiæ magnæ, ubi *Sucæ* et *Caspii* populi; his etiam addendi *Arabes* sub clientela regum Persarum.

In Africa, *Libya*, *Ægyptus*, et pars *Æthiopiæ* his adjacens. In Europa, *Thraces* et *Getæ* populi aliquando victi a Persis, et *Insulæ* maris *Ægæi* usque ad oram Thessaliæ, tributum pendebant regi Persarum.

Hodie hic sunt, regnum *Persiæ*, *Turcicum imperium Asiaticum* cum *Georgia* forsan integra, pars imperii *Magni Mogolis*, et pars occidentalis *Magnæ Tartariæ*, ad mare Caspium, quibus addi potest *Arabia*, in Asia. In Africa recentiore, regnum et desertum *Barca*, Ægyptus sive *Egipte*, pars *Abissiniæ* et forsan pars *Nubiæ* his vicina.

In Europa, pars quædam *imperii*

um: postquam Macedones præpotuere,[r] Rex Antiochus,[s] demere superstitionem et mores Græcorum dare annixus,[9] quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est: nam ea tempestate Arsaces desciverat.[10 t] Tum Judæi, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis (et Romani procul erant[11]) sibi[12] ipsi Reges

*subditorum* Judæi: *ubi Macedones imperavere, rex Antiochus, auferre religionem, et ritus Græcorum præscribere conatus, Parthorum armis impeditus est, quominus fœdissimam gentem ad meliora flecteret: quippe eo tempore Arsaces defecerat. Tum Judæi, contusis Macedonum viribus, Parthorum nondum coalitis aut firmatis, (et Romani longe distabant,) sibi ipsi reges constituere: qui incon-*

9 Ms. Budens. *annisus.*—10 Cl. Ernestus existimat verba hæc, *nam ea tempestate Arsaces desciverat*, esse additamentum imperiti hominis. Bipont. tuentur.—11 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *procul aberant*; et sic Gronov. et Ryckius.—12 Ms. Corb. *sed ipsi.*

## NOTÆ

*Turcici* versus septemtrionem et in Archipelago.

Postquam Persæ victi sunt a *Græcis*, mansit tamen nomen *imperii Persarum*: hoc nomine comprehendebantur variæ regiones Asiæ, veluti Media, Parthia, Bactriana, Aria, Persis, et Assyria, quæ antea partes erant monarchiæ Persarum, postea vero fuerunt monarchiæ Græcorum: de hoc *imperio Persarum*, vide notas ad Annales lib. VI. c. 31. *Tillemon.*

[r] *Macedones præpotuere*] Tertia monarchia, fuit Græcorum sive Macedonum, complectebatur partem Europæ, Asiæ, et Africæ.

In Europa, *Græcia* omnis, pars Illyrici, ubi *Thraces* et *Triballi* populi: aliquando etiam *Daci* victi ab Alexandro Magno rege Macedonum, &c.

In Asia, *Asia minor* peninsula, *Cyprus* insula, *Syria* regio, pars *Arabiæ*, imperium *Persarum*, sub quo nomine censentur *Media, Bactriana, Persis, Assyria, &c. pars Indiæ* ad occidentem Gangis fluvii.

In Africa, *Libya*, et *Ægyptus* regiones. Post mortem Alexandri Magni regis Macedonum, &c. hæc monarchia divisa fuit in varia regna et præfecturas, usque ad tempora quartæ monarchiæ, quæ est Romanorum.

Hodie in hoc tractu sunt, pars major *imperii Turcici Europæi* et *Asiatici*, *Arabia*, pars occidentalis imperii *Magni Mogolis*, pars quædam *Magnæ Tartariæ* ad occidentem et prope Persiam, omne regnum *Persiæ*, regnum et desertum *Barca*, atque Ægyptus. Ex Matthiæ hostoria monarchiar. *Tillem.*

[s] *Rex Antiochus*] De quo Plutar. in Apoph. regum: 'Antiocho obsidenti Hierosolyma, Judæi, ut maximam suam festivitatem possent celebrare, septem dierum inducias poposcerunt: non id modo concessit, sed et tauros auratis cornibus apparavit, aromatumque copiam, et usque ad portas cum pompa deduxit, traditaque ipsorum sacerdotibus victima, in castra rediit. Quod mirati Judæi, statim post exactos festos dies, deditionem fecerunt.'

[t] *Arsaces desciverat*] Is primus Par-

imposuere: qui mobilitate vulgi expulsi, resumta per arma dominatione, fugas civium, urbium eversiones, fratrum, conjugum, parentum neces aliaque solita Regibus ausi, superstitionem fovebant: quia honor Sacerdotii, firmamentum potentiæ,[u] assumebatur.

9. Romanorum primus Cn. Pompeius Judæos[1] domuit;[v] templumque jure victoriæ ingressus est.[w] Inde vulgatum, 'nulla intus Deum effigie[2] vacuam sedem et inania arcana.' Muri Hierosolymorum diruti,[3] delubrum mansit. Mox, civili inter nos[4] bello, postquam in ditionem[5] M. Antonii provinciæ cesserant, Rex Parthorum Pacorus Judæa poti-

*stantia plebis ejecti, reciperato per vim regno, exilia civium, oppidorum excidia, cædes fratrum, uxorum, parentum, aliaque sueta regibus* facinora perpetrare *ausi, ritum tuebantur: quia dignitas sacerdotii,* velut *munimentum imperii, accipiebatur.*

*Primus Romanorum Cn. Pompeius Judæos subegit; et jure victoriæ fanum introiit. Hinc increbuit,* nullas intus Deorum imagines, vacuum penetrale, et vana mysteria. *Mœnia Hierosolymorum subversa* sunt, *sacra ædes stetit. Dein, bello civili inter nos, postquam in potestatem M. Antonii provinciæ* Orientis *venerant,* cum *Pacorus rex Parthorum Judæam occupasset, occisusque a P. Ventidio,*

1 *Judæos* abest a Ms. Corb. Illud quoque omisit Lipsius.—2 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *nullas intus Deum effigies.* Brotier.—3 Ms. Budens. *dirupti.*—4 Ita Ms. Agr. et Cl. Ernestus, qui tamen vel *civili,* vel *inter nos* redundare existimat. In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *civili interno bello.* Puteolanus, *civili bello interno.*—5 Male Mss. Bodl. Jes. Corb. *in ditione.* Brotier.

NOTÆ

thorum opes auxit, tanti imperii conditor, a quo ceteri reges Parthorum et principes Arsacidæ dici cœperunt.

[u] *Quia honor sacerdotii firmamentum potentiæ*] Regiæ majestati adjungebant dignitatem summi pontificis, ut sic angustiores, sanctiores, et venerabiliores essent reges utraque potestate nixi, et sic auctoritate apud populos prævalerent: sic et Ethnici Imperatores Romani, non solum, ut tribuni, fuerunt sacrosancti, sed et ideo summum pontificatum sibi vindicarunt; etiam et ipsi Christiani principes usque ad Gratianum, qui tandem profanum decus sprevit.

[v] *Romanorum primus Cneius Pompeius Judæos domuit*] Hæc pluribus a Josepho narrantur libro Antiq. XIV. 8. primumque Pompeium refert Judæos in Romanorum ditionem redegisse, et postea Crassum, quod a Tacito est prætermissum, in Parthos euntem e templo pecuniam omnem abstulisse, quam Pompeius ne attingere quidem voluerat. *Lupan.*

[w] *Templumque jure victoriæ ingressus est*] Hegesipp. I. 17. 'Denique Pompeius curarum istiusmodi declinans superflua, dum triumpho potius am-

tus, interfectusque a P. Ventidio, et Parthi trans Euphraten[x] redacti: Judæos C. Sosius[6] subegit. Regnum, ab Antonio Herodi datum, victor Augustus auxit.[7] Post mortem Herodis, nihil expectato Cæsare, Simo[8] quidam Regium nomen invaserat. Is a Quintilio Varo, obtinente Syriam, punitus: et gentem coërcitam liberi Herodis tripartito rexere. Sub Tiberio quies: dein[9] jussi a C. Cæsare, 'effigiem ejus in templo locare,' arma potius sumsere: quem motum Cæsaris mors diremit. Claudius, defunctis Regibus, aut ad modicum redactis,[y] Judæam provinciam Equitibus Romanis aut libertis permisit; e quibus Antonius Felix,[z] per om-

*et Parthi ultra Euphratem repulsi* essent; *C. Sosius Judæos domuit. Antonius Herodi regnum concesserat, et victor Augustus adauxit. Post obitum Herodis, haud consulto principe, Simon quidam regium vocabulum usurpaverat. Is a Quintilio Varo, regente Syriam, interfectus* est; *et nationem compressam filii Herodis, diviso in tres partes regno, gubernavere. Sub Tiberio pax: dein cum* eis *imperasset Caligula*, imaginem suam in delubro statuere, *potius arma capessere: quod bellum Caligulæ interitus discussit. Claudius, mortuis regibus, vel in arctum restrictis, Judæam provinciam equitibus Rom. aut libertis concessit; inter quos Antonius*

—6 Ms. Corb. *C. Sesius.* Ms. Ryckii *C. Sestius.*—7 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male Rhenanus, *Augustus sanxit.* Brotier.—8 Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editiones veteres, cum Gronov. Ryckio et Brotier. *Simon.* Cl. Ernestus, *Simo.*—9 Mss. Harl. Corb. *deinde jussi.*

NOTÆ

busta ambiret, sequentibus sese suorum plurimis, vidit tabernaculum secundum, quod soli principi sacerdotum solenni accessu patebat; atque intus inspexit lucernam et mensam, et thymiamata, et tabulas testamenti: superque eas Cherubim, et multitudinem aromatum dispersam, et sacræ pecuniæ talenta duo millia, in quibus quamplurimum auri esset; integer tamen ab omni cupiditate, vel ipsa, vel si qua sacrorum vasorum inventa sunt, intacta servari præcepit.

[x] *Euphraten*] Euphrates, fluvius Armeniæ majoris, Asiæ minoris, Syriæ, Assyriæ, Arabiæ desertæ, &c. regionum; ubi jungitur cum Tigri fluvio, ambo vocantur *Pasitigris*, et in Persicum sinum se exonerant.

Hodie Euphrates vocatur a Turcis *Morat-Sou*, et a Francis *Euphrate*: labitur per Armeniam recentiorem, Natoliam, Souriam, Diarbeck, Beriaram seu Arabiam desertam, &c. regiones imperii Turcici Asiatici, &c.

Ubi vero conjungitur cum fluvio Tigri, ambo vocantur ab Arabibus recentioribus *Schat-el-Arab*, et deinde in sinum Balsoræ se exonerant. *Tillemon.*

[y] *Ad modicum redactis*] Id est, ad tenuem aliquam portionem regni, veluti Tetrachiam. Sic enim Romani regna partiebantur inter plures, ut potentiam et opes regum infringerent, sicque facilius in obsequio continerent.

[z] *Antonius Felix*] Qui veluti regem se ferebat; non tam quia Drusillam neptem reginæ Cleopatræ duxerat,

nem sævitiam ac libidinem, jus Regium servili ingenio exercuit, Drusilla, Cleopatræ[a] et Antonii nepte, in matrimonium accepta: ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.

10. Duravit tamen patientia Judæis usque ad Gessium Florum,[b] Procuratorem. Sub eo bellum ortum; et compri-

*Felix, per omnem immanitatem atque luxuriam, potestatem regiam servili animo gessit, ducta uxore Drusilla, nepte Cleopatræ et Antonii:* ita *ut Felix esset progener ejusdem Antonii, et Claudius nepos.*

*Mansit tamen tolerantia Judæis usque ad Gessium Florum, procuratorem. Sub*

## NOTÆ

quam quia Pallas frater ipsius in flagranti gratia, et qui consuetudine stupri cum Agrippina et socordia Claudii tum præpollebat.

[a] *Drusilla, Cleopatræ*] Progener ergo erat Antonii, cum maritus esset neptis Antonii ex Cleopatra. Claudius vero natus ex Druso et Antonia minore, nepos fuit Antonii.

Indignatur itaque Cornelius, ejusdem Antonii fuisse progenerum Felicem, et nepotem Claudium; illum libertum, hunc vero principem Romanum, utrimque ex nobilissimis familiis genitum. *Ferrettus.*

Antonius Felix, Judææ procurator, Drusillæ maritus fuit, Actis Apostolorum 14. ea vero Cyprus et Agrippæ filia erat: ipsaque Cyprus ex Cleopatra et Marco Antonio nata. Sic Felix Antonii progener, Claudius Cæsar ex Druso Germanico et Antonia minore natus, hæc Marci Antonii ex Octavia filia, ideo dicitur fuisse Antonii nepos. *Vertran.*

*Drusilla, Cleopatræ*] Dicitur *trium reginarum maritus* Felix; et Josepho *Claudius* appellatur, ob Claudium scil. patronum, et *Antonius*, ab Antonia patrona, quæ mater Claudii. Ille uxores duxerat tres, non quæ proprie reginæ essent, (si Drusillam excipias,) sed quæ regio sanguine ortæ essent, et filiæ regum: nam v. c. Berenice regina dicitur, et tamen non video habuisse regnum, sed tantum forte provinciam aliquam, seu partem modicam Judææ: de qua re tamen nihil reperio, nec fuit etiam uxor regis; nam de nuptiis Titi sic non cogitasset. Et sic video filios præcipue natu majores Regum, passim dici reges, etiam cum imperium nondum adepti essent. Sic Pacorus filius Orodis regis Parthorum, rex appellatur ab auctoribus; forte sic, quia ordo nascendi et verecundia ætatis eos certo imperio destinabat. Sic Epiphanes dicitur Tacito hisce libris rex, qui scilicet pugnans pro Othone vulneratur, licet filius tantum fuerit Antiochi Comagenorum regis.

[b] *Usque ad Gessium Florum*] Primus Cæsaris procurator Judææ cum imperio Pontius Pilatus præfuit, a Tiberio missus, cum scil. Judæa pulso in exilium Archelao, in formam provinciæ redacta esset.

Deinde a Cæsaribus investiti Tetrarchæ, per aliquot annos in illa regnarunt; tandemque ad procuratores administratio rediit: hique ex ordine fuere, Felix, Albinus, Festus et Florus. *Vertran.*

mere cœptantem[r] Cestium Gallum,[c] Syriæ Legatum, varia prælia ac sæpius adversa excepere.[2] Qui ubi fato, aut tædio occidit, missu Neronis Vespasianus fortuna famaque et egregiis ministris, intra[3] duas æstates, cuncta[4] camporum omnesque, præter Hierosolyma,[5] urbes, victore exercitu tenebat. Proximus annus civili bello intentus, quantum ad Judæos, per otium transiit. Pace per Italiam parta,[6] et externæ curæ rediere. Augebat iras, quod soli Judæi non

*illo bellum exarsit; et coërcere incipiens Cestius Gallus, rector Syriæ, diversa certamina commisit, et sæpius improspera. Qui postquam sua morte, aut ægritudine animi interiit, jussu Neronis Vespasianus fortuna famaque, et acribus ministris, intra duos annos, omnem regionem, cunctaque oppida, præter Hierosolymam, victricibus legionibus obtinebat. Sequens annus civilibus armis occupatus, quod* spectat *ad Judæos, per quietem elapsus est. Rebus in Italia compositis, simul externæ so-*

1 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Bud. Corb. et editione principe, *comprimere receptantem.* Puteolanus, *comprimere reos cœptantem.* Nec aliter Ms. Bodl. licet habeat *ceptantem.* Ms. Jes. *reos captantem.* Ms. Harl. *eos captantem.* Unde non displiceret, *comprimere eos cœptantem,* ni prius dictum fuisset, *sub eo bellum ortum.* Brotier.—2 Sic bene Puteolanus; et sic vulgo Mss. Perperam Ms. Reg. et editio princeps, *accipere.* Ms. Bud. *excipere.* Idem.—3 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. et editionibus veteribus, *inter duas.*—4 Ms. Corb. *cuncta composuit.*—5 Ita Puteolanus ac recentiores, et ex communi usu Taciti. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Bud. Guelf. et editione principe, *præter Hierosolymam.* Brotier.—6 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg.

## NOTÆ

[c] *Cestium Gallum*] Idem Suetonio narratur Vespas. capite 4. 'Judæi rebellarunt, cæsoque præposito, legatum insuper Syriæ consularem, suppetias ferentem, rapta aquila fugarunt.'

In Josepho hæc ipsa, et plane omnia vide. Sed quis tamen *præpositus* ille *cæsus?* Ita enim Suetonius, nec rem tam notabilem vel Josephus vel Tacitus dixere. Immo ille plane contra; dicit Florum, qui tunc *præpositus fuit,* evasisse, et bellum iis fecisse.

An *cæsoque præsidio?* Ita enim Eutropius, qui sua solet ex Tranquillo describere: 'Exstinctis Romanis præsidiis, legatum quoque Syriæ suppetias ferentem, rapta aquila fugarunt:' sunt ipsa, ut vides, Tranquilli.

An verius, *Gessiumque Florum* (id ei nomen) fugatum, ac tum etiam Cestium Gallum? *Lipsius.*

Recte apud Sueton. *cæsoque præposito:* quia scil. cohortes, quæ in præsidiis erant, *cæsæ* sunt; et licet ille evaserit cædem aut cladem, tamen sic pro *cæso* habitus est, et sic vulgata fama, historiaque scripta ex rumoribus: unde et sumsit Suetonius, ut solet. Sic vulgatus rumor, olim Pæto duce, ac Nerone imperante, missas sub jugum legiones a Parthis: et rem ut certissimam, statim affirmat Suetonius, cui judicium et trutina Taciti sæpe defuit.

cessissent. Simul manere apud exercitus[7] Titum, ad omnes Principatus novi eventus casusve utilius[8] videbatur. Igitur castris, uti[9] diximus, ante mœnia Hierosolymorum[10] positis, instructas legiones ostentavit.

11. Judæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri, et, si pellerentur, parato perfugio. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus[d] ambigue certavit. Mox cessere hostes, et sequentibus diebus crebra pro portis prælia serebant:[1] donec assiduis damnis intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum versi, neque enim dignum videbatur, famem hostium opperiri:[2] poscebantque pericula, pars virtute, multi ferocia et cupidine præmiorum. Ipsi Tito Roma et opes voluptatesque ante oculos: ac,[3] ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. Sed urbem, arduam situ, opera molesque firmaverant, quis vel plana satis munirentur. Nam duos colles, immensum[4]

*licitudines revertere. Gravabat indignationem, quod soli Judæi non paruissent. Etiam magis expedire credebatur, retineri apud legiones Titum, ad omnia imperii recentis eventa et accidentia. Itaque* Titus *castra metatus, uti memoravimus, ante muros Hierosolymorum, ordinatas in acie legiones monstravit.*

*Judæi pro ipsis munimentis direxere aciem, rebus prosperis ulterius progressuri, et, si vincerentur, promto receptu. Missus in illos equitatus cum expeditis cohortibus, ancipiti Marte pugnavit. Dein abscessere hostes, et proximis diebus frequentes pro portis pugnas conserebant: donec, continuis cladibus, intra muros redigerentur. Romani ad oppugnationem flexere, neque enim decorum credebatur, expectare penuriam hostium: postulabantque discrimina, pars fortitudine, plerique audacia et cupiditate opum. Ipsi Tito Urbs ob oculos, et divitiæ deliciæque: ac, nisi confestim oppidum corrueret, moram injicere votis putabatur. Sed civitatem, inaccessam ingenio loci, munimenta aggeresque muniebant, quibus vel in plano* sita oppida *satis*

Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *parata*. Idem.—7 Mss. Harl. Corb. *apud exercitum*.—8 Ita Pichena et recentiores e Ms. Flor. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Agr. Guelf. et editionibus veteribus, *utile videbatur*.—9 Ms. Harl. *ut*.—10 Ms. Corb. et editio princeps, *ante Hierosolymorum mœnia*.

1 Ms. Corb. et editio princeps, *ferebant*.—2 In Ms. Reg. et editione principe, *experiri*.—3 A Ms. Agr. abest, *ac*.—4 Ita editio princeps et recentiores.

NOTÆ

[d] *Cum expeditis cohortibus*] Sic vertunt, quasi illæ cohortes levis armaturæ miles esset, ut Cretenses et Arabes, qui optimi sagittarii. Sed forte erant validissimæ cohortes sociorum, aut etiam legionariorum, quæ separatæ mererent ab aquila. Sæpe certe pugnacissimos et promtissimos eligebant, armatura tamen gravi.

editos,[e] claudebant muri, per artem obliqui, aut[5] introrsus[6] sinuati; ut latera oppugnantium ad ictus patescerent. Extrema rupis[f] abrupta: et turres, ubi mons juvisset, in sexaginta pedes, inter devexa, in centenos vicenosque[7] attollebantur: mira specie, ac procul intuentibus pares. Alia intus mœnia, Regiæ circumjecta:[8] conspicuoque[9] fastigio turris *Antonia*,[g] in honorem[10] M. Antonii ab Herode appellata.

12. Templum in modum arcis propriique muri, labore et opere[1] ante alios: ipsæ porticus, quis templum ambiebatur,[2] egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cavati sub terra montes: et piscinæ cisternæque servandis imbribus:

*firmarentur. Quippe duo montes, admodum sublimes, cingebantur muris, de industria obliquis, aut interius inflexis; ut latera obsidentium ad vulnera detegerentur. Extrema collium abscissa: et turres, ubi juga faverent, ad sexaginta pedes* erectæ, *inter declivia usque ad centenos vicenosque sublatæ: admirabili prospectu, et procul aspicientibus æquales. Alii interius muri, palatio circumsepti: insignique fastigio turris* Antonia, *in decus M. Antonii ab Herode* sic *vocitata.*

*Delubrum ad instar propugnaculi, propriaque munimenta labore et arte aliis præcellebant: ipsæ porticus, quibus delubrum cingebatur, eximium munimentum. Scaturigo perennium undarum, effossi sub terra colles: et piscinæ cisternæque retinendis pluviis* comparatæ: *intellexerant conjecerantque fundatores, ex dissimilitu-*

Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in immensum editos.* Ms. Corb. *et immensum editos.*—5 Mss. Harl. Jes. *at.*—6 Ms. Corb. *introrsum.*—7 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. In Ms. Corb. *in centenas vicenasque.* Ms. Bud. *in centenosque.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *in centenos quoque attollebantur.* Inter devexa, muri in CXX. pedes attolli poterant, ut patet ex altitudine turrium, quam memorat Josephus, 'Bell. Jud.' v. 4. n. 3. *Brotier.*—8 Male editio princeps, *circumvecta.* Idem.—9 *Que* abest a Ms. Harl.—10 Mss. Harl. Bodl. Jes. *in honore.* Secunda manu in Ms. Harl. emendatum, *in honorem.*

1 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. et editionibus veteribus, *labore et opera.* At proprium hac in re verbum, *opus*, ut recte observat Cl. Ernestus. *Brotier.*—2 Ms. Flor. *ambibatur.*

## NOTÆ

[e] *Colles immensum editos*] Usurpat *immensum* adverbialiter. Sic libro Annalium XV. 'Nuntiavere accolæ Euphratem nulla imbrium vi, sponte et immensum attolli.' *Rhen.*

[f] *Extrema rupis*] Vertunt, *alta rupis:* possit intelligi illa ora seu pars rupis, quæ declivis et pendens in summa præcipitia, quæ ex illa parte erant, ut ea describit Hegesippus, et qua rupe structæ erant turres et mœnia. Per *extrema* potest etiam intelligi infima pars, aut certe summa, quæ muros eorumque fundamenta fulciret.

[g] *Turris Antonia*] Fuit arx firma et munita, a septemtrione templo adjacens, in secunda parte urbis Jerusalem, quæ dicebatur *Filia Sion*, vel *Civitas inferior.* Ex Terra Sancta Adrichomii p. 152. num. 29. *Tillem.*

præviderant[3] conditores, ex diversitate morum, crebra bella: inde cuncta quamvis adversus longum obsidium: et a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstravere. Atque, per avaritiam Claudianorum temporum[h] emto jure muniendi,[i] struxere muros in pace, tanquam ad bellum: magna colluvie et ceterarum[4] urbium clade aucti: nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat, eoque seditiosius agebant. Tres Duces,[j] totidem exercitus. Extrema et

*dine ritus, fore frequentia bella; ideoque* disposita *omnia, licet adversus diuturnam obsidionem; et cum a Pompeio bello capti* fuerunt, *formido et experientia* obsidionis *plurima docuere. Et per avaritiam Claudiani principatus, pretio obtenta facultate muros struendi, ædificarunt propugnacula in pace, velut ad bellum: immensa colluvione* hominum, *et aliorum oppidorum excidio adolevere: quippe ferocissimus quisque illuc concesserat, ideoque majori discordia agitabant. Tres ductores, toti-*

—3 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *providerant*. Brotier.—4 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. *cunctarum urbium*. Mss. Reg. Agr. et editio

## NOTÆ

[h] *Avaritiam Claudianorum temporum*] Quia tum regnabat Agrippina mulier impotens, et grassabantur liberti opulentissimi, egentissimo principe. Congerebat opes, velut *in subsidium* Agrippina, lib. XIII. 13. 'Suarum opum, quæ haud procul imperatoris aberant, copias tradebat filio.'

[i] *Emto jure muniendi*] Observandum ex hoc loco per avaritiam Claudianorum temporum venditum, quod secuti principes soliti sunt petentibus gratuito concedere.

Et sane, quod veteres suo injussu muros exstrui nolebant, et M. Aurelius Antoninus, præsides vetuit se inconsulto permittere, ideo institutum arbitror, quod ut l. VII. superiori, Tencteri ad Agrippinenses dicebant, muri coloniæ cum munimenta servitii sint, si clausos iis cives teneas, virtutis obliviscuntur. Ad hæc murus nos ab hostibus tutos, et a subitis latronum incursionibus præstat, inquit Seneca de Benef. l. VI.

Quare quod honori commodoque civitatum cederet, id avari principes vendiderunt, liberales concesserunt.

Itaque Galba inter civitates Hispaniarum et Galliarum, quæ cunctantius sibi accesserant, quasdam murorum destructione punivit, ut ait Suetonius. *Vertran.*

Forte id quidam prohibuerunt, ut mox venderent; alii omnino vetuerunt exstruere muros, quia fidem suspectarent. Alii vindicarunt rebelliones destructione murorum: nunc dominantes exstruunt validas arces, quibus vindicent, et contineant rebelles oppidanos.

[j] *Tres Duces*] Hegesip. l. V. 1. 'Anno primo delati imperii Vespasiano, bellis asperis Judæa et seditionibus domesticis lacerabatur, nec per hyemem inducias malorum egerat, quando solent bellorum sæva requiescere: quin etiam tertius ei tyrannus Eleazarus accesserat, quasi emendaturus vitia superiorum,' &c.

latissima mœnium Simo,[5] quem et Bargioram[6k] vocabant, mediam urbem Joannes, templum Eleazarus,[7] firmaverat. Multitudine et armis Joannes ac Simo, Eleazarus loco, pollebat. Sed prælia, dolus, incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta.[1] Mox Joannes, missis per speciem sacrificandi,[m] qui Eleazarum manumque ejus obtruncarent, templo potitur: ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis, bellum externum[8] concordiam pareret.[9]

*dem agmina. Ultimos et amplissimos murorum Simon insederat, mediam civitatem Joannes, quem et Bargioram appellabant, sacram arcem Eleazarus* occupaverat. *Numero et armis præpollebant Joannes ac Simon, Eleazarus ingenio loci prævalebat. Sed pugnæ, fraudes, ignesque inter ipsos, et magna copia annonæ cremata* est. *Dein Joannes, missis obtentu sacrificiorum, qui Eleazarum agmenque illius contrucidarent, delubrum occupat: sic in duas partes urbs distracta* est, *donec imminentibus Romanis, arma externa ad consensionem pacemque incitaret.*

princeps, *exterarum urbium.*—5 Sic Mss. Flor. Reg. Guelf. ed. pr. et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Symo.* Mox editio princeps, *Simon.*—6 Sic bene Lipsius. Male vulgo Mss. et veteres editiones, *Barbagioram.* Brotier.—7 Sic bene Puteolanus. Corrupte Mss. et editio princeps, *Heleazarus* vel *at Lazarus.* Idem.—8 Ms. Reg. *bellum extremum.*—9 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *pararet.*

## NOTÆ

[k] *Bargioram*] Recte, *Bargioram:* Hebraico vocabulo significante emphatikῶς illum *Gioræ filium.* Ceterum Josippo non *Joannes,* sed *Simon filius Gioræ* dicitur: ille scilicet, qui Hierosolymis principatum tenebat, solusque in triumpho Vespasiani patris et filii supplicio affectus est. *Vertran.*

Sed qui Joannes is dicitur Bargioræ, sive Gioræ filius? qui Giscalenus et filius Liviæ; Josephus l. VI. 26. et l. IV. 4. et 5. bell. Jud. hæc verba, *quem Bargioram vocabant,* continuanda sunt cum illis, *Simon:* nam is vere filius Gioræ. Joseph. l. V. 7. et 9. et l. VI. 1. bell. Jud. *Salin.*

Non necesse est in omnibus convenire Tacitum cum Josepho, et præsertim in nominibus propriis. Ita apud Xiphil. appellatur iste *Barphoras,* qui hic *Bargioras:* quid mirum? Græci auctores sic maxime turbant, invertuntque vocabula propria gentium, urbium, hominum, &c.

[1] *Incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta*] Hegesip. l. V. 1. 'Ubi parcebant telis, ignes jaculabantur, qui comprehensis tectorum fastigiis, depascebantur domos, quæ refertæ frugibus ceterisque subsidiis alimentorum ad belli tolerantiam prolixioris, pariter exurebantur: majoraque pabula incendio dabantur.'

[m] *Missis per speciem sacrificandi*] Hegesip. l. V. 5. 'Namque Paschalis interventu celebritatis, subornatis plerisque Joannes, qui quasi observationis gratia templum adirent, et tanquam sociis data ingrediendi copia, dolum patravit. Ingressi enim specie civili, sed interius armati, re-

13. Evenerant prodigia,[n] quæ neque hostiis, neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa. Visæ per cœlum concurrere acies,[o] rutilantia arma[p] et subito nubium igne collucere templum.[q] Expassæ[1] repente delubri fores[r] et audita major humana vox, 'Excedere Deos:[s]' simul ingens motus excedentium. Quæ pauci

*Exhibita erant ostenta, quæ neque victimis, neque precibus procurare licet genti superstitioni addictæ,* Deorumque *cærimoniis infensæ. Aspecti in cœlo conserentes pugnam exercitus, micantia tela, et repentinis nubium flammis coruscare delubrum. Apertæ derepente templi valvæ, et excepta* est *vox mortali validior,* Migrare Deos: *simul* auditus *ingens tumultus exeuntium. Quæ pauci in formidinem*

1 Sic bene Puteolanus. Corrupte Ms. Flor. *expertæ.* In Mss. Reg. Agr.

NOTÆ

jectis exuviis, gladios attollunt loricato pectore... cæsi illic multi mortales.'

[n] *Evenerant prodigia*] Puto, intelligit, Judæos non potuisse procurare illa prodigia, quia superstitiosi erant et religionibus Deorum adversi: vel, tanta erant illa portenta, ut nullis hostiis, nullis piaculis aut cærimoniis piari, exorari, aut averti possent; et præsertim a tali gente prava et superstitioni dedita.

[o] *Concurrere acies*] Hegesip. v. 44. 'Ante solis occasum subito visi in nubibus currus et acies armatæ, quibus totius Judææ regionisque ejus urbes incursarentur.'

[p] *Rutilantia arma*] Hegesip. v. 44. 'Per annum ferme supra templum ipsum cometes, passim ignis et gladii quandam præferens similitudinem.'

[q] *Igne collucere templum*] Hegesip. v. 44. 'Visus est autem [ignis] priusquam populus a Romanis sese dissociaret. Ipsis autem Paschæ diebus, Xantici mensis octava die, et per singulas noctes, hora circiter nona, templum et ara ejus ita lumine refulgebat, quasi dies esset, per dimidium ferme horæ quotidie manens: quod vulgus interpretabatur, cumulandæ gentis indicium videri: eoque impulsi sunt, tanquam tempus foret libertatis recipiendæ.'

[r] *Expassæ repente delubri fores*] Hegesip. v. 44. 'Orientalem quoque portam interiorem solido ære gravem, quæ soleret ad vesperam viginti virorum multo claudi labore, obseratam vectibus ferreis, per aliquot noctes sponte reseratam, et vix postea a custodibus clausam. Id quoque arbitrabantur plerique futurorum signum bonorum, quibus ingressuris porta aperiretur.'

[s] *Excedere Deos*] Si sacra profanis miscere licet, hoc maxime metuebant Ethnici veteres. Scil. quasi deserentibus Diis, hostibus in excidium permissi videbantur. At hoc de Angelis templum relinquentibus intellexit Josephus. De hoc metu gentium Plutarch. problem. Rom. 'Cur Deum illum, cujus in tutela urbem esse dicunt, sive masculus is est seu fœmina, et quærere et nominare nefas esset?

'Hoc enim ita esse religione confirmant, Valerium Soranum male periisse dicentes, quod Numinis nomen

in metum[2] trahebant: pluribus persuasio inerat, antiquis Sacerdotum literis[t] contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur: quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant.[3] Sed vulgus, more humanæ cupidinis,[u] sibi tantam fatorum magni-

*accipiebant: pluribus indita erat opinio, vetustis antistitum libris haberi prædicique, futurum ea ipsa tempestate, ut præpolleret Oriens, venientesque ex Judæa imperium adipiscerentur: quæ ambiguitates significaverant Vespasianum ac Titum. Sed populus, pro more ambitionis mortalium animis insitæ, tantam fortunæ amplitudi-*

et editione principe, *apertæ*. Ms. Jes. *expansæ*. Brotier.—2 Mss. Harl. Bodl. *in metu*. Altera manu in Ms. Harl. emendatum, *metum*.—3 Ita vulgo Mss. Puteolanus et omnes libri postea editi. In Mss. Flor. Reg. et Ed. pr. *prædixerat*: quod approbat Jac. Gronov. At magis placet *prædixerant*; et ex

NOTÆ

efferre ausus est. An quod Latinorum quidam monumentis tradiderunt, evocationes quasdam ac Deorum veneficia esse putaverunt, quibus quoniam ipsi hostium Deos evocare et ad se traducere consuevissent, ne idem ipsi paterentur, magnopere verebantur? Quemadmodum igitur Tyrii vincula statuis injiciunt, alii vero sponsores petere dicuntur, si quem Deorum ad lavacrum, aut purgationem aliquam deducunt: sic Romani, quod arcanum et incognitum esset Dei nomen, firmissimam ac tutissimam Dei custodiam esse crediderunt. An sicut Homerus finxit: Terra vero communis est hominum, ut homines Deos omnes colant ac venerentur, terram communiter habentes: sic veteres Romani Deum salutis auctorem celaverunt, quod non eum solum, sed omnes Deos a suis civitatibus honorari voluerunt?'

*Excedere Deos*] Hegesip. v. 44. 'In ipsa autem Pentecostes solennitate ingredientes sacerdotes in templi interiora nocturno tempore, ut sacrificia assueta celebrarent, primo motum quendam sensisse se prodiderunt, et sonum auditum, postea etiam audisse repentina voce clamatum, Transeamus hinc.'

[t] *Antiquis Sacerdotum literis*] Sic Hegesip. v. 44. 'Inter quæ illud præcellentissimum, quod in literis æque vetustis, quas sacras vocabant, manebat impressum, quod secundum illud tempus futurus esset vir, qui de regione eorum imperium assumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit, ut sibi non solum libertatem, sed etiam regnum pollicerentur.'

Sic omnia loca tum temporis plena fere superstitionum et vanitatis. Nam eodem tempore Druidæ Gallorum, et fatidicæ virgines Germanorum, etiam et Hispanorum, sibi pollicebantur invicem imperium: quod certe contigit, sed aliter quam pro spe votisque gentium, et ad breve tempus, quasi ut illuderentur, Hispani in Galba, Galli et Germani in Civili, forte et etiam in Vitellio, cui etiam Druida fœmina prædixerat imperium, teste Suetonio: quod gentibus ac ducibus exitio fuit, paulo minus tamen quam Judæis.

[u] *More humanæ cupidinis*] Id est, ex natura seu ingenio hominum, qui

tudinem interpretati,[4] ne adversis quidem[v] ad vera mutabantur. Multitudinem obsessorum, omnis ætatis, virile ac muliebre secus,[5] [w] sexcenta millia fuisse accepimus.[x] Arma cunctis, qui ferre possent: et plures, quam pro numero,[y]

*nem per interpretationem sibi arrogantes, ne improsperis quidem ad certiora flectebantur. Numerum obsessorum, omnis ætatis aut sexus, sexcenta millia extitisse comperimus. Arma omnibus, qui apti bello essent; et plures, quam pro multitudine,*

Taciti usu. *Brotier.*—4 Male Ms. Jes. *interpretari.* Ita tamen emendatum altera manu in Ms. Harl. *Idem.*—5 Sic Ms. Flor. a m. pr. quod recte receptum a J. Gronov. Add. ad A. IV. 62. Ceteri libri (in his Bud.) *virilis ac muliebris sexus:* inde a Pichena *virile ac muliebre sexus.* In ed. pr. *sexus* excidit, ob initium sequentis verbi. *Ernesti.* De voce *secus* v. et Charisius ap. Pursch.

## NOTÆ

id, quod cupiunt, certo eventurum volunt, credunt: sic obscura et incerta credimus, insequimur, dum interim certa perdimus.

[v] *Ne adversis quidem*] In tantum obcæcati Judæi; ne adversis quidem flectebantur, ut verum agnoscerent, ac resipiscerent; immo pervicaciores fiebant. *Adversa* erant vera, certa, instantia; et tamen ab incertis, vanis, falsisque commentis dimoveri non poterant.

[w] *Virile ac muliebre sexus*] Sic Florentinus quarto casu. Etsi vulgati non male, *virilis ac muliebris sexus*, secundo casu. *Pichena.*

[x] *Sexcenta millia fuisse accepimus*] Josephus, Zonaras et Jornandes *undecies centena millia* periisse obsidione illa clare tradunt. Periisse, inquam, fame, morbo, ferro.

Nam Sulpicio Severo fidem vix habeo, qui 'numerum peremtorum, ad undecies centena millia' profert: 'capta vero centum millia ac venundata.' Sed peremtos fortasse largius accepit, et nostro illo sensu. *Lipsius.*

*Sexcenta millia fuisse*] Suo fato totidem mortui sunt intra muros. Hegesip. v. 25. 'Quæ autem sepultura, nisi ut de muro cadavera dejiceren-tur? Post ipsum plerique non ignobiles viri confugientes ad Titum, sexcenta millia defunctorum fuisse, quæ per portas elata, numerata sint, commemorabant.' Et c. 49. 'Cæsa per omne tempus obsidionis innumera millia, decies centena millia (centum et decem myriades, ut plerique asserunt) Judæorum tamen omnium, sed non omnium ejusdem regionis et loci, quia eo undique convenerunt, tempore Paschalis festivitatis. Captivi abducti ad nonaginta septem millia,' &c.

*Sexcenta millia*] Parcus hic est in numero obsessorum referendo. Josippo obsessi ad vicies centena et septuaginta millia fuerunt. Cum ad festum azymorum eo ex omni Judæa convenissent. *Vertranius.*

[y] *Plures, quam pro numero*] Id valet, fuere obsessi *sexcenta millia:* credas quartam aut circiter partem (pro communi ratiocinatione) arma tulisse: at hic aliter fuit, et plures impetu atque ardore ceperunt. Qui? infra aut supra legitimam ætatem, pueri senesque. *Lipsius.* Adde et fœminas ipsas, forte et sacerdotes.

*Plures, quam pro numero, audebant*] *Plures quam, &c.* quod explicat sta-

audebant. Obstinatio viris[z] fœminisque par: ac, si transferre sedes cogerentur, major vitæ metus, quam mortis. Hanc adversus urbem gentemque Cæsar Titus, quando impetus[6] et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit. Dividuntur legionibus munia, et quies præliorum fuit: donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres, aut novis ingeniis, struerentur.

14. At Civilis, post malam in Treveris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera castra[1] consedit: tutus loco,[a] et ut memoria prosperarum illic rerum augescerent barbarorum animi. Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis, adventu secundæ et VI.[2] et XIV. legionum.[b] Cohortesque et alæ,[3] [c] jampridem accitæ, post vic-

*irruebant. Pervicacia viris mulieribusque æqualis; ac, si mutare solum adigerentur, major vitæ formido, quam interitus. Adversus hanc civitatem nationemque decrevit Titus Cæsar pugnare aggeribus et vineis, quandoquidem natura loci* ardorem animi *insultumque et repentina præliorum negaret. Distribuuntur legionibus labores, et cessatum a præliis fuit; donec omnia capiendis oppidis adinventa apud antiquos, aut novis artibus, pararentur.*

*At Civilis, post adversum apud Treveros certamen, instauratis per Germaniam copiis, substitit apud Vetera castra: fretus loco; et ut recordatione secundarum illic rerum, accresceret barbarorum ferocia. Eodem ingruit Cerialis, auctis copiis, adventu legionum secundæ, et sextædecimæ, et quartædecimæ. Cohortesque, et alæ,*

p. 61. *Oberlin.*—6 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et edd. veteribus, *impetum.*

1 Sic bene Mss. et veteres recentioresque editiones. Lipsius omisit, *castra.* Brotier.—2 Sic optime Mercerus. Perperam in Mss. et libris omnibus editis ante Cl. Ernestum, qui Mercerum secutus est, *et XVI.* vel *et sextædecimæ.* Jam sextadecima legio erat cum Cereali. Præterea auctus est sexta legione, quæ ex Hispania accesserat, ut patet ex cap. 16. in quo Cerealis quartadecimanos, sextam legionem et secundanos appellat. Sæpe librarii denarium numerum temere addidere. *Idem.*—3 Ms. Reg. et editio princeps, *cohortesque alæque.*

NOTÆ

tim cum dicit: *obstinatio viris fœminisque par.*

[z] *Obstinatio viris*] In prælio non solum obstinati, sed etiam in suppliciis. Hegesip. v. 18. ‘ Capiebantur innumeri, quingenti ferme ad diem cruciabantur, camposque ante urbem, miserabilis pompæ ordine prætexebant, ut de muris aspicerentur.’

[a] *Tutus loco*] Non quia ingenio aut natura munita essent *Vetera.* Nam supra Hist. IV. 23. ‘ Pars castrorum in collem leviter assurgens, pars æquo adibatur. Quippe illis hybernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat,’ &c. Attamen ea munimenta erant arte et manu firmata; sed longe magis memoria secundarum illic rerum nitebatur Civilis.

[b] *Adventu secundæ et* VI. *et* XIV.

toriam properaverant. Neuter Ducum cunctator. Sed arcebat latitudo[d] camporum, suopte ingenio humentium.[e] Addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cujus objectu revolutus amnis adjacentibus superfunderetur.[f] Ea loci forma, incertis vadis subdola et nobis adversa: quippe miles Romanus armis gravis et nandi pavidus; Germanos, fluminibus suetos, levitas armorum[g] et proceritas corporum attollit.

15. Igitur, lacessentibus Batavis, ferocissimo[1] cuique

*jamdiu accersitæ, festinaverant post victoriam. Neuter ducum moras nectebat. Sed prohibebat amplitudo terrarum suapte natura humidarum. Adjecerat Civilis obliquum Rheno aggerem, cujus obice repulsus fluvius, vicina inundaret. Ea loci natura, ambiguis æstuariis fallax, et nobis iniqua: etenim miles Rom. gravis armis, et natandi trepidus* erat; *Germanos, amnibus assuetos, levis armatura et magnitudo corporum erigit.*

*Itaque, oppugnantibus Batavis, strenuissimi quique nostrorum suscepere præ-*

1 Sic bene Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. et editione principe omissum, *ferocissimo.* At in Ms.

NOTÆ

*legionum*] Pro VI. sæpe legitur XVI.: at sextadecima jamdudum cum Ceriali. Nam ex iis erat, quæ in verba Galliarum adactæ, dein pœnitentia reversæ ad prius sacramentum. Lege: *sextæ*, quæ ex Hispania missa, ut clarum est ex libro præcedenti, et aperte infra in cohortatione ante pugnam. *Mercerus.*

*Adventu secundæ et* XVI.] Forte ibi legendum *decimæ et sextæ.* Nam hæ duæ legiones tum temporis accitæ ex Hispania erant; an vero simul adventarint dubium est.

[c] *Cohortesque et alæ*] Intelligit auxilia sociorum, quæ fortunam partium speculantes cunctabantur. At nuntiata victoria, iter maturaverant; quippe cohortes jam pridem accitæ; quia nempe alias victos spreturæ, nunc victoribus certatim adjunguntur et affluunt.

[d] *Arcebat latitudo*] Non præcise *latitudo* camporum arcebat, sed latitudo madentium humentiumque camporum.

[e] *Suopte ingenio humentium*] Sic Virg. Georg. II. 'Nunc locus arvorum ingeniis.' Plinius l. XIV. 'Ad cœli mores solique ingenia.' Sallustius Hist. l. III. 'Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur.'

[f] *Cujus objectu ... superfunderetur*] Non tamen patet, superfusum tunc amnem, quia scil. victores e prælio discessere Germani, aut certe superiores. Et id forte extremæ necessitati reservabat Civilis.

[g] *Levitas armorum*] Quia fere intecti Germani pugnabant. Sic libro de Mor. German. 6. 'Nudi, aut sagulo leves, nulla cultus jactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt: paucis loricæ, vix uni alterive cassis aut galea.'

Prælongas tamen et enormes hastas ferebant. Sed quibus industrie

nostrorum cœptum certamen: deinde orta trepidatio, cum præaltis paludibus arma, equi, haurirentur.[2] Germani notis vadis persultabant,[3] omissa plerumque fronte, latera ac terga circumvenientes: neque, ut in pedestri acie,[h] cominus[4] certabatur;[5] sed, tanquam navali pugna, vagi inter[6] undas, aut, si quid stabile occurrebat, totis illic corporibus[i] nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris in mutuam perniciem implicabantur. Minor tamen, quam pro tumultu, cædes: quia, non ausi egredi paludem Germani, in castra rediere.[7] Ejus prælii eventus utrumque Ducem, diversis animi motibus, ad maturandum summæ rei discrimen[j] erexit. Civilis instare fortunæ;[k] Cerialis

*lium: mox incessit consternatio, cum arma et equi profundis stagnis absorberentur. Germani cognitis æstuariis assultabant, sæpe prima acie relicta, invadentes latera et postremum agmen: neque dimicabatur e proximo, tanquam in terrestri pugna; sed, velut prælio navali, paluti et errabundi inter aquas, vel, si quid firmum se offerret, totis illic viribus contendentes, saucii cum validis, gnari nandi cum imperitis in mutuum exitium involvebantur. Minor tamen clades, quam pro trepidatione,* fuit: *quia Germani, non audentes stagnum prætervehi, in munimenta sua revertere. Istius certaminis exitus incitavit utrumque ductorem, dispari animorum affectu, ut propere summam belli prælio deciderent. Civilis sequi fortunam* volebat; *Cerialis*

Vatic. est hiatus, ut vocem unam desiderari significetur. *Brotier.*—2 Sic bene Jac. Gronovius et recentiores. Sic legendum jam conjecerat Rhenanus e Ms. Bud. in quo, *arme qui haurirentur.* Ita et editio princeps. Nec aliter Ms. Flor. licet corrupte habeat, *aurirentur.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *arma equique haurirentur.* Idem.—3 In Ms. Reg. et editione principe, *exultabant.*—4 E monitu Jac. Gronov. Brotierus habet *cominus eminus cert.* Mss. Flor. Reg. et Ed. pr. *cominus minus cert.* Puteolanus et ceteri omnes, *cominus certabatur.*—5 Ms. Jes. *certabantur.*—6 Ms. Jes. *intus undas.*—7 Budens. re-

NOTÆ

utebantur per illas paludes; at Romani gravi ornatu instructi, brevibus gladiis et hastis non perinde pollebant, ut iniquis locis.

[h] *Neque, ut in pedestri acie*] Qua scil. miles servaret ordinem stationemque, et qua sibi invicem cohærerent, parique gradu simul moverentur; sed tum diducebantur invicem, vagi per undas et per incerta paludum.

[i] *Totis illic corporibus*] An quia toto impetu totoque nisu corporis illuc succederent? An quia omnes simul illuc concurrebant? ita ut præ turba in eundem locum confluente, in mutuum exitium se traherent; ita ut nandi imperiti, peritos secum abriperent, saucii integros; an forte utrumque, quia omnes illuc connitebantur totis viribus, seque invicem in gurgites abstraherent?

[j] *Summæ rei discrimen*] Id est, prælium, quo summam belli fortuna aut virtus decideret.

[k] *Instare fortunæ*] Quæ secunda fuerat, et qua aspirante, vicerat Germanos ultimo prælio.

abolere ignominiam. Germani prosperis feroces; Romanos pudor excitaverat.[8] Nox apud barbaros cantu aut clamore, nostris per iram et minas, acta.

16. Postera luce, Cerialis equite et auxiliariis cohortibus frontem explet;[1] in secunda acie legiones locatæ: Dux sibi delectos retinuerat ad improvisa. Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis, astitit.[m] Batavi Gugernique[1] in dextro: læva ac propiora fluminis Transrhenani tenuere. Exhortatio Ducum, non more concionis apud universos, sed ut quosque[2] suorum[3] advehebantur.[4] Cerialis ' veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesque victorias: ut perfidum,[5] ignavum, victum hostem, in æternum exciderent:[6] ultione magis, quam prælio, opus esse. Pauciores

*obliterare dedecus. Germani* rebus *secundis audaces; Romanos flagitii rubor accenderat. Nox Barbaris transacta tripudiis aut ululatu, Romanis per iracundiam ac minas* in hostem.

*Postera die, Cerialis disponit in prima acie equitem et cohortes sociorum, in secunda legiones constitutæ; dux sibi reservaverat lectissimos ad subita* belli. *Civilis haud extenta acie, sed per cuneos instruxit agmen. Batavi Gugernique in dextro* latere. *Transrhenani occupavere sinistra et viciniora Rheno. Oratio ducum, non ritu concionis apud omnes, sed ut singulos suorum accedebant. Cerialis* antiquum populi Rom. decus, veteres novasque victorias, prædicabat; ut in perpetuum exterminarent hostem infidum, inertem, ac profligatum; vindicta magis, quam pugna, opus esse. Pauciores novissime cum pluribus dimicasse:

*dire.*—8 Idem Ms. *exercitaverat.*

1 Ms. Reg. et editio princeps, *Eugenii* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Cugerni;* et sic Gronov. et Ryckius. At supra Hist. IV. 26. *Gugernorum.*—2 Ms. Ryckii *quemque.*—3 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. editio princeps et recentiores. Puteolanus et Gronovius, *quosque eorum.*—4 Mss. Vatic. 1863 et 1958. Reg. et editio princeps, *advehebant.*—5 Ms. Reg. *perfide ignavum.*—6 Ita Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *exscinderent;* et sic Gronov. et

NOTÆ

[1] *Auxiliariis cohortibus frontem explet*] Observa Romanos fere semper instruxisse socios in prima acie, ut et patet ex hoc loco. Sic etiam in prælio Antonii Primi adversus Vitellianas legiones, Suevi primi in acie dispositi.

Sic et in prælio Agricolæ adversus Britannos, ut scil. sanguine externo barbaros vincerent, aut saltem primam ferociam retunderent. Tac. Agric. 35. ' Ita disposuit, ut peditum auxilia, quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent ... ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellanti, et auxilium, si pellerentur,' legiones nempe.

[m] *Cuneis, astitit*] Sic fere Germani. Tac. lib. de mor. German. 6. ' Acies per cuneos componitur.'

nuper cum pluribus certasse: attamen[7] fusos Germanos,[8] [n] quod roboris fuerit. Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant.' Proprios inde stimulos[o] legionibus admovebat, 'domitores Britanniæ quartadecimanos' appellans: 'Principem Galbam sextæ legionis auctoritate factum: illa primum acie secundanos nova signa[p] novamque aquilam dicaturos.' Hinc, prævectus[9] ad Germanicum exercitum,[q] manus tendebat, 'ut suam ripam, sua castra, sanguine hostium reciperarent.'[10] Alacrior[11] omnium clamor, quis vel e longa pace[r] prælii cupido, vel fessis bello pacis[12] amor, præmiaque et quies in posterum sperabantur.[13]

attamen pulsos *esse* Germanos, quod validissimum *apud hostes* fuerit. Extare adhuc, qui fugam animo, qui plagas tergo, gerant. *Dein propria incitamenta legionibus addebat, vocans* quartadecimanos Britanniæ victores: auctoritate sextæ legionis Galbam creatum Imperatorem: secundanos illo primum prælio consecraturos nova vexilla novamque Aquilam. *Hinc advolans ad Germanicas legiones, palmas tendebat*, ut vindicarent suum littus, sua munimenta, *fuso* cruore hostium, *repeterent. Ardentior omnium vociferatio, quibus vel post longum otium pugnæ ardor, vel lassis bello pacis cupido, commoduque, et quies in futurum sperabantur.*

Ryckius. -7 Brotierus e Ms. Flor. scribit *ac tamen:* sic quoque volebat Muretus. In Ms. Reg. *ac tum.* In libris editis, *attamen.*—8 Pro *Germanos*, male editio princeps habet, *Romanos.* Brotier.—9 Mss. Vatic. 1863 et 1958. *provectus.* Ms. Jes. *præventus.* Ms. Agr. *pervectus.*—10 Ms. Budens. *recuperarent.* - 11 Ms. Ryckii *alacer.*—12 Ms. Reg. et editio princeps, *et pacis amor.*—13 Ms. Reg. et editio princeps, *ferebatur.* In Ms. Jes. *spectabantur.* In Ms. B dens. *sperabatur.*

## NOTÆ

[n] *Attamen fusos Germanos*] Loquitur de prælio, quod commissum fuit a Civili, Tutore, et Classico prope castra ipsius Cerialis, fusosque ibi esse Germanos jactat, *quod roboris fuit* in illo exercitu.

[o] *Proprios inde stimulos*] Id est, proprias cuilibet legioni causas, propria singulis incitamenta virtutis exhibebat, proponebat.

[p] *Secundanos nova signa*] Quia recens lecta illa legio a Flavianis, et nondum ullo prælio imbuta aut experta erat.

[q] *Ad Germanicum exercitum*] Intelligit Vitellianas legiones, quæ in Germania remanserant, Vitellio abeunte, et quæ tot cladibus afflictæ fuerant a Civili.

[r] *Quis vel e longa pace*] Non video cui legioni fuerit longa pax, nisi forte *Sextæ*, quæ in Hispania manserat, flagrante bello civili inter Flavianos Vitellianosque: sed certe semper longa pax et importuna prælionum cupidis, seu potius prædæ et spoliorum ex bello civili avidis.

17. Nec Civilis silentem[1] struxit aciem,[s] locum pugnæ testem virtutis ciens: ‘ stare Germanos Batavosque super vestigia gloriæ,[t] cineres ossaque legionum calcantes: quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem, clademque et dira omnia[2] obversari.[3] [u] Ne terrerentur vario Treverici[4] prælii eventu:[v] suam illic victoriam[5] Germanis

*Nec Civilis silentio direxit agmen, locum* ipsum *prælii testem fortitudinis appellans:* Instrui Germanos Batavosque super monumenta decoris, terentes *pedibus* reliquias cineresque legionum. Quocumque aspectum Romanus obverteret, offerri oculis captivitatem, cædemque, et infausta præsagia. Ne turbarentur ambiguo exitu certaminis Treverici: suam illic victoriam nocuisse

1 Melius, *silens struxit aciem;* et ita vertunt optimi interpretes. Sic quoque volebant Lipsius, Huetius, aliique plurimi. Tentabat quoque Lipsius, *silenter:* Muretus, *silentio;* quod probat Cl. Ernestus. Pichena, *silens instruxit aciem.* Brotier.—2 Sic Mss. Vatic. 1863. Harl. Jes. Guelf. Beroaldus, Ernestus et recentiores. Mss. Flor. Reg. et Puteolanus, *dira oïa.* Mss. Vatic. 1958. Bodl. Agr. editio princeps, Pichena et Ryckius, et Gronovius *dira omina.*—3 Male Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps, *observari.* Bene Ms. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores, *obversari.* Brotier.—4 Ms. Ryckii *Treveriani.*—5 Bene sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Male Ms. Vatic. 1863. et editio princeps, *suam illic materiam.* Ms. Reg. *suam materiam illic.* Inde tentabat Acidalius, *suam illic*

## NOTÆ

[s] *Civilis silentem struxit aciem*] Romani dicta ducis clamore prosecuti sunt; Germani tripudiis sonoque armorum: nam apud eos ‘ honoratissimum assensus genus armis laudare.’ *Salin.*

Legunt *silens,* aut *silenter:* melius, *silentio.*

Puto tamen scripsisse Tacitum: *Nec... silentem struxit aciem.* Quasi vero sileat acies tot gentium diversarum cum ad prælium instruitur! Quasi vero non sonore, et ululatibus, ac barditu respondeant feroces isti et prælionum avidi Germani ferocissimo et exultanti per audaciam Civili! quo scil. concionem ejus laudarent et approbarent, proprie et præcise hic sensus est: *nec Civilis* silens *struxit aciem.* Sed ita intelligendum, non legendum.

[t] *Super vestigia gloriæ*] Habes quid simile Ann. xv. 28. de Corbulone. ‘ Tempus propinquum, locus, in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant, cum a barbaris delectus esset, ad memoriam lætioris sibi rei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret.’

[u] *Dira omina obversari*] Vulgo, *dira omnia.* At quoniam Florentinus habet, *omina,* facile conjicitur scriptum fuisse, *oïa,* quod melius videtur. *Pichena.*

*Dira omina*] Non scripsisset, ut puto, *dira,* nisi etiam *omina* subjunxisset.

[v] *Vario Treverici prælii eventu*] Intellige prælium illud, non quo deleti sunt Treveri cum Valentino duce, sed prælium apud Treveros, seu castra Cerialis commissum, cujus certe *varius eventus* fuit. Quippe initio et prima impressione vicere Batavi, et perrupere castra Cerialis, sed prædæ

obstitisse, dum, omissis telis, præda[6] manus impediunt: sed cuncta mox prospera et hosti contraria evenisse. Quæ provideri astu Ducis oportuerit, provisa:[7] campos madentes[w] et ipsis gnaros; paludes hostibus noxias.[8] Rhenum et Germaniæ Deos in aspectu: quorum numine capesserent pugnam, conjugum, parentum,[x] patriæ memores: illum diem aut gloriosissimum[9] inter majores,[y] aut ignominiosum apud posteros, fore.' Ubi sono armorum[z] tripudiisque (ita illis mos[10]) approbata sunt dicta, saxis glandibusque[a] et ceteris

Germanis, dum, relictis armis, dextras spoliis implicant: sed omnia postea secunda, et hosti adversa obtigisse. Se providisse, quæ provideri ingenio et arte ducis necesse sit: agros humentes, et ipsis notos; æstuaria Romanis infesta. Rhenum et Germaniæ Deos in conspectu: quorum ope *fulti* sumerent prælium, haud obliti uxorum, parentum, et patriæ: illum diem aut inter patres decorum, aut flagitiosum apud posteros futurum. *Postquam strepitu armorum, cantuque (sic illi solent) approbata est oratio, inchoatur certamen lapidi-*

*avaritiam.* Brot.—6 Male Mss. Harl. Jes. *prædam manus.* Idem.—7 Ita Ms. Agr. Sic quoque placebat Ryckio, atque ita edidit Cl. Lallemand. Ms. Bud. *prævisa.* Ms. Flor. et editio princeps, *prævise.* Ms. Reg. *pervisse.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Rhenanus, *providisse*, et sic Gronov. et Ryckius. Puteol. *prævidisse.*—8 Sic bene Puteol. et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *hostibus medias.* Quod immerito probat Ryckius, licet palus fuerit inter utrasque acies. *Brotier.*—9 Vivide breviterque dictum. Dies enim ille vel omnia majorum facinora erat superaturus, vel ignominiosus apud posteros futurus. Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *illum diem divo gloriosissimum.* Ms. Guelf. *gloriosum.* Idem.—10 Ms. Harl. sed secunda tantum manu, *illis mos est.*

NOTÆ

aviditas rapuit illis victoriam e manibus: vicerunt illi, et vicissim victi sunt.

[w] *Provisa: campos madentes*] Pro *provisa*, sæpe legitur *prævidisse.* In libro manuscripto, *prævisa.* Fortassis *provisa.* Quæ provideri astu ducis oportuerit, provisa, campos madentes, et ipsis gnaros, paludes hostibus noxias. *Rhenanus.*

[x] *Conjugum, parentum*] Sic de mor. Germ. 7. 'Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ et propinquitates.' Non quod forte ibi præsentes fœminæ essent, sed tamen ut ipsorum animis quasi præsentes offerrentur, sic admonet Civilis.

[y] *Gloriosissimum inter majores*] Id est, inter acta et facinora majorum egregia, illam diem, seu pugnam clarissimam fore.

[z] *Ubi sono armorum*] Tac. de mor. Germ. 3. 'Affectatur præcipue asperitas soni, et fractum murmur, objectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescit.' Et c. 11. 'Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare.'

[a] *Glandibusque*] Nempe globulis plumbeis aut æneis, quos fundibulis

missilibus prælium incipitur: neque nostro milite paludem ingrediente, et Germanis, ut elicerent,[11] lacessentibus.

18. Absumtis,[1] quæ jaciuntur, et ardescente pugna, procursum ab hoste infestius: immensis corporibus et prælongis hastis fluitantem[b] labantemque[2] militem eminus fodiebant: simul e mole, quam eductam in Rhenum retulimus, Bructerorum cuneus tranatavit:[3] turbata ibi res; et pellebatur sociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferocia, prælium æquatur.[4] Inter quæ[5] perfuga Batavus adiit Cerialem, 'terga hostium'[c] promittens, 'si extremo[6] paludis eques mitteretur: solidum illa,[7] et Gugernos,[8] quibus custodia obvenisset, parum intentos.' Duæ alæ, cum perfuga missæ, incauto hosti cir-

*bus, globulis* plumbeis, *et aliis missilibus: neque nostris copiis lacum intrantibus, et Germanis, ut ingredi auderent, provocantibus.*

*Exhaustis, quæ immittantur, et accenso prælio, acrius invecti* sunt *hostes: vastis corporibus, et enormibus lanceis, jactatum undis nutantemque militem eminus transverberabant: eodemque tempore caterva Bructerorum transmeavit ex aggere, quem exstructum adversus amnem memoravimus: trepidavit ibi acies; et fundebatur auxiliarium cohortium agmen, cum legiones prælium capessunt, cohibitaque hostium audacia, æquo marte certatur. Interea transfuga Batavus convenit Cerialem,* postremam hostium aciem a tergo invasurum *promittens,* si equitatus mitteretur per extrema æstuarii: firmum illic *solum,* et Gugernos, quibus statio *illa* obtigisset, parum *custodiæ* acres *esse. Duæ alæ, missæ cum transfuga, inopi-*

11 Sic bene Mss. Flor. Reg. Bud. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Male Puteolanus, *eluderent.* Mallet Ryckius, *illicerent.* Brotier.

1 Ms. Budens. *assumtis.*—2 Ita Mss. Vatic. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *fluitantemque.* Omisere, *labantem.* Additum est in margine Ms. Guelf.—3 Sic bene Mss. Flor. Agr. Jac. Gronovius et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *renatavit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, [et Ryckius,] *transnatavit.* Brotier.—4 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1958. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. editio princeps, Ernestus et recentiores. Puteolanus et Ryckius, *prælium exæquatur.*—5 Ms. Reg. et editio princeps, *interea.*—6 Ms. Reg. *extremum paludis.*—7 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1958. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Harl. Jes. *solidam illam.* Sic quoque supra additum in Ms. Vatic. 1958. In Ms. Agr. *solida illa.*—8 Sic bene Ms. Vatic. 1958 et editiones recentiores. In Ms. Vatic. 1863. *ecugernos.* Ms. Reg. et editio princeps, *et ecugernos.* Puteolanus, *et Cugernos,* [et sic Ryckius et Gronov.] Ms. Agr. *et Tungaros;* sed secunda tantum manu. Prima habuisse videtur, ut editum, teste Ryckio.

NOTÆ

emittebant.

[b] *Fluitantem*] Nempe quia molle, nec firmum solum; sed lubricum fuit propter stagna et incerta vadorum.

[c] *Terga hostium*] Promittit ille perfuga se ducturum equites ea via, qua hostem a tergo circumvenire possent.

cumfunduntur: quod ubi clamore cognitum, legiones a fronte incubuere, pulsique Germani Rhenum fuga petebant. Debellatum eo die foret, si[d] Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidem institit, repente fusis imbribus et propinqua[9] nocte.

19. Postera die, quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa: Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit.[1] Civili Chaucorum auxilia venere. Non tamen ausus oppida[2] Batavorum[e] armis tueri, raptis, quæ ferri poterant, ceteris injecto igni, in insulam concessit: gnarus, deesse naves efficiendo ponti, neque ex-

*nantem hostem circumveniunt: quod ubi vociferatione compertum, legiones a fronte ingruere, fusique Germani ad amnem fuga tendebant. Patratum eo die bellum foret, si classis Rom. instare* victis *properasset. Ne equitatus quidem insecutus est, ingruente subita pluvia et appetente nocte.*

*Postera luce, legio quartadecima missa* est *Gallo Annio in superiorem Germaniam: legio decima ex Hispania* adventans, *supplevit exercitum Cerialis. Copiæ Chaucorum Civili adductæ sunt. Neque tamen ausus* est *defendere armis civitatem Batavorum, abreptis, quæ avehi poterant, ceterisque* rebus *crematis, in insulam se recepit: sciens, non adesse* Ceriali *naves construendo ponti, neque exercitum Rom.*

***********

*Brotier.*—9 Ms. Reg. et editio princeps, *propinquante nocte.*

1 Ms. Agr. *supplebat.*—2 Ita bene Mss. Reg. Agr. editio princeps et Cl. Lallemand. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *oppidum*, et sic Gronov. et Ryckius. Id oppidum Bateburgum, *Batenburg*, vel *Batavenborg* esse volebat Cluverius; Pontanus, Noviomagum, nunc *Nimeguen.* Suspectum habebat Lipsius, *oppidum Batavorum*, et tentabat, *Batavodurum.* Lipsium arguit eruditus Joannes Smith in libello, cui titulum fecit: *Joannis Smith oppidum Batavorum, seu Noviomagus, liber singularis. Quo ostenditur Batavorum oppidum Corn. Tacito libr. Hist.* v. c. xix. *memoratum esse Noviomagum.* Contendit hoc unum fuisse Batavorum oppidum: ex eo oriundos Civilem et Labeonem; ideoque oppidanum eorum certamen memorari Hist. iv. 18. At hæc omnia conjecturis nituntur. Verius crediderim plura fuisse Batavis oppida. Noviomago minime favet Cl. Alting, 'Notit. Germaniæ inferioris,' p. 104. *Brotier.*

## NOTÆ

[d] *Debellatum eo die foret, si*] Inferius etiam ait: 'Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit, ut jussum erat.' Puto quidem eam classem esse, quæ supra *Britannica* appellatur. Ait enim Hist. lib. iv. 79. Cujus classis pars major, postquam legionem e Britannia accitam exposuerat, a Caninefatibus depressa, aut capta fuit, ut statim subjicit. *Pichena.*

[e] *Oppidum Batavorum*] Est Germaniæ Inferioris in Gallia Belgica: hodie *Batenburg*, urbs tractus *Maeswael*, prope Mosam amnem, in Tetrarchia *Betuve*, et in Gueldria Hollandica. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

ercitum Romanum aliter transmissurum: quin et diruit molem, a Druso Germanico factam, Rhenumque, prono alveo in Galliam ruentem, disjectis, quæ morabantur, effudit. Sic velut abacto[3] amne, tenuis alveus, insulam inter Germanosque, continentium terrarum speciem fecerat. Transiere[4] Rhenum Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Treverorum Senatores:[5] in quis fuit Alpinus Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus.[6] Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul ceteri miseratione ac donis auxilia concibant, inter gentes periculorum avidas.

20. Tantumque belli[f] superfuit, ut præsidia cohortium, alarum, legionum, uno die Civilis quadripartito[1] invaserit:

*aliter trajecturum: quin et evertit aggerem, exstructum a Druso Germanico, amnemque emisit, qui proclivi cursu in Galliam prorumpebat, dirutis, quæ obstabant. Sic velut amoto fluvio, tenuis alveus, inter Bataviam et Germanos, instar continentis regionis effecerat. Transmisere Rhenum Tutor etiam et Classicus, et centum tredecim senatores Treverorum: in quibus erat Alpinus Montanus, quem antea missum* esse *diximus a Primo Antonio in Gallias. Comes ei frater D. Alpinus. Etiam ceteri* alii *copias excibant misericordia et muneribus,* ut *inter nationes belli et discriminum cupientes.*

*Tantumque armorum et copiarum superfuit, ut Civilis irruperit munimenta cohortium, alarum, legionumque per quatuor exiguos pagos disposita: legionem deci-*

---

—3 Sic Mss. Harl. Bodl. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Jes. *ab acto.* Ms. Reg. et editio princeps, *ab amoto amne.* Ms. Agr. *amoto.* Puteolanus, *ablato.*—4 Mss. Harl. Jes. *transire.*—5 Ita bene Mss. Vatic. 1863. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. omissum, *senatores.* Secunda manu additum est in margine Ms. Harl. Frustra tentabat Rhenanus, *centum alii Trevirorum.* Brotier.—6 Hæc *quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus* absunt a Ms. Jes. Ne spuria tamen dixeris. Nec, pro *Gallias,* necessario emendandum *Germaniam,* uti placet Cl. Ernesto. *Idem.*

1 *Una die* habent Ms. Reg. editio princeps, Cl. Ernestus et recentiores [cum Brotiero et Bipont.] In Ms. Vatic. 1863. et Agr. *uno die.* In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. omissum, *uno die Civilis.* At eorum loco positum, *modicis villis.* Quod minime probabile. Ita tamen edidit Puteolanus [cum Ryckio et Gronov.] In Mss. Flor. Bud. omissis quoque, *uno die,* scriptum, *modicis villis Civilis.* Ms. Agr. *modicis villis quadripartita Civilis.* Præter Mss. Harl. et Jes. in quibus, *quadripartitam,* ceteri omnes, ut et libri editi ante Cl. Ernesti editionem habent, *quadripartita.* Cl. Ernestus emendavit, *quadripartito.* Ac bene quidem, et ex optimorum Scriptorum Titi Livii et Julii Cæsaris usu. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. *invaserint.* Ita et Puteolanus. Ms. Guelf. *legionem modicis villis quadripartitam invaserint.* Brotier.

NOTÆ

[f] *Tantumque belli*] Id est, tantum virium, copiarum, et armorum, licet victis hostibus supererat.

decimam legionem Arenaci,[g] secundam Batavoduri,[h] et Grinnes[i] Vadamque,[j] cohortium alarumque castra; ita divisis copiis, ut ipse et Verax,[2 k] sorore ejus genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent:[3] nec omnia patrandi fiducia; sed 'multa ausis aliqua in parte fortunam affore. Simul Cerialem neque satis cautum, et pluribus nuntiis huc illuc cursantem, posse medio intercipi.' Quibus obvenerant[4] castra decumanorum, oppugnationem legionis arduam rati, egressum militem, et cædendis materiis operatum, turbavere, occiso Præfecto castrorum et quinque primoribus Centurionum[l] paucisque militibus. Ceteri se

*mam Arenaci; secundam Batavoduri, et Grinnes Vadamque præsidia cohortium alarumque; ita partito milite, ut ipse et Verax, filius sororis ejus, Classicusque ac Tutor suum quisque agmen ducerent: nec cuncta expugnandi spe, sed* plurima aggressis, aliqua in re aspiraturam fortunam. Cerialem etiam, neque satis providum, et variis nuntiis huc et illuc volitantem, posse inter præsidia circumveniri. *Quibus obtigerant munimenta decimæ legionis, obsidionem* illam *difficilem arbitrati, digressum militem, et secandis lignis occupatum exterruere, interfecto præfecto castrorum, et quinque præcipuis centurionum, et nonnullis militibus.*

—2 Beroaldus, *Vera*. Sane operarum errore. *Brotier*.—3 Ms. Reg. et editio princeps, *traheret*.—4 Sic bene Ms. Vatic. 1958. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. *venerat*. Editio princeps, *quibus advenerat*. Brotier.—

NOTÆ

[g] *Arenaci*] *Arenacum* oppidum Marsacorum populorum ad Rhenum fluvium, et in Germania magna, et prope Germaniam inferiorem. Hodie *Arnhem*, urbs tractus *Weluve*, ad meridiem et ad Rhenum fluvium, in ducatu Gueldriæ et in Belgio Fœderato. *Tillemonius*.

[h] *Batavoduri*] Batavodurus, oppidum Caninefatum populorum, sub Batavis populis Germaniæ inferioris: hodie *Wyckte Duerstede*, oppidum dominii *Utrecht* ad meridiem, et ad Rhenum fluvium et amnem *Leck*, in Belgio Fœderato. *Tillemonius*.

[i] *Grinnes*] Oppidum Caninefatum populorum ad Rhenum fluvium, et in Batavis, populis Germaniæ inferioris. Hodie *Rhenen* urbs dominii *Utrech*, ad meridiem, et ad Rhenum fluvium, in Belgio Fœderato. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon*.

[j] *Vadamque*] Vada oppidum Marsacorum populorum, ad Rhenum fluvium in Germania magna, et prope Germaniam inferiorem. Hodie *Wageningen* urbs tractus *Weluve*, prope Rhenum fluvium, in ducatu Gueldriæ, et in Belgio Fœderato. *Tillemon*.

[k] *Ipse et Verax*] Ipse et Verax suum quisque agmen ducebant, quemadmodum Classicus ac Tutor, et quatuor illi duces simul quatuor diversa loca oppugnabant.

[l] *Primoribus Centurionum*] Puto, intelligit tantum splendidiores et præstantiores, forte solos primipilares.

munimentis[5] defendere. Et interim Germanorum manus Batavoduri rumpere[6] inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prælium nox diremit.

21. Plus discriminis apud Grinnes Vadamque.[1] Vadam Civilis, Grinnes Classicus, oppugnabant: nec sisti poterant,[2] interfecto fortissimo quoque: in quis[3] Briganticus, Præfectus alæ, ceciderat;[4] quem fidum Romanis et Civili, avunculo, infensum diximus. Sed, ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna, præcipites Germani in amnem aguntur. Civilis, dum fugientes retentat, agnitus petitusque telis, relicto equo, tranatavit:[5] idem Veracis[6] effugium. Tutorem Classicumque appulsæ lintres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit,[m] ut[7] jussum

*Alii se castris tuebantur. Et interea Germanorum agmen, conabantur invadere pontem inceptum Batavoduri. Ancipitem pugnam nox separavit.*

*Majus periculum apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis invadebat, Classicus Grinnes: nec reprimi poterant, interemto promtissimo quoque; in quibus Briganticus, alæ præfectus, occubuerat; quem fidelem* fuisse *Romanis memoravimus, et Civili avunculo inimicum. Sed, postquam Cerialis succurrit cum validissimo equitum agmine, mutata fortuna, præcipitantur in Rhenum Germani. Civilis, dum fugaces retinet, notus, incessitusque missilibus, omisso equo,* Rhenum *transmeavit. Sic et Germani evasere. Applicitæ* littori *naves transmisere Tutorem Classicumque. At ne tum quidem classis Romana certamini affuit, ut imperatum erat: sed*

5 Perperam Ms. Reg. et editio princeps, *ceteris imminentibus defendere.* Ms. Bud. *militibus eminentis defendere.* Inde tentabat Rhenanus, *pauci e militibus se jumentis defendere,* pro *defendebant.* Idem.—6 Brotierus scribit *irrumpere.* Cll. Ernestus et Lallemand, *rumpere;* quasi ita foret scriptum in Ms. Oxon. At Mss. Harl. Bodl. habent, *irrumpere.* Ms. Jes. *irrupere.* Hi tamen sunt Mss. Oxonienses. In Ms. Reg. et veteribus omnibus editionibus, *irrumpere.* Tentabat quoque Cl. Ernestus, *abrumpere.*

1 Perperam Ms. Jes. omisit, *Vadamque.* Brotier.—2 Ita libri omnes scripti et editi. Cl. Ernestus tentabat, *nec sisti poterat.* Sed frustra, ut ipse fatetur. *Idem.*—3 Mss. Reg. Harl. Jes. *in quibus.*—4 Verbum illud Cl. Ernesto displicet; et certe recte abesset. *Brotier.*—5 Ita Cl. Ernestus; et sic supra c. 18. Ms. Reg. et editio princeps, *transnavit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *transnatavit.*—6 Brotierus cum Ryckio et Gronov. legit *Germanis* pro *Veracis.* In Ms. Reg. et editione principe, *idem germani transfugium.* Cum de ducum casibus hic agatur, et de militum fato supra jam sit dictum, pro *Germanis,* legendum *Veracis,* conjiciunt Jac. Gronovius et Cl. Ernestus. Valde quidem probabiliter. Quatuor enim erant duces. Hic unus desideratur, Civili, Tutore Classicoque memoratis. *Germani* vox retineri potuisset, si Verax eadem matre potius, quam sorore Civilis genitus fuisset, ut recte observat Cl. Ernestus. *Brotier.* Bipont. et probant Gronovianam emendationem.—7 In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et jussum erat.*—8 In Ms.

NOTÆ

[m] *Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit*] Habebant Romani clas-

erat: sed obstitit[8] formido[n] et remiges per alia militiæ munia dispersi. Sane Cerialis parum temporis ad exequenda imperia dabat: subitus consiliis, sed eventu clarus. Aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent: hinc ipsi exercituique[9] minor cura disciplinæ. Et paucos post dies, quanquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit.[10] [o]

22. Profectus Novesium Bonnamque[1] ad visenda castra, quæ hyematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat: disjecto agmine, incuriosis vigiliis.[p] Animadversum id

*prohibuit metus, et nautæ per alia belli ministeria distenti. Certe Cerialis haud satis spatii concedebat ad jussa exequenda: repentinus consilio, sed illustris exitu. Juvabat fortuna, etiam ubi ratio et prudentia deessent: hinc ipsi et copiis minor severitas militiæ. Et paucis interjectis diebus, licet discrimen captivitatis vitasset, ignominia non caruit.*

*Cum ivisset Novesium Bonnamque ad inspicienda munimenta, quæ hybernaturis legionious exstruebantur, navigiis revehebatur: incondita manu,* et *parum acribus*

Reg. et editione principe, *sed hostilis formido obstitit.*—9 *Que* omissum in Mss. Harl. Bodl. Jes.—10 Ms. Budens. *mutavit.*

1 Male Ms. Jes. *Bonnaque.* Novesium enim Bonnamque proficiscebatur:

## NOTÆ

sem apud Rhenum, quæ per partes divisa: pars Bonnæ et Geldubæ, pars ad exitum fluvii disposita fuit, ubi *Pharus* olim, quam nunc *arcem Britannicam* vocant.

Et ea classis *Britannica* dicta, quia in Britanniam commeabat; et etiam *Germanica*, quia maxime inserviebat tum temporis adversus Germanos, et advehendis copiis in castra legionum, prætenta Rheno et Germaniæ. Sic apud Danubium, sic et apud Euphratem classes, seu naves paratas habuere.

[n] *Sed obstitit formido*] Observandum tironibus particulam *sed*, adversativam hic non esse, immo causam reddere. *Pichena.*

[o] *Infamiam non vitavit*] Non præcise de flagitio militiæ id intelligendum; sed de flagitio stupri admissi cum Claudia Sacrata Ubia fœmina, de qua infra Tac.

[p] *Navibus remeabat; disjecto agmine, incuriosis vigiliis*] Ergo naves illas sumsit, aut Novesii aut Bonnæ: nam terrestri itinere profectus erat, propter flumen adversum. At cum ex sequentibus constet, castra in ripa fluminis fuisse, an de die omnes copiæ navibus vehebantur, et imminente nocte, castra in terra muniebant?

Potius crediderim, Cerialem ipsum cum parte copiarum navibus vectos: reliquum vero exercitum terrestri itinere secus flumen profectum; et hoc est quod Tacitus ait, *disjecto agmine.* Propterea hostes eodem tempore castra et classem invaserunt.

Et quoniam Cerialis, licet secundo flumine remearet, cursui moderabatur, ut qui pedibus veniebant, consequi possent; ideo ait, hostes spatium habuisse, opportunum tempus expectandi, noctemque nubibus atram elegisse. *Pichena.*

Germanis: et insidias composuere. Electa nox atra nubibus, et prono amne rapti, nullo prohibente, vallum ineunt.[q] Prima cædes astu adjuta: incisis tabernaculorum funibus,[r] suismet tentoriis[2 s] coopertos trucidabant. Aliud agmen turbare classem: injicere vincla:[t] trahere puppes. Utque ad fallendum silentio,[u] ita, cœpta cæde, quo[3] plus terroris adderent, cuncta clamoribus miscebant. Romani, vulneri-

*excubiis. Cognitum id Germanis: et insidias struxere. Assumta nox cœlo nubilo infesta, et secundo flumine invecti, nemine arcente, castra ingrediuntur. Primæ cædi ars adjuncta; abscissis cordis tentoriorum, suismet pellibus involutos obtruncabant. Alia manus exterrere rates: innectere catenas: raptare naves. Utque usi silentio ad fraudem* erant, *ita, inchoata cæde, quo plus pavoris inferrent, omnia vociferationibus turbabant. Romani, cæde et plagis excitati, rapiunt arma, per*

minime vero Novesio Bonnaque. *Brotier.*—2 Sic bene Mss. Reg. Agr. Guelf. editio princeps, Cl. Ernestus et recentiores. In Ms. Flor. *suismet toriis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *suismet coriis*, [et sic Ryckius et Gronov.] In margine Ms. Harl. secunda manu, *tentoriis.* Brotier.—3 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

## NOTÆ

[q] *Prono amne rapti, nullo prohibente, vallum ineunt*] Cerialis, dum Novesium Bonnamque pergeret, Civilem Germanosque post terga reliquisse videtur, id est, versus mare. Nam et supra apparet, prope Batavodurum pugnatum: et infra ait, navalem aciem a Civile ostentatam ad Mosæ Rhenique ostium; quomodo ergo remeantem Cerialem insequuntur prono amne? Forte Civilis, cum relicto equo transnatavit, per Germaniam profectus erat ad concitandos populos, et ad exercitum reparandum.

Vel intelligendum est, ipsum quidem Civilem non affuisse, sed alios Germanos, qui prope Novesium Bonnamque essent, invasisse Romanos. Idcirco inferius ait multa luce revectos hostes, adverso scilicet flumine. Quod autem ait, *vallum ineunt;* intelligo, exiguum id munimentum fuisse, ut moris erat Romanis, cum una tantum nocte manendum esset, et ideo facilis fuit irruptio. *Pichena.*

*Vallum ineunt*] Erant igitur veluti duo castra, aliud in terra, aliud in flumine. Nam alii tabernacula aggrediuntur, alii naves. Et sic certe dispositæ classes, ut legiones seu copiæ classicæ sua castra haberent in littore juxta classem: at ibi veræ legiones in ripa.

[r] *Tabernaculorum funibus*] Nempe quibus sustinerentur pelles, et ad terram alligarentur palis, ut ventis resisterent.

[s] *Suismet coriis*] Forte *tentoriis*, ut habet codex Vatic. et in Flor. *toriis.* Pichena.

[t] *Injicere vincla*] Vincula igitur attulerant, quæ injiciunt captivis, forte et navibus, ut illas trahant avehantque; victas scil. captasque naves alligabant victricibus, quibus antea prono amne invecti erant.

[u] *Ad fallendum silentio*] Silentio enim opus fuit, quo fallerent vigiles; sicque subiti irruerent in vallum, et hostes imparatos occuparent.

bus exciti, quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari,[4] plerique circum brachia[v] torta veste et strictis mucronibus. Dux semisomnus[5] ac prope intectus errore hostium[w] servatur.[6] Namque Prætoriam navem vexillo insignem,[x] illic Ducem rati, abripiunt.[7] Cerialis alibi noctem[8] egerat, ut plerique credidere, ob stuprum Claudiæ Sacratæ,[9] mulieris Ubiæ. Vigiles[10] flagitium suum[11] Ducis dedecore excusabant,[12] tanquam 'jussi silere, ne quietem ejus turbarent:

*vias erumpunt, pauci cultu aut habitu militari, plurimi circum lacertos intorto sagulo et nudatis ensibus. Dux semisopitus ac fere nudus, incolumis evasit errore Germanorum. Quippe abducunt navem prætoriam, signo eximiam, quia illic ducem* esse *existimabant. Cerialis alibi noctem tra*ducxerat, *ut multi putavere, ob cupidinem Claudiæ Sacratæ, fœminæ Agrippinensis. Custodes dedecus suum ducis ignominia defendebant, quasi* imperasset *ipsis* tacere, ne somnum ejus interpel-

teolanus, *et quo plus terroris.*—4 Sic bene editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ornati militariter.* Ms. Flor. *ornati militari.* Brotier.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Guelf. Harl. Jes. editio princeps, Cl. Ernestus et recentiores. Mss. Vatic. 1958. Bodl. et Puteolanus, *semisomnis.* At in Mss. Vatic. 1958. *u* super *i* scriptum; ut sit quoque, *semisomnus.* In Ms. Reg. *semisopitus.*—6 Ms. Reg. *salvatur.* At in margine additum: 'Tres alii manuscripti codices habent *servatur.*'—7 Ms. Bodl. *arripiunt.*—8 Ita Mss. Vatic. 1863. 1958. et libri omnes editi. At in Ms. Vatic. 1958. suprascriptum, *alia navi navem* (corrupte pro *noctem.*) Unde forte scriptum olim, *alia navi noctem egerat.* Brotier.—9 Male Ms. Reg. *Sacrariæ.* Editio princeps, *Sacratiæ.* In veteri Inscriptione apud Gruterum, p. 168. n. 10. memoratur ATTIA SACRATA. *Idem.*—10 Pro *Ubiæ. Vigiles* Ms. Guelf. et edd. omnes ante Rhen. *ubi et vigiles.*—11 Ms. Jes. *sui ducis.*—12 Mss. Vatic. 1958. Harl. Jes. et Puteolanus, *accusabant.* Sed in Mss.

## NOTÆ

[v] *Circum brachia*] Appianus bello Mithridat. διαδησάμενοι τὰ ἱμάτια ταῖς λαίαις ἀντὶ ἀσπίδων: *Alligatis vestibus circa brachium sinistrum pro scutis.* Petron. 'Idem ego ex altera parte feci; et, intorto circa brachium pallio, composui ad præliandum gradum.'

[w] *Errore hostium*] Quia putabant, eum noctem egisse in prætoria triremi: sed alibi dux pernoctarat; attamen in castris; et forte illa mulier in comitatu; alioquin hæc Taciti parum congruerent.

Fuit haud dubie tum Cerialis in castris: nam 'dux semisomnis ac prope intectus, errore hostium servatur.' Et 'vigiles flagitium suum ducis dedecore excusabant, tanquam jussi silere, ne quietem ejus turbarent.' At qui servatus dux esset *errore hostium*, per castra grassantium, nisi in castris fuisset? et cur juberentur vigiles silere, nisi noctem egisset in castris?

[x] *Vexillo insignem*] Quonam vexillo? an vexillum fuit proprium ducis quod in prætoria nave esset, aut in tabernaculo? nam et e tabernaculo Germanici seditiosi milites vexillum rapiunt in Germania Ann. l. 1. Puto, *insignis* et eximia *vexillo* triremis illa, quia *prætoria* fuit; nihil aliud.

ita, intermisso signo et vocibus,[y] se quoque in somnum lapsos.' Multa luce revecti hostes, captivis navibus, Prætoriam triremem[13] flumine Luppia[14][z] donum Veledæ traxere.[a]

23. Civilem cupido incessit[1] navalem aciem ostentandi.[b] Complet, [2]quod biremium, quæque simplici ordine ageban-

larent: ita, interrupto signo tubæ et clamoribus, ipsos etiam somno sopitos. *Provecta jam die reversi hostes, captis navigiis*, simul et *abduxere navem prætoriam amne Luppia, munus* daturi *Veledæ.*

*Civilem libido invasit navale prælium ostendendi. Instruit, quotquot biremes*

supra *ac* scriptum *ex.*—13 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *prætoriam biremem.*—14 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. *Lupa.* In Ms. Harl. et editione principe, *Lupia.* Mss. Bodl. Jes. Bud. *Impia.* Unde Beroaldus, *impio.* Brotier.

1 Male Ms. Reg. et editio princeps, *cupido invasit: cessit.* Ms. Flor. *cupido invasit incessit.* Inde frustra tentat Pichena, *cupido manis incessit. Invasit* spurium est, et additum a librariis, qui verbum, *incessit*, explicavere. *Brotier.* —2 Ms. Budens. *et quod.* Ut Lipsius, et Gronovius, aliique plurimi Brotierus edidit: *tricenis quadragenisque armamenta liburnicis solita: et simul captæ lintres, sagulis versicoloribus haud indecore pro velis juvabantur.* Nec male, in tanta librorum corruptela. Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps, *tricenos quadragenosque fere armamenta liburnicis solitæ et simul captæ lintres, sagulis versicoloribus, haud indecore pro telis juvabantur.* In Ms. Flor. pro, *fere*, scriptum, *se et.* In Mss. Vatic. 1958. Harl. *ad tricenos quadragenosque ceu armamenta liburnicas soli haud indecore pro velis juvabantur.* Ita quoque Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus; sed pro *juvabantur* habent *juvabant.* In Ms. Harl. secunda manu pro *soli* emendatum *solita;* et in margine additum, *et simul captæ lintres sagulis versicoloribus.* Ms. Agr. *tricenos quadragenosque ferre armatos liburnicæ*

## NOTÆ

[y] *Intermisso signo et vocibus*] Illa duo adhibebantur ad excitandum, *signum* et *voces. Signum* buccina dabatur: *voces* hæ erant: *vigila, vigila:* quæ voces erant circuitoris, potius quam vigilum. Et voces illæ non fuerunt vigilum inter se colloquentium, ut vertunt nonnulli; nam sæpe ab invicem distabant vigiles, ita ut non possent miscere voces, aut sociare sermonem.

[z] *Flumine Luppia*] Scil. Bructeræ nationis erat Veleda, ac fines Bructerorum Luppia alluit. Meminit l. I. Annal. 'Quantumque Amisiam et Luppiam inter vastatum.' *Rhenan.*

*Luppia*] Fluvius Chassuariorum, Sicambrorum, Bructerorum majorum, et Marsorum populorum Germaniæ magnæ, in Rhenum fluvium se exonerat: hodie *Lippe;* fluit per Episcopatus Paderbornensem, Monasteriensem, &c. in circulo Westphaliæ. *Tillemon.*

[a] *Donum Veledæ traxere*] Sic recte: nam huic virgini subinde dona missitabantur, ut patet supra.

[b] *Navalem aciem ostentandi*] Nempe classem instructam, ut in acie, et paratam ad decertandum, non vero proprie pugnam navalem, quæ non commissa, sed tantum ostentata fuit.

tur.[c] Adjecta ingens lintrium vis,[d] tricenos quadragenosque erant, *uniremesque*. *Adjuncta multitudo ingens lembunculorum, ac tricenis qua-*

*solitæ*. At, ut jam sæpe monui, codex ille viri eruditi conjectiones potius, quam veterem scripturam refert. Ita tamen edidere Ryckius et Cl. Lallemand. Pessime emendabat Faërnus: *adjecta ingens lintrium vis, vehentium ad tricenos, quadragenosque ceu armamenta liburnicis, soli haud indecore pro velis juvabant*. Hactenus nihil Lipsiana emendatione melius repertum. Tantum, ne quid veteris scripturæ pereat, mallem, *tricenis quadragenisque fere armamenta, &c.* Brotier. Bud. *tricenos quadrigenosque seu armente taliburnicis soli haud, &c.* in quo nil boni, nisi quod accusativos habeat ab initio. In seq. lineam totam omissam, clare patet. Particula *seu* in Flor. exprimitur per *set*, in aliis per *fere* vel *ferre*. Hinc Bipont. effingunt *ferentium* et locum ita concinnant, ut ego posui. Recepi autem ideo, quod proxime ad Flor. accedit, etsi non negem, Ryckianam lectionem e cod. Agr. commodum sensum dare, eamque admisit Lall. Porro pro *captæ lintres* Bip. reponunt *aptæ*, quod et

NOTÆ

[c] *Quæque simplici ordine agebantur*] Has Livius l. XXXVIII. 38. *Moneres* appellat Græco vocabulo. *Pichena.*

*Quæque simplici ordine agebantur*] Vocari possint illæ naves, vel *Moneres*, Græco vocabulo, vel *Uniremes*, Latino. *Triremes* tribus remorum ordinibus, *biremes* duobus, *moneres* uno, seu simplici ordine remorum impellebantur. Sed nomen *triremis* generale factum: scil. a specie ad genus translatum est, ut fit; et tribuitur omnibus istiusmodi navigiis, etiam si quinquaginta remorum ordines haberent.

[d] *Adjecta ingens lintrium vis*] Locum vitiatum et mutilum correxi ex Vaticano qui sic habet: *Armamenta Liburnicis solite et simul capte lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro telis juvabantur*. Hegesippi verba commode attexam, et sic corrigam l. II. de Rheno: *Itaque jam non copolis*, (seu *campulis*) *Germanorum repletur, sed Romanorum Liburnis*: et cape exiguas illas *lintres*. Lipsius.

*Adjecta ingens lintrium vis*] Lintres sunt naves fluviales, quas a Germanis inventas legimus, qui Danubii sunt accolæ, et eas ex integris arboribus cavatas. *Lupanus.*

Hæc ubique corrupta. Florentini lectio est: *Adjecta ingens lintrium vis tricenos quadragenosque se et armamenta Liburnicis solita*. Pichena.

Addendo his verbis Flor. eodicis vocem, *vehentium*, forte aliquis sensus elici possit: melior tamen sensus erit verborum, ut ea attexuit Lipsius. Sic videtur.

*Adjecta ingens lintrium vis*] Sic vertunt, quasi illæ lintres, quas hic armat Civilis, inservire solerent instruendis ornandisque triginta aut quadraginta Liburnicis Rom.

Alii tria hic distinguunt genera navium ex verbis Taciti, ut nunc ea habemus. Ita ut Civilis ornet primo *biremes* et *moneres*; secundo *lintres* plurimas, quibus addit ornatum triginta vel quadraginta Liburnicarum: dein tertio lintres ex hostibus captas, quæ versicoloribus sagis pro velis juvabantur.

Sed certe patet ex ipsis libris Mss. mutilum hunc locum esse. Et quid hoc? *adjecta ingens lintrium vis*, ac postea, *et simul captæ lintres?* Num posset legi propius ad Flor. *Adjecta ingens lintrium vis, tricenos quadragenosque ferentium, et armamenta Liburnicis solita?*

Ita ut quælibet navicula ferret ad

ferentium: armamenta Liburnicis solita: et simul aptæ lintres sagulis versicoloribus[e] haud indecore pro velis juvabantur.[2] Spatium velut æquoris electum,[3] quo[4] Mosæ fluminis os amnem Rhenum[5] Oceano affundit.[6] Causa instruendæ classis, super insitam genti vanitatem, ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperent. Cerialis miraculo magis, quam metu,[f] direxit classem, numero imparem, usu remigum, gubernatorum arte, navium magni-

*dragenisque armamenta* addi *Liburnicis solita: et simul expugnatæ lintres*, quæ *non sine decora specie sagulis multicoloribus utebantur pro velis. Campus velut maris assumtus est, quo Rhenus, Mosæ amnis undas Oceano immittit. Causa ornandæ classis, præter innatam genti arrogantiam*, scil. *ut illo pavore annonam seu copias, quæ ex Gallia advehebantur, subriperent. Cerialis admiratione magis, quam formidine instruxit classem, numero inferiorem*, sed *experientia nautarum*,

mihi videtur aptius, ut Ann. II. 6. *Oberl.*—3 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. In Ms. Flor. *ejectum*. Ms. Bud. *ceptum;* unde Rhenanus edidit, *captum*. Brotier.—4 Ms. Bud. *ut*. Brotier. *ubi*. Gronov. et Ryckius *quo*.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus et Ryckius, *Mosæ fluminis amnem Rhenus*. Sic et Ms. Jes. Sed pro *Rhenus* habet *Rheno*.—6 Ms. Reg. et editio princeps, *effundit*.—7 In hæc verba de-

## NOTÆ

*tricenos* homines: quas scil. scaphas ornaverat Civilis eodem paratu, seu iisdem armamentis, quibus Liburnicæ Rom. instructæ erant, quæ armamenta Germani, ut et lintres, abripuerant Romanis, et præcipue nocte illa, qua vallum Cerialis ingressi sunt, per silentium et insidias noctis.

Puto, *captæ* illæ *lintres*, sunt eædem ipsæ cum lintribus his, quarum *adjecta vis ingens*, vel saltem pars illarum. Quibus cum non sufficerent armamenta capta, eas ornavere sagis multicoloribus speciem simul et in usum.

Pro his verbis, *captæ lintres*, mallem, *simul compositæ lintres*, vel quid simile. Ita ut ordo ille navium ornatarum versicoloribus velis, speciem seu pompam haud indecoram exhiberet: quod magis voluit Civilis, quam navale prælium. Infra: 'Causa instruendæ classis, super insitam genti vanitatem, ut eo terrore, commeatus Gallia adventantes interciperent.'

Ubi nota *vanitatem*, scil. ex ingenio gentis, ut et tradit Cæsar, simul et ex pompa et specie classis sic adornatæ, quia novum illud et insolitum hisce gentibus; et quod *interpretatione gloriæ*, tum majus in famam et ostentationem apud Germanos, Batavos, et Gallos fuit, quam in usum, belli. Talia scil. in speciem sæpe magnifica, at re inania, si famam excipis.

[e] *Sagulis versicoloribus*] Sic olim Alexander, cum Indum navigaret, versicolori velo totius classis insignia variavit.

[f] *Miraculo magis, quam metu*] Magis quia Cerialis mirabatur Civilem hoc audere, quam quod timeret: nam revera Romanis hic peritissimis nihil periculi: et nondum Batavi in mari aut aquis, quales nunc miramur. *Lipsius.*

tudine potiorem.[7] His flumen secundum;[8] illi vento agebantur. Sic prævecti,[9] [g] tentato levium[10] telorum jactu, dirimuntur. Civilis, nihil ultra ausus, trans Rhenum concessit. Cerialis, insulam Batavorum hostiliter populatus, agros villasque Civilis intactos,[h] nota arte Ducum, sinebat: cum interim, flexu[11] autumni[i] et crebris per hyemem[12] imbribus, superfusus amnis palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit: nec classis[j] aut commeatus aderant: castraque in plano sita, vi fluminis differebantur.[13] [k]

*gubernatorum industria, et navigiorum amplitudine præstantiorem. Hi amne favente; illi* secundo *vento impellebantur. Ita invecti, expertique vires non ultra telorum jactum, separantur. Civilis, nihil ultra tentavit, et trans Rhenum se recepit. Cerialis, insulam Batavorum hostilem in modum deprædatus, terras prædiaque Civilis illibata, usitato astu ducum, omittebat: cum interim, exitu autumni, et frequentibus* e cœlo lapsis *pluviis superstagnans fluvius, ad instar paludis inundavit insulam* suopte ingenio *humentem humilemque. Nec naves, aut copiæ suppetebant: munimentaque in planicie posita, vi undarum varie distrahebantur.*

sinunt Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps.—8 Sic bene Ms. Flor. Pichena et recentiores. Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Is flumine secundo.* Suprascriptum in Ms. Vatic. 1958. *flumen secundum.* Brotier. —9 Ita bene Rhenanus et recentiores. Puteolanus, *provecti.* Idem.—10 Sic Ms. Flor. *levium* omisit Gronovius, Ryckius et Brotier.—11 Sic bene Rhenanus et recentiores. Puteolanus, *fluxu autumni.* Brotier.—12 Sic Ms. Flor. Ryckius, Gronov. et Brotier. *crebr. pluvialibus imbribus.*—13 Ita bene Ms. Bud. Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *deferebantur.* Brotier.

## NOTÆ

[g] *Sic prævecti*] An oppositi invicem pertransierunt Romani Germanique? an isti prætervecti sunt Romanos, ut facilius Civilis trans Rhenum se reciperet? Ita ut pertranseundo, se invicem telorum jactu appetierint, nihil ultra tentantes: ita ut mutuo in conspectu utraque classis pertransierit. Certe in vett. libris fuit *provecti*, et Rhenanus reposuit, *prævecti*, quia Tacitus transisse significat. Sed sufficit vox, *provecti.* Hi quippe *provecti* secundo flumine, alii vento favente, et sic *dirimuntur.* Nec satis video pertransiisse, quod forte non sine prælio factum esset; Civilis *trans Rhenum concessit*, Cerialis Bataviam depopulatus est.

[h] *Agros...intactos*] Prædia Civilis intacta reliquit, *nota arte ducum;* nempe, ut eum Batavis suis suspectum redderet, forte et respectu. Principes enim sese invicem salutant, dum milites se occidunt: forte ne illum omni spe pacis, aut veniæ deturbaret; quippe jam Cerialis reconciliare imperio hos populos conabatur, spe, minis, promissis, omni modo patrati tanti belli gloriam quærens, forte et triumphi insignia, aut certe imperia extraordinaria.

[i] *Cum interim, flexu autumni*] *Flexus autumni* est, cum autumnus vergere incipit et inclinari: sic 'flexum ætatis' vocat Cicero. *Rhenanus.*

[j] *Nec classis*] Haud dubie classis

24. ‘ Potuisse tunc opprimi legiones, et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos,’ imputavit Civilis.[1] Neque abhorret vero, quando paucis post diebus deditio insecuta est. Nam Cerialis per occultos nuntios ‘ Batavis pacem, Civili veniam,’ ostentans, Veledam, propinquosque monebat, ‘ fortunam belli, tot cladibus adversam, opportuno erga Populum Romanum merito mutare. Cæsos Treveros, receptos Ubios, ereptam Batavis patriam: neque aliud Civilis amicitia paratum,[1] quam vulnera, fugas, luctus: exulem eum et extorrem recipientibus oneri: et satis pecca-

Potuisse tunc legiones profligari, et cupiisse Germanos, sed astu eos se mitigasse, *pro merito accipi voluit Civilis. Neque a veritate alienum est, quandoquidem paucis interjectis diebus deditio facta est. Quippe Cerialis missis secretis nuntiis, offerens* pacem Batavis, Civili salutem, *Veledæ proximisque suadebat*, ut fortunam belli, tot cladibus improsperam, verterent tempestivo in populum Rom. beneficio. Victos Treveros, reciperatos Agrippinenses, ademtam Batavis regionem: et nihil aliud societate Civilis profectum, quam plagas, exilia, et funera: expulsum eum et ejectum patria, protegentibus tædio *esse:*

1 Sic bene Cl. Ernestus e Ms. Guelf. In Ms. Harl. et veteribus editioni-

NOTÆ

Rom. obviam iverat copiis, seu commeatibus, qui ex Gallia adventabant; ne scil. eos Germani classe instructi interciperent. Et erat consiliis subitus Cerialis, nec satis provisum commeatibus, aut pluviis, quæ sæpe immodicæ, præproperæ, et sæpe flexu autumni ingruunt; ac præsertim illo cœlo ac solo humili humentique suopte ingenio.

*Nec classis aut commeatus aderant*] Si Cerialis classem contra Civilem direxerat, quomodo nunc ait, classem eum non habere? An hic appellatione classis intelligit tantum naves onerarias, quæ commeatum portare solebant; ipsum vero non nisi fluviatiles naves habuisse, prælio aptas?

Verisimilius est, Cerialem, post navalis prælii apparatum, cum exercitum ad terrestres populationes circumducere vellet, classem dimisisse: nihil de imbribus aut inundatione fluminis cogitantem. *Pichena.*

[k] *Vi fluminis differebantur*] Sic regius codex; hoc est, in diversas partes ferebantur: utitur hoc verbo Annal. III. ‘ Nam quo pertinuit nudare corpus, et contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos?’

Rursum lib. IV. ‘ Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum tot prælliis consectentur.’ *Rhenanus.* Id est, vexabantur, exagitabantur, hucque et illuc varie impellebantur.

[l] *Imputavit Civilis*] Simile quid legas apud Suet. Tib. 19. ‘ Tiberius Batonem Pannonium ducem, ingentibus donatum præmiis, Ravennam transtulit; gratiam referens, quod se quondam cum exercitu, iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere.’

visse, quod totiens Rhenum transcenderint:[2] si[3] quid ultra moliantur, inde injuriam et culpam, hinc ultionem et Deos fore.'

25. Miscebantur minis promissa. Et, concussa Transrhenanorum fide, inter Batavos quoque sermones orti: 'non prorogandam ultra ruinam: nec posse ab una natione totius orbis servitium depelli. Quid perfectum[1] cæde et incendiis legionum, nisi ut plures validioresque accirentur? Si Vespasiano bellum navaverint,[2 m] Vespasianum rerum potiri; sin Populum Romanum armis provocent,[3] quotam partem generis humani[n] Batavos esse? respicerent Rhætos Noricosque et[4] ceterorum onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutem[5] et viros[o] indici: proximum id libertati; et, si do-

et satis deliquisse, quod toties flumen transmiserint: si quid præterea aggrediantur, inde offensionem et scelus, hinc vindictam fore et Numina.

*Minis adjungebantur promissa. Et, emota constantia Germanorum, apud Batavos etiam cæpta colloquia:* Non propellendam ultra perniciem: nec posse ab una gente omnium populorum servitutem deturbari. Quid peractum internecione Romanorum et crematis castris legionum, nisi ut plures fortioresque accerserentur? Si pro Vespasiano bellum moverint, Vespasianum imperium obtinere; quod si populum Rom. armis lacessant, quotam partem orbis terrarum Batavos esse? Spectarent Rhætos et Noricos, et aliorum sociorum tributa: ipsis non vectigalia, sed arma virosque imperari: simile id libertati;

bus, *peractum;* [et sic Ryckius et Gronov.] *Brotier.*—2 Ms. Jes. *transcenderit.* —3 Ms. Harl. *sed quid.* Ms. Jes. *sed quia.*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. *quid profectum.*—2 Ms. Bodl. secunda manu, *navaverunt.*—3 Ms. Budens. *vocent.*—4 Jactat Rhenanus se inseruisse particulam, *et.* Verum illam jam habebat Puteolanus. *Brotier.*—5 Sic bene Ms. Flor. Lipsius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *virtutes.* Frus-

NOTÆ

[m] *Si Vespasiano bellum navaverint*] Si pro partibus Vespasiani sumserint arma, si eam illi operam militiamque navarint.

[n] *Quotam partem generis humani*] Quasi vero omne genus mortalium inserviret imperio Rom. et tamen quotula pars orbis immensum illud imperium? quid reliquus Septemtrio? quid Parthi? aut Indi? quid Africa universa? quid ceterum genus hominum? quod mente et spe præsumserant illi, nondum cognoscebant?

[o] *Sed virtutem et viros*] Sic lib. de Mor. Germ. 'Exemti oneribus et collationibus, et tantum in usum præliorum sepositi; velut tela atque arma, bellis reservantur.'

*Virtutem et viros*] Intelligit homines strenuos, ad arma et virtutem bellicam genitos; nec tale tributum exprimi nobilius potuit. Ab aliis sociis pecuniam et opes exigunt, a Batavis *virtutem et viros.*

minorum electio sit, honestius Principes Romanorum, quam Germanorum fœminas tolerari.'[p] Hæc vulgus. Proceres: 'atrociore Civilis rabie semet in arma trusos:[6] illum domesticis malis excidium gentis opposuisse: tunc infensos Batavis Deos, cum obsiderentur legiones, interficerentur Legati, bellum uni necessarium, ferale ipsis sumeretur. Ventum ad extrema, ni resipiscere[7] incipiant, et noxii capitis pœna pœnitentiam fateantur.'

26. Non fefellit Civilem ea inclinatio, et prævenire statuit: super tædium malorum, etiam spe vitæ, quæ plerumque magnos animos infringit. Petito colloquio, scinditur Nabaliæ[1] fluminis pons;[q] in cujus abrupta progressi[r] Du-

et, si principes assumendi arbitrium concedatur, majus decus ferendi Imperatores Romanorum, quam mulieres Germanorum. *Hæc populus: Primores:* truculentiore ira Civilis ipsos in bellum tractos: illum nationis exitium domesticis cladibus objecisse: tum infesta *fuisse* Batavis Numina, cum legiones oppugnarentur, occiderentur duces, et bellum capesseretur uni utile, exitiale ipsis. Venisse se in novissimum discrimen, nisi pœnitere incipiant, et noxii hominis supplicio pœnitentiam approbent.

*Non latuit Civilem ea* popularium *voluntas, et prævertere decrevit: præter anxietatem ærumnarum, etiam spe veniæ, quæ sæpe* et *audaces animos convellit. Postulato congressu, abrumpitur pons amnis Nabaliæ; in cujus abscissa venere*

tra tentabat Rhenanus, *juventutem.* Brotier.—6 Hic explicit Ms. Jes. *Idem.* —7 Male Ms. Bodl. *respicere.* Brotier.

1 Frustra tentabat Lipsius, *Vahalis fluminis.* In Ms. Bud. *Flabalie.* Bro-

NOTÆ

p *Honestius principes Romanorum, quam Germanorum fœminas tolerari*] Veledam denotat, de qua Hist. lib. IV. 61. *Pichena.*

*Germanorum fœminas*] Intelligit virgines illas fatidicas, quæ sanctitate seu superstitione, his in regionibus late pollebant; seque bellis et rebus publicis inserebant, per oracula ac responsa quædam, quæ propinqui earum consulentibus referebant, velut ex Numinibus.

Tres sunt hujusmodi Virgines in historia notæ, *Aurinia, Veleda,* et *Ganna,* quæ, teste Dione, et ipsa Romam venit tempore Domitiani. Certe ipsæ Sibyllas Græcorum, et Druidas Gallorum, auctoritate longe superarunt, nec eodem tres istæ tempore floruerunt, licet fere sibi succederent.

Dubito, num duraverint usque ad Diocletianum; sed in iisdem locis Germana mulier, seu Druias quædam fatidica, ei prædixit imperium, cum aprum confodisset. Sed frustra consectabatur ille apros in sylvis: nam, occiso viro, qui vocabatur Aper, tandem rerum potitus est Diocletianus.

q *Scinditur Nabaliæ fluminis pons*] Alii de *Vahali,* alii de *Nava* fluvio intelligunt.

*Scinditur .... pons*] Sic et apud

ces: et[2] Civilis ita cœpit: ‘ Si apud Vitellii Legatum defenderer; neque facto meo venia, neque dictis fides, debebatur. Cuncta inter nos inimica, hostilia, ab illo cœpta,[s] a me aucta erant. Erga Vespasianum vetus mihi observantia: et, cum privatus esset,[t] amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notum, cujus epistolis ad bellum accitus sum, ne[3] Germanicæ legiones, et Gallica juventus[u] Alpes transcen-

*duces: et Civilis ita disseruit:* Si crimen diluerem apud legatum Vitellii; neque facinori meo gratia, neque verbis fides, adhiberi deberet. Omnia invicem infensa, et inimica, *quæ* ab illo inchoata, a me longius impulsa erant. At erga Vespasianum prisca mihi reverentia: et, cum privatus ageret, amici appellabamur. Id Primo Antonio compertum *est*, cujus literis ad arma excitus sum, ne legiones Germanicæ, et Gallica auxilia transmitterent Alpes. Quæ

tier.—2 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. *Et* abest a Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Omiserat quoque Puteolanus.—3 Ms. Harl. *ut Germanicæ.*—

## NOTÆ

Euphratem Corbulo interscidit pontem, cum legatis Parthorum colloquturus, Dione teste.

*Nabaliæ*] Navalia, antea Sala, fluvius, Bructerorum majorum, Usipetum, Marsacorum, et Tubantum populorum, in Germania magna, exonerat se in Flevonem lacum: hodie *Issel* vel *Yssel*, labitur per ducatum Cliviæ, comitatum Zutphaniæ, ducatum, Gueldriæ et dominium Trans-Isalæ vel *Over-Issel*, atque in sinum *Zuyder-zee* erumpit. *Tillemonius.*

[r] *In cujus abrupta progressi*] Sicque ad vitandas insidias, quilibet ex sua parte stabat in illis abruptis pontis partibus. Sic sine periculo invicem congressuri, fornicem unam seu cameram destruebant; et quisque aderat stipatus, certo numero comitum; et vox commeabat facile ad modicum hoc spatium scissi pontis.

[s] *Ab illo cœpta*] Intelligit Vitellium, non legatum Vitellii. Non video tamen ullam contumeliam ipsi illatam a Vitellio, sed tantum a milite Vitelliano: sed id ad prætextum belli sufficiebat. Inceperat odium Civilis in Romanos jam tempore Neronis. Nec abs re a Vitellii odio transit ad observantiam in Vespasianum.

[t] *Et cum privatus esset*] De hoc loco sensit Sidonius in epistolis: ‘ Caius Tacitus, e majoribus unus tuis, sub verbis cujusdam Germanici ducis in historia sua retulit: cum Vespasiano mihi vetus amicitia, et dum privatus esset, amici vocabamur.’ *Lipsius.*

*Cum privatus esset, amici vocabamur*] Quam id tui genii, Tacite! quam vere! Ante fortunam socius, amicus, omnia; post fortunam nihil. Magna fortuna statim obliterat mentem, memoriam, amicitiam ceteraque hominis. Hinc stultissimus ille Sycoson Samius, qui Darium regem adiit, postquam rex ex privato factus esset, dicens: Δαρείου ἐνεργέτης εἶναι· scil. quod ei olim amiculum suum dedisset.

[u] *Gallica juventus*] Id est, exercitus, seu auxilia Galliarum.

deret.[4] Quæ Antonius epistolis,[5] Hordeonius[6] Flaccus præsens monebat,[7] arma in Germania movi, quæ Mucianus in Syria, Aponius in Mœsia, Flavianus[8] in Pannonia.'

Antonius literis, Hordeonius Flaccus præsens persuadebat, bellum in Germania concitavi, quod Mucianus in Syria, Aponius in Mœsia, Flavianus in Pannonia.

4 In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et veteribus editionibus ante Lipsium, *transcenderent*.—5 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et veteribus editionibus, *Antonius absens* omissis *epistolis*.—6 Ita Pichena et recentiores. A Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et editionibus veteribus abest, *Hordeonius;* quod et omisit Homerus.—7 Ita bene Mss. et veteres recentioresque editiones. Male Rhenanus, *movebat*. Brotier.—8 Sic bene Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et veteribus editionibus, *Fabianus in Pannonia*. Idem.

# C. CORN. TACITUS

DE

# SITU, MORIBUS, ET POPULIS

# GERMANIÆ.[1]

## BREVIARIUM LIBELLI.

CAP. 1. Germaniæ situs, 2. incolæ indigenæ: auctores gentis: nominis origo. Hercules. 3. Barritus: ara Ulixis. 4. Germani, gens sincera: habitus corporum. 5. Terræ natura: non aurum, non argentum, nec æstimatum. 6. Germanorum arma, equitatus, peditatus, ordo militiæ: 7. Reges, Duces, Sacerdotes: 8. fœminarum virtus et veneratio. Veleda. Aurinia. 9. Dii, sacra, simulacra nulla. 10. Auspicia, sortes: ex equis, e captivo præsagia. 11. Consultationes publicæ et conventus. 12. Accusationes, pœnæ, jus redditum. 13. Scuto frameaque ornati juvenes, Principum comites: eorum virtus et fama. 14. Gentis bellica studia. 15. In pace, venatio, otium. Collata Principibus munera. Urbes nullæ: vici, domus, specus suffugium hyemi et receptaculum frugibus. 17. Vestitus hominum, fœminarum. 18. Matrimonia se-

1 Ita Ms. Vatic. 3429. et libri editi. In Mss. Vatic. 1518. 1862. et 4498. *de origine et situ Germanorum.*

vera. Dos a marito oblata. 19. Pudicitia. Adulterii pœna. Monogamia. Liberorum numerus non finitus. 20. Liberorum educatio. Successionis leges. 21. Patris, propinqui, amicitiæ, inimicitiæque susceptæ: homicidii pretium. Hospitalitas. 22. Lotio, victus, ebriorum rixæ: consultatio in conviviis. 23. Potus, cibus. 24. Spectacula: aleæ furor. 25. Servi, libertini. 26. Fœnus ignotum. Agricultura. Anni tempora. 27. Funera, sepulcra, luctus.

28. Singularum gentium instituta. Galli, olim valida gens, in Germaniam transgressi, Helvetii, Boii. Aravisci, Osi, incertum genus. Germanicæ originis populi Treveri, Nervii, Vangiones, Triboci, Nemetes, Ubii. 29. Batavi, Cattorum proles. Mattiaci. Decumates agri. 30. 31. Cattorum regio, habitus, disciplina militaris; vota, virtutis incentiva. 32. Usipii, Tencteri, equitatu præstantes. 33. Bructerorum sedes, a Chamavis et Angrivariis occupatæ. 34. Dulgibini. Chasvari. Frisii. 35. Chauci, pacis studio, justitia, et virtute nobiles. 36. Cherusci et Fosi, a Cattis victi. 37. Cimbrorum parva civitas, gloria ingens. Romanorum clades. Germani triumphati magis quam victi. 38. Suevorum numerus, mores. 39. Semnonum religio, victimæ humanæ. 40. Longobardi. Reudigni. Aviones. Angli. Varini. Eudoses. Suardones. Nuithones. Herthæ cultus communis. 41. Hermunduri. 42. Narisci. Marcomanni. Quadi. 43. Marsigni. Gothini. Osi. Burii. Lygiorum civitates, Arii, Helvecones, Manimi, Elysii, Naharvali; horum Numen Alcis. Gothones. Rugii. Lemovii. 44. Suiones, classibus valentes. 45. Mare pigrum. Æstyi, Matris Deum cultores, succinum legunt. Sitonibus fœmina imperat. 46. Peucini, Venedi, Fenni, Germani an Sarmatæ? Eorum feritas, paupertas. Hominum monstra, Hellusii, Oxiones.

GERMANIA[a] omnis a Gallis[1 b] Rhætisque[2 c] et Pannoniis[d] Rheno[e] et Danubio[f] fluminibus, a Sarmatis[g] Dacisque[h] mu-

*Germania universa dividitur a Galliis, Rhætiis, et Pannoniis, Rheno et Danubio amnibus; a Sarmatis et Dacis, mutua formidine, vel montibus. Reliqua cingit*

1 Ita quatuor Mss. Vatic. et editiones veteres. Perperam eruditi viri, Gronovius, Dithmarus et Ernestus edidere, *Galliis*. Brotier.—2 Perperam libri editi, *Rhætiis*. Emendandum, *Rætis*. Hic enim de populis, non vero de regionibus agitur; ut recte vidit Cellarius, 'Notit. Geograph. Antiq.' lib. II. c. 8. Firmior adhuc in sua sententia futurus, si novisset in veteribus optimisque libris legi, *Gallis*, non *Galliis*. Ætate Taciti multo recentior Rætiæ et Pannoniæ in plures provincias divisio. *Rætiis*, non *Rhætiis*, habent

NOTÆ

[a] *Germania*] Germania Magna, regio Europæ veteris, ad oceanum Germanicum et oceanum Septentrionalem; hodie pars est imperii *Allemaniæ*, ut plurimum inter Rhenum et Danubium fluvios; his addenda regna Daniæ, *Dannemarck*, et *Norwegiæ*, pars major regni Sueciæ, *Suede*, pars occidentalis status regni *Poloniæ* circa Vistulam fluvium, et aliquid regni *Hungariæ*. Ex Germania antiqua Philippi Cluverii, et operibus Geographicis Sansonis Geographi Regis Christianissimi. *Tillemonius*.

[b] *Galliis*] Gallia, regio Europæ ad Oceanum occidentalem et ad mare Mediterraneum: hodie regnum *Franciæ* integrum, cum regionibus *Allemaniæ*, *&c.* circa Rhenum fluvium, et parte *Italiæ* recentioris circa Alpes montes. His addendus comitatus *Roussillon* in Catalaunia principatu Hispaniæ hodiernæ. Tacitus dixit, *Galliis;* quia Gallia divisa erat in quatuor regiones, nempe Galliam Belgicam, Galliam Lugdunensem, Galliam Narbonensem, et Galliam Aquitanicam. *Tillemonius*.

[c] *Rhætiis*] Rhætia, regio Illyrici late sumti ad occidentem: hodie partes circulorum *Sueviæ* vel *Souabe*, *Bavariæ*, et *Austriæ*, cum regione *Grisonum*, in Allemania. Tacitus dixit *Rhætiis*, quia Rhætia a Romanis fuit divisa in duas provincias, nempe Rhætiam primam, et Rhætiam secundam, seu Vindeliciam. *Tillemonius*.

[d] *Pannoniis*] Pannonia, regio Illyrici late sumti, ad Danubium, ad Dravum, atque ad Savum amnes: hodie pars orientalis circuli Austriæ, *Austriche*, pars inferioris *Hungariæ*, fere omnis *Sclavonia* proprie dicta, aliquid provinciarum *Croaciæ*, *Bosniæ*, et *Serviæ*. Hæ regiones seu provinciæ parent domui Austriacæ, et summo Turcarum Imperatori.

Tacitus dixit, *Pannoniis*, quia Pannonia divisa fuit a Romanis in duas provincias, nempe Pannoniam *primam* seu superiorem, et Pannoniam *secundam* vel inferiorem. *Tillemonius*.

[e] *Rheno*] Rhenus, fluvius Illyrici late sumti, Germaniæ, et Galliæ regionum, labitur in Oceanum Germanicum: hodie vocamus *Rhein*. Est in imperio Allemaniæ, &c. Nunc in arenis comitatus Hollandiæ, prope burgum *Katwyck-op-zee* deficit, et nomen amittit. *Tillemon.*

[f] *Danubio*] Danubius, fluvius Germaniæ Magnæ, Illyrici late sumti, et Sarmatiæ Europææ, in Pontum Euxinum se exonerat: hodie dicitur *Donauv* Allemannis, *Danube* Francis. Labitur per Allemaniam et Turcicum

tuo metu[i] aut montibus, separatur. Cetera Oceanus ambit,[j] latos sinus[k] et insularum[l] immensa spatia complectens, nuper cognitis[m] quibusdam gentibus ac Regibus, quos bellum

*Oceanus, continens vastos sinus, et insulas magnitudine inmensas, novissime compertis quibusdam nationibus et regibus, quos bellum patefecit. Rhenus, ex invio et*

NOTÆ

imperium Europæum, deinde cadit in mare Nigrum seu mare Majus. *Tillemon.*

[g] *Sarmatis*] Id est, Germano-Sarmatis, de quibus infra dicemus, cap. 46.

[h] *Dacis*] Dacia, regio Germano-Sarmatiæ ad meridiem: hodie pars orientalis *Hungariæ Superioris*, et omnes principatus *Transilvaniæ*, *Moldaviæ*, et *Valaquiæ*, sub Turcico imperio Europæo, ut plurimum. *Tillemon.*

[i] *Mutuo metu*] Sic Thucydides, 'æqualis invicem formido sola fidem facit, qua stat societas.'

*Mutuo metu aut montibus*] Intelligit montes Sarmatiæ Europææ orientales: hos *Tatri*, Poloni vocant; quod ex illa parte Tartari aliquando ingruere soliti sint. *Colerus.*

[j] *Cetera Oceanus ambit*] Mela: 'Qua septentrionem spectat, Oceanico littore obducta est.'

*Oceanus*] Nempe *septentrionalis.* Vide notas infra c. 45. et *Oceanus Germanicus*, de quo statim dicemus.

[k] *Sinus*] Nempe mare Suevicum, vel Codanus sinus, vide notas infra c. 45. *Clylipenus sinus*, maris Suevici et Æstiorum populorum; hodie *Golfe de Riga*, inter Livoniam et Curlandiam, ad mare Balthicum, *Venedicus sinus*, maris Suevici, ad ostium Vistulæ fluvii; hodie *Golfe de Dantzick*, ad oram Prussiæ et ad mare Balthicum. *Lagnus sinus*, ad mare Suevicum, inter Ingævones et Vandalios majores: hodie *Golfe de Lubeck* ad mare Balthicum, inter ducatum Holsatiæ et ducatum Mecklenburgensem. *Tillemonius.*

[l] *Insularum*] Baltia, quæ et Scandia falso ab Antiquis credita *insula*: hodie certo scimus esse peninsulam, ubi Regna *Norwegiæ* et *Sueciæ*, *Suède*, in latere septentrionalis Europæ recentioris.

*Latris*, insula maris Suevici, et prope oram Æstiæorum populorum: hodie *Oësel*, in mari Balthico, et prope Livoniam, provinciam regni Sueciæ.

*Codanonia*, insula sinus Codani, et prope Cimbricam Chersonesum: hodie *Seland*, vel *Zeland*; paret regi Daniæ. *Tillemon.*

[m] *Nuper cognitis*] Domitiani imperio, ut opinor, cui bella cum Cattis, Suevis, Sarmatis, et ea occasione illustratæ magis vicinæ gentes. *Lipsius.*

*Nuper cognitis quibusdam*] Domitiani imperio, ut Lipsio placet. Mihi magis placet de Drusi Germanici bellis accipere. Strabo lib. VII. 'Non solum gentes plurimas subegit, sed et insulas, quæ in illa navigatione se offerebant.'

Huc refero et illud Plinii II. 105. 'Nam et in Germania immensas insulas non pridem compertas, cognitum habeo.'

Sed hocce libro capite 67. idem plane mecum ostendit de Germanico Tacitum intelligere, dum ait, 'auspiciis Divi Augusti Germaniam classe circumvectam, ad Cimbrorum usque promontorium.'

Nihil amplius dubito: et tamen illum Suetonii locum in Claudio illaudatum non relinquo: 'Is Drusus in quæsturæ præturæque honore, dux Rhætici, deinde Germanici belli, Oce-

aperuit. Rhenus, Rhæticarum Alpium[n] inaccesso ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus,[3] septentrionali[4] Oceano[o] miscetur. Danubius, molli et clementer edito montis Abnobæ[5] [p] jugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare[q] sex meatibus erumpit:[6] septimum enim os paludibus hauritur.

*abrupto Alpium Rhæticarum jugo effusus, haud magno circuitu flexus ad occidentem, in septentrionalem Oceanum labitur. Danubius, erumpens ex montis Abnobæ vertice, acclivi et leniter assurgente, plures provincias alluit; donec sex ostiis Pontico æquori miscetur; septimum enim ostium lacubus absorbetur.*

Mss. Vatic. 1518. et 4498. *Brot.*—3 Recte monuit Ernestus *versus* præpositionem esse. *Brotier.*—4 Brotierus scribit *septemtrionali:* et sic alibi.—5 Mss. Vatic. 1518. et 4498. et editiones veteres, *Arbonæ.* Mss. Vatic. 1862. et 2964. *Arnobæ.* In margine Ms. Vatic. 1862. additum, *Arbonæ.* Rhenanus, deinde ceteri omnes, Plinium secuti edidere, *Abnobæ.*—6 Brotierus habet

NOTÆ

anum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit.' Solet Tacitus per vocem *nuper*, mediocre temporis spatium designare. *Colerus.* Innotuerat certe aliqua pars Germaniæ jam Julii et Augusti temporibus; sed potius hic intelligi debent Tacitus et Plinius de recentioribus dominationibus. Quidni de Claudii temporibus, sub quo bella gesta sunt in Britannia et in Germania, sub quo militarunt Vespasianus et Titus in Germania ipsa, non sine magno decore? quidni et de Domitiani bellis, qui redimebat pecunia et bella et triumphos, et haud dubie vicinos reges sic pelliciebat? et τὸ *nuper* Taciti, non importat longa aut remotiora tempora. *Nuper* extenditur ad tempus quod ipse videre vivens et audire potuit, non ad centum annos, non ad sæculum Julianum, ut volunt.

[n] *Rhæticarum Alpium*] Alpes Rhæticæ, montes Rhætiæ provinciæ: hodie *Monte del Oro* et *Bernina*, in regione Grisonum et in Valtellina, partibus Helvetiæ recentioris. *Tillemon.*

[o] *Septentrionali Oceano*] Hic potius *Germanicus Oceanus;* alluit oram occidentalem Germaniæ magnæ: hodie ab Allemanis dicitur *Noort-zee* et a Francis *Mer d'Allemagne*, irrigat oram Allemaniæ recentioris, &c. *Tillemon.*

[p] *Abnobæ*] Mons Nemetum, Triboccorum, et Rauracorum, populorum Galliæ Belgicæ et Lugdunensis, atque Sedusiorum et Tulingorum, populorum Germaniæ magnæ ad meridiem et occidentem. Hodie mons est marchionatus Badæ, provinciarum *Ortnauv* et *Brisgauv*, tractus urbium Sylvaticarum, comitatus et principatus *Furstenberg*, ducatus *Wurtenberg*, et comitatus *Eberstein*, *&c.* in circulo Sueviæ et Austriæ. Locus unde oritur Danubius, nunc est prope villam *Thoneschingen* vel *Doneschingen*, in principatu et comitatu *Furstenberg*, et in parte meridionali et occidentali circuli Sueviæ. Ex Geographia Sansonis, &c. *Tillemonius.*

In montis *Arnobi* radicibus oriri Danubium constat, prope Hercyniam sylvam: vulgo *sylvæ nigræ* nomen servat, ex adverso Rauracorum, quorum oppidum est Basilea. *Alciatus.*

[q] *Ponticum mare*] Pontus Euxinus,

2. Ipsos Germanos indigenas[r] crediderim, minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos; quia nec terra olim,[s] sed classibus, advehebantur,[t] qui mutare sedes quærebant: et immensus ultra, utque sic dixerim, adversus[1 u] Oceanus raris ab orbe nostro[v] navibus aditur.

*Existimaverim Germanos in ipsa sua regione ortos, et nequaquam adulteratos aliarum nationum advectu, aut hospitiis,* seu coloniis; *nam qui novas terras investigabant olim, non terra, sed navibus appellebantur: atque ultra* Germaniam *infinitus* ille *Oceanus, et, ut ita dicam, oppositus, haud crebris*

*erumpat.* Ita Mss. Vatic. Puteolanus, *erumpit.* Infra c. 20. 'Donec ætas separet ingenuos, virtus agnoscat.' *Brotier.*

1 Nil opus est Acidalii *aversus.* Improbabile prorsus Crusii *abstrusus.*

NOTÆ

mare, alluens oras Illyrici late sumti, Sarmatiæ Europææ et Asiaticæ, Colchidis, et Asiæ minoris peninsulæ: hodie vocamus etiam *Pont Euxin, Mer Majeure,* et *Mer Noire:* est inter Turcicum imperium Europæum, Poloniam, Parvam Tartariam, Circassiam, Georgiam, et Natoliam, regiones Europæ et Asiæ recentiorum. *Tillemonius.*

[r] *Indigenas*] Quemadmodum Athenienses, qui se dicunt αὐτόχθονας, id est, *in eadem hac regione, quam colunt, genitos;* non autem aliunde advectos aut adventitios, non colluviem aliquam convenarum. Sic etiam infra 4. 'Germaniæ populos nullis aliarum gentium connubiis infectos, propriam et sinceram et tantum sui similem gentem extitisse.' Si qui alienigenæ Germaniam irrupissent, potuissent illi misceri cum Germanis societate connubiorum, ut Romani cum Sabinis, vel Galli cum Francis; sed Germani, nullis aliarum gentium *adventibus, hospitiis,* aut conjugiis mixti, sed *indigenæ* fuerunt.

[s] *Nec terra olim*] Ejusmodi navigationes Bacchi, Herculis, Jasonis, Phœnicum, et Minoïs. Sic Castores celebres apud Strabonem lib. I. apud Sen. Nat. quæst. I.

[t] *Sed classibus, advehebantur*] Forte sic ut plurimum, non tamen semper. Nam nostri Galli, qui inundavere Europam Asiamque, dein et Franci, non invecti navibus; neque postea Gothi, Vandali, Hunni, et cetera lues generis humani: ii terra adventabant.

[u] *Utque sic dixerim, adversus*] Haud male *adversum* ceperis, quasi mari Italico et Tyrrheno oppositum: eodemque sensu etiam, *diversus.* Sic in Agricola scripsit: 'Glota et Bodotria diversi maris æstu in immensum revecti, angusto terrarum spatio dirimuntur.' *Lipsius.*

*Utque sic dixerim, adversus Oceanus*] Quomodo *adversus Oceanus?* numquid aliter, quam *secundum* et *adversum* mare? Hist. lib. II. 'Mare quoque Etesiarum flatu in orientem navigantibus secundum, inde adversum erat.' Hinc *secundo flumine, amni secundo,* et vicissim *adverso flumine,* aut *adversa aqua per flumen,* dixere.

Sic etiam, qui ex Italia Oceanum per Germaniam proprie dictam ingreditur, *adversa aqua* videtur vehi, sive æstu contrario; præcipue versus Septemtriones: ibi enim *consurgere mundum,* qui in austros Libyæ *premeretur;* ibi *erectum Borean,* ex opposito *Notum jacentem* credebant.

Quis porro, præter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta, Germaniam peteret? informem[w] terris, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque, nisi si[2] patria sit. Celebrant carminibus antiquis[x] (quod unum apud illos[y] memoriæ et annalium genus est) 'Tuisconem[3] [z] Deum,

*navigiis e nostro continente* egressis *perlustratur. Quis demum, præter discrimen sævi et incogniti pelagi, omissa Asia, vel Africa, vel Italia, adiret Germaniam? squallidam arvis, atrocem cœlo, fœdam cultu et intuitu, nisi sit* ipsa *natale solum. Extollunt priscis carminibus (quæ una species est apud illos historiæ et annalium)* Tuistonem Deum, terra procreatum, et filium Mannum, *ut*

Oberl.—2 Ms. Turic. *nisi sibi patr.*—3 Ita edidi e Ms. Turic. cod. Kapp. ed. Rhag. *Oberl.* [Brotier. cum ceteris habet *Tuistonem:* et] ita Ms. Vatic. 1518. et vulgo libri editi præter Ernestum, qui e Ms. Turic. Cod. Kapp. et ed. Rhag. edidit *Tuisconem.* Ms. Vatic. 1862. *Tristonem:* in margine, *Tuisman.* Ms. Vatic. 1498. *Bistonem.* Utrum autem Tuistonis nomine lateat Dei, rerum omnium conditoris, memoria; Mannusque referat vel Adam, ejusque

NOTÆ

Plinius libro II. capite 70. 'Navigantium hæc maxime cursus deprehendunt, in alia adverso, in alia prono mari, subitoque conspicuis, atque ut e freto emergentibus, quæ in anfractu pilæ latuere, sideribus.' *Gronovius.*

*Adversus Oceanus*] Quid sit, possit forte intelligi ex hoc loco Solin. cap. 26. 'Atlanticus æstus in nostrum mare dissidium orbis immittit. Nam ὠκεανὸς, quem Græci sic nominant a celeritate, ab occasu solis irrumpens lævo latere Europam radit, &c. quodam ostio aperit limitem interni æquoris, mistus mediterraneis sinibus, quos usque ad Orientem propellit.'

[v] *Orbe nostro*] Intelligit imperium Romanum extensum per Europam, Asiam, et Africam. Vide notas ad Annales l. xv. c. 13. *Tillemon.*

[w] *Informem*] Sic Mela lib. III. 3. 'Terra ipsa multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, et magna ex parte sylvis ac paludibus invia.'

[x] *Celebrant carminibus antiquis*] Plut. lib. Cur Pythia non reddat oracula carmine: 'Fuit sane tempus, cum, pro nomismate sermonis, homines uterentur metris, carminibus, cantilenis; omnem historiam, omnem philosophiam, omnes denique eventus, et res graviorem requirentes orationem, ad poëticam et musicam applicantes. Nunc enim vix tantum pauci intelligunt, quæ tunc omnes percipiebant, gaudebantque, ea cum cantarentur, opiliones, aratores, et aucupes, ut Pindarus ait: sed ob illius ætatis ad poësim facilitatem, plerique lyra et carmine castigabant aliorum mores, libere loquebantur, hortabantur, fabulis et proverbiis utebantur. Quin et laudes Deorum, vota, pæanes, versibus et carmini includebant, alii ob vim ingenii, alii propter consuetudinem.'

[y] *Quod unum apud illos*] Uti apud Barbaros fere omnes, et rudes litera-

terra editum, et filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tres filios'[a] assignant, 'e quorum nominibus proximi Oceano Ingævones,[b] medii Hermiones,[4][c] ceteri Istævones[d] vocentur.' Quidam autem,[5] licentia vetusta-

initia gentis auctoresque. *Tribuunt* Manno tres filios, e quorum vocabulis, vicini Oceano appellentur Ingævones, mediterranei Herminones, reliqui Istævones. *Nonnulli vero, licentia antiquitatis, asseverant* plures Deo natos

tres filios Cain, Abel et Seth, vel Noe et ejus liberos Sem, Cham et Japheth: an Tuisto, ut sensit Cl. Leibnitius, sit ipse Teut aut Teutates, Gallorum Hispanorumque cultu et fama celeberrimus, id est, rex herosve Celto-Scytha, qui magnam Asiæ et Europæ partem armis occupaverit, hominumque mores formaverit, variis agitatur disputationibus, quas non est instituti nostri fusius persequi. Monuerim tantum eruditum Scheidium in præfatione ad librum Joh. Georgii Eccardi 'de Origine Germanorum,' p. 23. pro *Tuistonem* tentare *Thiudans;* totumque hunc locum, quem depravatum putat, ita emendare: *Celebrant carminibus antiquis Thiudans* (id est, *Deum), et terra editum filium Mannum, originem gentis conditoresque.* At id a veterum librorum scriptura nimis recedit. *Brotier.*—4 Ita Mss. Vatic. et Plinius, IV. 14. In libris editis, *Herminones;* et sic Ryckius et Gronov. Forte emendandum, *Hermivones,* ut Ingævones, Istævones: quos ita nuncupatos vult Conringius a tribus Manni filiis *Ingäff, Istäf et Hermin.* Idem.—5 Mss. Vatic. 1862. et 2964.

## NOTÆ

rum. Eginartus in vita Caroli Magni: 'Barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit, memoriæque mandavit.' Julianus in Antiochico: vocat 'agrestia carmina, similia clangoribus avium aspere clamantium.' *Lipsius.*

[z] *Tuistonem Deum*] Forte *Tuisconem,* ut populari modo dictus *Tuiske:* inde sane rectius formaveris generale illud nomen, *Tuisken.* Conringius.

[a] *Tres filios*] Nempe Ingævonem, Hermionem, et Istævonem; a quibus totidem populi Germaniæ nomen sumsere.

[b] *Ingævones*] Has voces interpretantur *Inwoner* et *Westwoner,* quasi a situ incolentium vocabula illa sint nata. Sed ex sententia Taciti dixeris rectius: tres fuisse Manno filios vulgo nuncupatos, *Ingaef, Istaef* (quod forte idem cum *Iustaef,* vel ut passim scribitur, *Gustaf)* et *Hermin.* Conring.

*Ingævones*] Genus Germanorum ad Oceanum Septentrionalem, Oceanum Germanicum, et ad mare Suevicum: hodie regna Daniæ, *Dannemarck, Norwegiæ,* et regni *Sueciæ, Suède,* major pars, atque pars septentrionalis circulorum *Westphaliæ* et *Saxoniæ inferioris.* Ex Cluverio et Sansone. *Tillemon.*

[c] *Hermiones*] Hermiones, genus Germanorum in parte media, meridionali et orientali: hodie partes circulorum *Sueviæ, Franconiæ, Rheni superioris, Saxoniæ superioris et inferioris, Bavariæ* et *Austriæ,* regnum *Bohemiæ* late sumtum fere omne, pars occidentalis status regni *Poloniæ,* et aliquid regni *Hungariæ.* Ex Germania Cluverii l. III. c. 46. et Sansone. *Tillemonius.*

[d] *Istævones*] Genus Germanorum ad Rhenum et Mœnum fluvios, et ad Oceanum Germanicum: hodie partes circulorum *Austriæ, Rheni superioris,* et *Burgundiæ,* in parte occidentali et

tis,[e] 'plures Deo[6] ortos pluresque gentis appellationes, Marsos,[f] Gambrivios,[7 g] Suevos, Vandalios'[8 h] affirmant: 'eaque vera et antiqua nomina.[i] Ceterum Germaniæ vocabulum recens[j] et nuper additum;[9] quoniam, qui primi

*fuisse*, et plura nationis vocabula, Marsos, Gambrivios, Suevos, Vandalios; et has *esse* sinceras, et priscas appellationes. Ceterum nomen Germaniæ nuperum *est*, et novissime adjectum; quandoquidem, qui primi Rhenum

*quidam, ut in licentia.*—6 Pro *Deo ortos* mallent Bipont. *de eo ortos.*—7 Iidemne sunt, qui dicuntur a Strabone, VII. p. 291. *Gamabriuni*, Γαμαβριούνοι? *Brotier.*—8 Cod. Kapp. s. Norimb. ed. *Vandilios.* Sic et ed. Rom. Ms. Arund. edd. Rhag. Ber. *Vandalos.*—9 Frustra tentat Lipsius, *nuper auditum.* Optimi enim scriptores *nomen addere* pro *nomen dare, imponere*, sæpissime usurpaverunt. Vocabulum autem Germaniæ recens et nuper additum, si vetustissima Manni, Marsorumque, et Gambriviorum, &c. nomina spectaveris. Nec negotium facessat, *nuper additum.* Non modo de paucis mensibus

NOTÆ

septentrionali imperii Allemaniæ. *Tillemon.*

[e] *Licentia vetustatis*] Id sibi arrogat vetustas, ut multa falsa atque inania fingat et ementiatur, quibus tamen pro suo jure, aut potius licentia, religionem famamque sanctitatis circumdat: sic res plurimas sibi commissas, quoquomodo, tamen consecrat vetustas.

[f] *Marsos*] Marsi, populi Germaniæ, magnæ ad Luppiam amnem, et versus Rhenum fluvium: hodie comitatus *la Marc* et *Recklinghausen, &c.* in Circulo *Westphaliæ, &c. Tillemonius.*

[g] *Gambrivios*] Claram quondam fuisse nationem, ex vetustate colligere datur; quo situ fuerint, plane incertum. In clientela fuisse, Strabonis ævo, vel Chattorum vel Cheruscorum ex ejus verbis lib. VII. conjicio. Cluverius l. III. c. 19. p. 80. Germaniæ antiquæ.

[h] *Vandalios*] Vandalii, aut Vindeli, genus Germanorum ad mare Suevicum: hodie partes circulorum *Saxoniæ superioris* et *inferioris*, aliquid status regni *Poloniæ, &c.* ad mare Balthicum. Ex Germania Cluverii l. III. c. 46. p. 204. et Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[i] *Vera et antiqua nomina*] Ita ut Marsi, Gambrivii, &c. de veritate et antiquitate nominum contendant cum istis aliis supra, *Ingævones, &c.*

[j] *Germaniæ vocabulum recens*] Quod Tacitus ait, *Germaniæ vocabulum recens*, omnes illum accusant, cum ignorare minime potuerit, etiam ab ævo Julii Cæsaris Germanos Galliam irrupisse.

Censeo Tacitum non de suo ævo loqui, sed sermonem referre ad veteres scriptores Germanos, de quibus tradidit: pendent enim hæc a superiori verbo, *affirmant.* Pichena.

*Germaniæ vocabulum*] Nullum antiquitus fuit vocabulum commune omnibus populis Germaniæ; sed vel Ingævones, Hermiones, et Istævones vocabantur, vel certe Marsi, Gambrivii, Suevi, &c. At cum transissent in Gallias ii populi, qui nunc Tungri vocantur; id est, qui colebant eas terras, quas nunc Tungri, nec tamen tum id nomen habebant; ii *Germani* dicti sunt, et nomen illud victorum ita evaluit, ut in totam gentem transiret, et quod inceperat a metu Gallorum et victore populo nomen, hoc dein ultro omnes populi Germa-

Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac, nunc Tungri,[10] tunc[11] Germani[k] vocati sint:[12] ita nationis nomen[l] in nomen[13] gentis evaluisse paulatim, ut omnes, primum a

trajicientes, Gallos ejecerunt, et, *qui* nunc Tungri *vocantur*, tunc Germani appellati sunt: et ita nationis *unius* vocabulum, non gentis, adolevisse sensim, ut omnes *nationes Germanicæ* primum nomen sumerent a victore *populo*, *nempe*

annisve, sed etiam sæculis *nuper* dicitur. *Brotier.*—10 Sic bene Lipsius e Ms. Bamberg. Ita quoque editiones veteres. *Idem.*—11 Male in multis editionibus veteribus, *nunc Germani.* Bene in aliis et in Mss. Bamberg. Turic. *tunc.* Brotier.—12 Ita Ms. Vatic. 4498. et ferme libri omnes editi. In aliis Mss. Vatic. et in editionibus Rhag. et Rhen. anno 1519. *vocati sunt.*—13 Olim legebatur *non* pro *in nomen:* et sic Gronov. et Ryckius et Brotier. Malebat Acidalius *in nomen;* quod et Ernesto placebat. Recipio cum Bipont.

## NOTÆ

niæ sibi vindicarunt.

*Vocabulum recens*] *Recens*, nempe, præcipue si respiciatur ad vetera illa nomina, quæ ad Deos usque referuntur.

*Germaniæ vocabulum recens*] Qui nunc Tungri vocantur, primi transgressi Rhenum, et tunc Germani dicti, forte ob societatem, vel, cum Gallis, vel, cum ipsis Germanis, qui in patria remanserant: sic nomen, quod tunc erat unius civitatis, nempe Tungrorum, transivit ad totam gentem Germanicam; ita ut initio per metum ceteri Germaniæ populi appellarentur Germani, a nomine victorum, nempe Tungrorum qui primi Rhenum transmiserant; deinde metu demto, etiam ultro uterentur eodem nomine iidem Germaniæ populi, quod scil. sibi ipsi invenissent, vel a metu, vel a victoria; nam victores eodem vocabulo appellabantur.

*Et nuper additum*] *Additum*, pro inditum, seu impositum. Virgilius Æneid. I. 'Puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur.'

Seneca Herc. Fur. 'Quis nomen unquam sceleris errori addidit?' *Gronovius.*

Attamen potuit *addi* illud nomen, quasi genericum omnibus singulisque nationibus, quæ antea speciali tantum et proprio nomine appellabantur. Sic olim Suevi, et Vadali, v. g. vocabantur, qui mox universim, simul et Germani dicti sunt.

[k] *Nunc Tungri, nunc Germani*] Valde amplector Bambergensem scripturam, quam et Pichena reperit in veteri editione Bononiensi: *ac nunc Tungri, tunc Germani.*

Sententiam hanc reor: eos, qui transgressi primitus Rhenum sint, esse eum ipsum populum qui nunc *Tungri* appellentur, ac *tunc Germani:* quod tamen unius nationis peculiare nomen, paulatim transfusum ad omnes. *Lipsius.*

*Tungri*] Populi Germaniæ inferioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœceses Episcopatuum Leodiensis, *Lyege*, et Namurcensis, *Namur*. Vel, secundum divisiones temporales, comitatus *Namur*, ducatus *Limbourg*, pars dominii temporalis Episcopatus *Lyege*, pars comitatus *Haynaut*, et pars ducatus *Luxembourg*. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[l] *Ita nationis nomen*] Nempe civita-

victore[14] ob[15] metum,[m] mox a[16] seipsis[n] invento nomine, *Germani*[17] vocarentur.'

*a Tungris*, ob formidinem, dein *ultro* a seipsis reperto vocabulo, *German* dicerentur.

*Oberl.*—14 Frustra Gronovius tentat, *a victrice*, ut ad nationem referatur. Cl. Leibnitius, *a victo*, quasi Germanorum nomen a Gallis victis, et timore perculsis fuerit inditum. *Brotier.*—15 Emendat Cl. de la Bleterie, *ad metum.* At nec male, *ob metum.* Idem.—16 Ita Ms. Vatic. 2964. et libri editi. In Mss. Vatic. 1518. et 4498. *mox et a seipsis.* Ms. Vatic. 1862. *mox etiam a seipsis.* Male emendat Lipsius, *a re ipsa.* Brotier.—17 Perperam Lipsius approbat Ms. Bamberg. a quo abest, *Germani;* locumque ita interpretatur, ut omnes, qui Rhenum accolerent, nomen ab ista victrice natione invenirent, ob metum scilicet recentem Gallorum: deinde isti proprie Germani, novum nomen invenirent a seipsis, discriminandi nimirum causa, et dicerent se Tungros. Aliter Dithmarus, auctore Perizonio, duceque Leibnitio, locum ita emendat et distinguit: 'Germaniæ vocabulum recens et nuper additum, quoniam, qui primi Rhenum transgressi, Gallos expulerint, nunc Tungri, tunc Germani vocati sint; ita nationis nomen in nomen gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victis ob metum, mox a seipsis, invento nomine, Germani dicerentur.' Minime audiendi sunt, qui volunt, Marii tempore, Cimbricoque bello, Germanos a Romanis nuncupatos fuisse, quod se fratres dicerent, ut videre est apud Plutarchum in Mario, p. 419. Vide et Strabonem, VII. p. 290. *Idem.*

## NOTÆ

tis Tungrorum. Distingue igitur hic inter *nationem* et *gentem*. *Natio* est veluti species, aut pars; *gens*, vero, veluti genus et universitas.

[m] *A victore ob metum*] Vox, *Germani*, eidem Bamberg. recte abest. Censeo eum hoc dicere: Factum ut omnes, qui Rhenum accolerent, nomen ab ista victrice natione invenirent, ob metum scilicet recentem Gallorum: qui quoties de transgressis, vel adventu Transrhenanæ nationis audirent, aiebant trepidi, adventare Germanos.

At isti proprie Germani, novum nomen invenirent a se ipsis, discriminandi nimirum causa, et dicerent se *Tungros*. Possim vulgatam tueri et explicare. Sed cur nuger? hæc mera veritas. *Lipsius.*

[n] *Mox a seipsis*] Similia Persæ, licet alia de causa. Sallust. Jugur. 'Hi paulatim per connubia Gætulos sibi miscuere: et quia sæpe tentantes agros, alia deinde atque alia loca petiverant, semet ipsi Numidas appellavere.' *Salinerius.*

Ita crediderim sane a se ipsis inventum fuisse nomen, sed non impositum. Nam se invicem *fratres* appellabant, suo quodam more, et ut opinor, militari. Hoc Romani audientes, vertebant *Germanos*.

Strabo quoque recte a fraternitate Germanos dictos censet, sed non recte, quod propter Gallos fratres. Quæ enim causa idonea Romanis, propterea fratres nominandi Germanos, quia ipsi et Galli fratres se invicem nominarent? Sarmata Bohemum, et Bohemus Sarmatam fratrem indigitat; sed non ideo, vel hæc vel illa gens, fratres dicuntur.

Ad meam assertionem redeo, quam et Plutarchus confirmat in Mario: 'At, interrogante Mario legatos de fratribus, et illis appellantibus eos Teutonos.'

## NOTÆ

Eu fratres hic diserte appellantur Germani. Et postea: 'sinite, omittite igitur fratres.' Fallor, an ille mos e Scythia, ut plures alii ritus Germanorum. Nicolaus de Γαλακτοφάγοις: 'Ita ut seniores ipsorum, patres appellent, juniores vero, filios, et coætaneos, fratres.' *Colerus.*

Tungri pulsis Gallis, ob hanc virtutem videntur dicti Germani, id est, *bellatores*, vulgo *guerriers.*

Hoc peculiare tum Tungris tributum nomen, et cum omnibus Alemannis deinde communicatum; quod illis imposuerant primum victi, metu armorum felicium, a quibus erant subjugati; postea idem, quasi ab re ipsa et fortuna datum assumsit gens tota, per partem sui victrix. *Harlæus.*

Locus integerrimus est, si modo sic distinguas: *primo a victore ob metum, mox a se ipsis, invento nomine, Germani vocarentur.* Nomen *Germanorum* olim non totius gentis fuit, sed unius modo nationis, ejus nempe, quæ postea dicta est, *Tungrorum.*

Neque extiterat vocabulum inter Germanos, quo omnes in universum appellarentur. Notæ tantum erant plures diversarum gentium appellationes, *Marsi, Gambrivii, Suevi, Vandalii, Batavi, Catti, &c.*

At vero cum *Tungri*, soli olim *Germani* appellati, primi Rhenum transgressi Gallos expulissent, et feliciter gestis rebus, nominis sui terrorem ac celebritatem longe lateque auxissent, Galli, atque aliæ proximæ nationes, omnes Transrhenanos istos populos *Germanorum* nomine insignivere: hoc est illud quod dicit: *primo a victore ob metum Germanos omnes esse vocatos.*

Alii, exteri nimirum, ut Galli, a victore populo, tunc Germanorum, postea Tungrorum nomine insigni, omnibus Transrhenanis *Germanorum* vocabulum indidere.

Transrhenani autem, cum illud generale, quo omnes designarentur, nomen, jam ab aliis, ut Gallis, esset inventum, haud gravatim ipsi quoque inter se illud admisere.

Quod neque inconveniens esset, unum aliquod extare, quod commune esset omnibus, nomen; neque dedecorum, id nomen ab omnium fortissima celebratissimaque postea Tungrorum dicta gente mutuari. Hoc vult Tacitus, cum addit, 'mox a se ipsis, invento nomine, Germani vocarentur.' *Boxhornius.*

Sensus hic fuerit: Galli, aut potius in Gallia commorantes Romani, Tungros Rhenum transgressos appellavere Germanorum nomine. Tungri hi, Gallorum victores, ad omnes Transrhenanos nomen hoc suum transtulerunt, quo metum incuterent, venditantes, scilicet, omnes illos fraterno quasi vinculo, sibi junctos esse. Placuit inde nomen illud recens tum inventum ipsis Transrhenanis. *Conringius.*

Sensus: ut Transrhenanæ gentes, inter Gallos, et ab his ad Romanos Græcosque, potissimum per Massilienses propagata communi appellatione, a victrice natione, metu dictante, omnes *Germani* dicerentur, quia primis experimentis virtutis sic appellabantur, qui postea *Tungri* dici maluere; et mox, postquam non metus, sed ratio valuit, et interius eæ Transrhenanæ gentes sunt cognitæ, proprio et a se ipsis, invento nomine, velut Suevi, Catti, Sicambri, Cherusci, Usipetes, &c. vocarentur. *Gronovius.*

Populi, qui tum Tungri erant, seu regionem habitabant, quam nunc Tungri incolunt, primum transgressi in Gallias, *Germani* appellati sunt, vel a virtute bellica, vel quia fratres se

3. ‘ Fuisse apud eos et Herculem’ memorant,[o] primumque omnium virorum fortium ituri[1][p] in prælia canunt. Sunt

Extitisse etiam apud eos Herculem *tradunt*, *primumque omnium heroum inituri pugnas carmine celebrant*. *Sunt illis hæc etiam carmina*, *quorum cantu*,

1 Sic bene veteres editiones, Pichena et recentiores. Male distinxit Lipsius, *virorum fortium*. *Ituri in prælia canunt*. Brotier.—2 [Gronovius

NOTÆ

invicem vocarent, aut sic vocarentur a Gallis, et ab iis omnes Transrhenani dicti *Germani*. Ita nomen unius nationis evaluit in totam gentem. Haud verisimile est nationes singulas non habuisse nomen proprium antiquitus; immo vero propius est, habuisse vocabula propria singulas civitates, sed in communi nullum generale nomen habuisse, quod scil. conveniret universæ genti: sicque Tungri, jam tum distincti suo nomine ab aliis populis, sive Tungri jam tum, aut alio nomine proprio insignirentur. Itaque non se mox distinxerunt eo nomine, postquam attributum *Germanorum* nomen universæ genti. Forte tamen, qui primi transiere in Gallias, ex multis gentibus Transrhenanis coadunati; ideoque *Germani* generice dicti, qui mox *Tungri* dicti sunt; forte, quia major numerus ex ea natione confluxerat, aut ob duces eximios. Potior sensus est, ut nomen hoc illustre *Germanorum* ex victoria, dein, ex communi consensu gentium, admiserint, Transrhenani, quam ut mox maluerint distingui propriis nominibus, ut scil. *Suevi*, *Catti*, *Cherusci*, *&c.* appellari mallent. Nam certe antiquiora illa nomina propria, quam vocabulum *Germanorum*. Forte et ipsorum *Tungrorum* nomen vetustius. Si sine nomine speciali fuerunt, qui tunc transgressi, nunc Tungri vocantur, et ex eo cœpto *Germani* statim dicti sunt, nihil refert, tale nomen ad alios Germanos transmisere.

[o] *Herculem memorant*] Witigindus libro I. ‘ Secundum errorem paternum, sacra sua propria veneratione venerati sunt, nimirum Martem, effigie columnarum, imitantes Herculem.’ De sylva Germanorum Herculi sacra Tacitus Annal. II. *Colerus*.

*Herculem memorant*] Tacitus infra 34. ubi de Angrivariis: ‘ Quin etiam Oceanum illa tentavimus, et superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit: sive adiit Hercules, seu quicquid ubique magnificum est, in claritatem ejus referre consuevimus.’

[p] *Virorum fortium ituri*] Tacitus Hist. l. II. ‘ temere subeuntes cohortes Germanorum, cantu truci, et more patrio nudis corporibus.’ Libro IV. ‘ ut virorum cantu, fœminarum ululatu sonuit acies.’ Noto autem etiam Hispanos præliis præcinuisse, ex Silio: ‘ Ritu jam moris Iberi Carmina pulsata fundentem barbara cetra.’ Diodorus Siculus de Lusitanis: ‘ In bellis ad numerum incedunt, et carmina canunt, cum aggrediuntur hostem.’ Simile in Thracibus aliisque barbaris fuisse, notavi ad Annal. IV. *Lipsius*.

illis hæc quoque carmina,[q] quorum relatu, quem *barritum*[2] vocant,[r] accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur: terrent enim trepidantve, prout

*quem* Barritum *appellant, incendunt animos, et ineundi prælii eventum ex ipso clamore interpretantur: quippe terrent* illi, *aut pavent, prout exercitus in clamorem*

cum Ryckio et Brotiero legit] *barditum;* et ita Mss. Vatic. Farnes. Arundel. Lipsius et recentiores. Male in veteribus editionibus, *baritum.* Frustra tentat Althamerus, *blaritum.* Apud Festum, ' Bardus Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit :' et in Dosithei glossis, ' BARDVS, carminum conditor.' De barritu et barditu multa habet Cl. Fréret, ' Mémoires de l'Académie Royale des Inscriptions,' Vol. XXIII. p. 164. et seq. *Idem.* Ammianus *barritum* XXVI. 7. et XXXI. 7. et Veget. III. 18. habent. Verosimilius etiam apud Tacitum sic fuisse scriptum. Etymon incertum. Car. Gottl. Anton notis ad vers. Germ. Taciti libelli ducat ex *War-lied,* quod belli cantum significat. Perizonius legit *baritum,* quasi, a *baer, baar,* ursorum

## NOTÆ

[q] *Sunt illis hæc quoque carmina*] Aliud scilicet genus carminum, præter id, quo annales memorabant. Canebant itaque fortes viros, primumque inter eos Herculem, illorum scilicet laudes et res gestas, ituri in prælia, ut etiam in annalibus. Nam Tacitus Annal. II. in fine de Arminio dixit: ' caniturque adhuc barbaras apud gentes.' *Pichena.*

Forte tamen hic sunt eadem carmina, aut pars quædam carminum, quæ annalibus canebantur; pars, scil. acrior et magis propria belli; qua fortius, scil. accenderentur animi ad prælia capessenda. Distingnit certe carmina, quibus canebant *fortium virorum* eximia facinora, a carminibus, quorum cantu seu relatu *accendunt animos.* Sed utraque tamen referebant in procinctu, sed sonore diverso.

[r] *Barditum vocant*] Ita Farnes. et scio Bardos Gallos dictos cantores sive poëtas. Placet tamen nunc magis, *Baritum:* quæ mera vox nostras, quibus *Beren* aut *Baeren,* clamare, vocem tollere. Errabit enim, qui ab elephantis barritu deducet, Germanis tunc ignoti. Althamerus *Blaritum* vellet, Germanico item verbo. *Lipsius.*

*Barritum vocant*] Barritus istius post Tacitum meminit Ammianus Marcellinus libro XVI. ' Cornuti et Braccati usu præliorum diuturno firmati, eos jam gestu terrentes, Barritum civere vel maximum : qui clamor ipso fervore certaminum a tenui susurro exoriens paulatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum.' Artolphi liber habebat *Barditum,* veluti sit a verbis, quæ Germani *Wort* appellant, tractum vocabulum. *Rhenanus.*

Quamvis *Bardus* Nonio et Festo sit, *ingenio tardus;* nihilominus *Bardi* inter Gallos, homines fuere, qui fortia illustrium virorum facta, heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitarent. Harpa usi Bardi, quæ lyræ fere similis, teste Diod. Sicul.

Cæsar Gall. VII. ' Hostes committunt prælium, [utrimque] clamore sublato; excipitur rursus ex vallo, atque omnibus munitionibus clamor.' Hirtius de Bello Hispano: ' Hic etsi

sonuit acies. Nec tam vocis ille,[3s] quam virtutis,[4] concentus videntur. Affectatur præcipue asperitas soni et fractum murmur,[t] objectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox

*erupit. Nec tam clamor ille, quam fortitudinis concentus videtur. Appetitur maxime vehementia sonoris, et strepitus repercussus, oppositis ad os clypeis, quo*

murmur. *Oberl.*—3 Brotierus habet *non tam voces illæ.* Ita Mss. editiones veteres, Pichena et recentiores, cum Gronov. et Ryckio. Rhenanus emendavit, *vocis ille;* et sic Bipont.—4 Mss. Bamberg. et Arundel. *quam mentis.*

## NOTÆ

virtute nostri antecedebant, adversarii loco superiori defendebantur acerrime, et vehemens fiebat ab utrisque clamor.'

Et Polybius libro xv. 'Romanos more patrio in prælio simul vociferari, et gladiis ad scuta allisis strepitum edere.' *Marc. Donatus.* Legunt *baritum* et *barditum.*

Utraque lectio suis nititur rationibus; præferenda tamen Mss. Et omnibus omnino gentibus id usurpatum, ut accenderent animos, metumque suis demerent. Sic et Persæ ex impari clamore eventum minus faustum augurabantur. Ut et Romani ipsi alacriter vociferantes, sic, spe et animo victoriam quasi præcipiebant. De Bardis Lucan. I. 'Vos quoque, qui fortes animas, belloque peremtas Laudibus in longum vates demittitis ævum, Plurima securi fudistis carmina Bardi.' Et Athenæus lib. VI. 'Celtas, etiam cum bellum gerunt, secum ducere victus socios, quos parasitos nominant, ab iisque laudes ipsorum prædicari et in frequentibus hominum circulis ac conventibus, et apud singulos privatim, qui audire velint, earumque cantionum Bardos poëtas esse, laudes [illustrium] hominum et patronorum cum cantu celebrantes.'

[s] *Nec tam vocis ille*] Vulg. *voces illæ:* id est, quasi dixisset: Nec tam vocum aut musicæ concentus ille, quam virtutis.

*Nec tam voces illæ, quam virtutis, concentus*] 'Alexander Macedo delectatus Homero, illum cervicali supposuit, illum vocabat summum virtutis præconem, et interdum poëtam βασιλικὸν, cujus carmina censebat, non ad cytharam, ut aliorum, sed ad tubam potius esse canenda.' Plut. apophth.

*Virtutis concentus*] Plut. lib. de Musica: 'Juvenum animos molles ac teneros ad modestiam musica componi et temperari oportere existimabant; quippe quam ad omnes occasiones actionesque utilem et necessariam esse putarent, atque inprimis ad bellicos terrores. Sic Lacedæmones, tibiis canentibus Castorium dictum modum, instructa ornataque acie, cum hoste conserturi manus, promovebantur.'

Infra: 'Homerus existimavit decere, animos Herois acui severis et decoris cantibus; ut, revocatis ad memoriam fortibus factis clarorum hominum, instructus ad dimicandum cum hostibus foret. Talis namque erat musica vetus, et ad id apta. Audimus quoque ipsum Herculem fuisse musica usum, et Achillem, multosque alios; quorum eruditor sapientissimus ille Chiron fuisse traditur, musicæ simul et justitiæ atque medecinæ doctor.'

[t] *Fractum murmur*] Nempe per re-

repercussu intumescat. Ceterum et 'Ulixem,' quidam[u] opinantur, 'longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse[5] Germaniæ terras, Asciburgiumque,[v] quod in ripa Rheni situm hodieque[6] incolitur, ab illo constitutum nominatumque.[7][w] Aram quin etiam Ulixi consecratam, ad-

*major et asperior sonus refractione invalescat. Ceterum nonnulli etiam credunt,* Ulixem devectum in hunc Oceanum, immenso illo et commentitio errore, perlustrasse Germaniæ oras, et ab illo exstructum, appellatumque Asciburgium, quod etiam nunc in Rheni littore positum habitatur. Quin etiam altare

5 Gronovius habet *adiisse.*—6 *Que* abest a Ms. Turic. et editionibus Puteolani ac Beroaldi.—7 [Brotierus post *nominatumque* ponit] ΑΣΚΙΠΥΡΓΙΟΝ: et ita Mss. Vatic. 1518. et 1862. In Ms. Vatic. 2964. corrupte quidem ACRIΠΥΡΓΙΟΝ, quod librarii ignorantiam prodit, aperta tamen primævæ scripturæ vestigia retinet. In Ms. Vatic. 4498. post *nominatumque* lacuna est cum nota, *addendum erit verbum Græcum.* Eadem lacuna reperitur in veteribus editionibus, quæ ex Ms. Vatic. 4498. sunt expressæ. Inde autem patet non omittendum fuisse, ut in recentioribus editionibus, ΑΣΚΙΠΥΡΓΙΟΝ: frustra emendasse Rhenanus, *ἀστυπύργιον*: denique mendose ex Ms. Vatic. 2964. legi in quibusdam libris *ἀκρινίπριον*, vel *ἀκρινίριτον.* Male Ms. Arundel. *ἀστυτεάγιον. Brotier.* Expungunt iteratum nomen Pichena, Colerus, alii. Contra, servandum altero loco et Græce scribendum *Ἀσκιπύργιον*, Altmannus judicat. Hagenbuchius inde exsculpsit *Ἀσκινίπυργον*, quasi Ascanii arcem, in quo sibi mire placet. Bipontini spatium vacuum reliquere. Ceterum hoc loco Rhenanus in notis abusu vocum turbat lectorem. In exemplari, quocum a. 1519. contulerat codicem suum, asserit scriptum fuisse *acriniprion:* ubi per *exemplar*, intelligit codicem, quem vocare solet, Artolphi sive editionem Noribergensem; contra *codex* hic ei est editio Beroaldina, in qua, ut in editione Romana, lacuna est

NOTÆ

percussionem vocis, seu clamoris, ad scuta, ut asperior vehementiorque esset sonus.

[u] *Ulixem, quidam*] Sic Strabo l. III. qui affirmat *Ulysseam* Lusitaniæ (*Ulyssiponem* aliter dicimus) Homerici Ulyssis monumentum esse. Sed et in Britanniam eum venisse, ex ara Græcis literis inscripta collegit Solinus c. 25. itemque Mela. *Lipsius.* Falso: quippe Oceano nunquam navigavit Ulysses.

[v] *Asciburgium*] Oppidum Gugernorum populorum, prope Rhenum fluvium, in Germania inferiore, provincia Belgicæ regionis: hodie *Asburg* villa comitatus Meursii, in circulo Westphaliæ, prope Rhenum fluvium, Ex Germania Cluverii, et Sansone. *Tillemonius.*

[w] *Ab illo constitutum nominatumque*] Lego, *Ἀστυπύργιον*, hoc est, *Astypyrgion;* ut *Asciburgion* inde sit deductum, una tantum syllaba mutata, ceu vulgo facere mos est in non intellectis. Urbem Græcis *ἄστυ* significat, et *πύργος turrim* sive *propugnaculum.*

Porro non dubito, quin *Burgum* illud Germanis tam frequens in appellationibus oppidorum et arcium, *παρὰ τὸ πύργος* desumtum sit: quando majores nostri multa vocabula sunt a Græcis mutuati, ut et nonnulla a Romanis, ac ab Hebræis paucula. Nam omnes hodie linguæ mixtæ sunt. *Rhenanus.*

*Nominatumque ἀσκιπύργιον*] Vel, ut Rhenanus, *ἀστυπύργιον*' etsi abesse

jecto Laërtæ patris nomine, eodem loco olim repertam, monumentaque et tumulos quosdam,[x] Græcis literis[y] inscriptos, in confinio Germaniæ Rhætiæque adhuc extare:' quæ neque confirmare[8] argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidem.[z]

4. Ipse eorum opinionibus accedo, qui 'Germaniæ popu-

dicatum *fuisse* Ulixi, addito vocabulo parentis Laërtæ, eodem pago olim inventum, et etiam tum existere in locis finitimis Germaniæ Rhætiæque monumenta ac sepulcra quædam Græcis literis incisa et insculpta: *quæ neque probare rationibus, neque* etiam *refutare statui:* his *pro arbitrio suo detrahet quisque, vel adhibeat fidem.*

*Ipse eorum sententiæ subscribo, qui existimant,* Germaniæ nationes, nullis

relicta. *Oberl.*—8 Gronovius e Ms. Arundel. mallet, *affirmare.* Quod non probat tantum Ernestus, sed omissum etiam vellet, *argumentis.* Hæc enim ei videntur sumta e Livio: 'Ea nec affirmare, nec refellere in animo est.' At nihil peccat in vulgata scriptura. Quemdam autem literarum Græcarum usum apud Germanos diu mansisse conjici potest ex Chilperico, qui literas literis Gallorum addidit, et *sicut Græci habent omega, æ, the, uui,* ita subscriptos literarum characteres vulgavit, ω ψ Z Δ: *et misit epistolas in universas civitates regni, ut sic pueri docerentur.* Gregorius Turonensis, Hist. v. 45. Ex Latinis literis a Gregorio expressis conjecerim pro Z emendandum Θ, et Υ pro Δ. *Brotier.*

## NOTÆ

vox ea potest, incolumi sensu; præcessit enim.

At libri quidam magis hic diversi, qui ἀκρινίπριον referunt: ex quo placet quibusdam ἀκρινήριτον, a Nerito, ut volunt, Ithacæ monte.

Locus quidem hic ipse, quem indicari putamus, clivosus est, haud procul *Veteribus*, vicus, *Aschelburg* nunc dictus. *Lipsius.*

[x] *Monumentaque et tumulos quosdam*] Ne forte juniores credant synonyma hæc esse, sciant sepulcra antiquorum, in tumuli, hoc est, in monticuli formam facta fuisse: unde sepulcrum ipsum appellabatur tumulus; qui deinde circumdabatur sepimento quodam, aut cespite, aut lapide, aut marmore, pro cujusque fortuna; idque *monumentum* dictum Macer JC. in l. XXXVII. D. de relig. et sumtu fund. 'Monumentum autem sepulcri id esse Divus Adrianus rescribit, quod monumenti, id est, causa muniendi ejus loci, factum sit, in quo corpus impositum sit.' Idem Tacitus infra ait: 'Sepulcrum cespes erigit: monumentorum arduum et operosum honorem, ut gravem defunctis, aspernantur.' *Pichena.*

[y] *Græcis literis*] *Literis* fortasse, seu characteribus, non *lingua.* Quid autem mirum de illis, cum etiam Helvetii et Galli literatura Græca usi sint, Romanis characteribus juxta cum imperio ignotis? *Lipsius.*

[z] *Addat fidem*] Seneca Nat. Quæst. IV. 5. 'Aut quod historici faciunt, et ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere: sed adjiciunt, penes auctores fides erit.'

Plinius XXVIII. 1. 'Quinimmo externa quoque et barbaros etiam ritus indagabimus: fides tantum auctores appellet.'

los nullis aliis[1] [a] aliarum nationum connubiis infectos, propriam[2] et sinceram[b] et tantum sui similem gentem extitisse,' arbitrantur: unde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces et cœrulei[c] oculi, rutilæ comæ,[d] magna corpora et tantum ad impetum[3]

aliorum populorum conjugiis temeratas aut inquinatas, propriam, puramque ac genuinam, et tantum sui similem gentem extitisse: *quare forma etiam corporum, licet in tanta hominum multitudine, eadem* inest *omnibus: truculenti et cæsii oculi, flavi crines, ingentia corpora, et solum ad impetum strenua; laboris et operum*

1 *Aliis* redundare videtur, ut jam monuit Lipsius, omisitque Cluverius. Pichena tentabat, *nullis alienigenarum.*—2 Ms. Bamberg. *perpetuam:* Bipont. edidere *propterea.*—3 Male Mss. Bamberg. et Arundel. *corpora tantum impetu valida.* Acidalius frustra emendat, *sed* pro *et.* Eo sensu *et* sæpissime usurpatur. *Brotier.*

## NOTÆ

[a] *Aliis*] Vox illa rejicienda, orta perperam ex sequenti, *aliarum.*

[b] *Propriam et sinceram*] Bamberg. *perpetuam et sinceram.* Lipsius.

*Propriam*] *Proprium* et perpetuum fere unum et idem est; sic Ovidius: 'propriamque locabo.' Virg. 'propria hæc si dona fuissent.' Sed hoc loco præcise *propriam*, id est, se ipsa distinctam ab aliis gentibus: id est, genuinam, germanamque, et velut a natura ipsa sua sic constitutam, ut nulli similis sit, nulli genti confusa aut permixta; et *sinceram*, id est, intaminatam et incorruptam, nulloque commercio, aut colluvie aliorum mortalium adulteratam.

*Propriam*] Id est, specialem et particularem, seu quasi specie et natura distinctam gentem a ceteris nationibus, puramque et nulla colluvie neque convenis immixtam aut confusam; et ita *propriam*, discretamque ab omni alia gente, ut sui tantum similis existat, quemadmodum et per se ipsam a ceteris differt: unde eadem forma singulis hominibus, qua scil. omnes et singuli Germani inter se similes sint.

[c] *Truces et cœrulei*] Quales plerisque omnibus Arctois. Causas indagat et invenit Aristoteles Problemat. Ait, Septentrionalium populorum oculos, ideo cæsios esse, quia internus calor cohibeatur a frigore externo, ne effluat. *Colerus.*

[d] *Rutilæ comæ*] Sive flavæ, et colore auri. Ideo *Auricomi* Batavi Silio: 'At puer auricomo jam formidate Batavo.' Wandali χρυσοειδεῖς, Procopio dicti.

Rufum Seneca dixit, de ira III. 'Non est Æthiopis inter suos insignitus color, nec rufus crinis et coactus in nodum apud Germanos.'

Calpurnius Flaccus Declamat. 2. de hoc Germanorum connato habitu: 'Miramur hanc legem esse naturæ, ut in sobolem transeant formæ; quas quasi descriptas species custodiunt. Sua cuique genti etiam facies manet. Rutuli sunt Germaniæ vultus, et flava proceritas. Hispaniæ num eodem omnes colore tinguntur? Diversa sunt mortalium genera, nemo tamen est suo generi dissimilis.'

Nec a natura solum rutilus hic crinis, etiam ab arte. Lavabant enim

valida;[e] laboris atque operum non eadem patientia: mini-

NOTÆ

crebro, et medicamento rutilabant. Ammianus: ‘ videbat [Germanos] lavantes alios; quosdam comas rutilantes ex more.’ Medicamentum fuit *sapo*. Martialis: ‘ Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.’

Plinius: ‘ Prodest et sapo. Galliarum hoc inventum rutilandis capillis, ex sevo et cinere.’

Ita Caligula procerissimum quemque e Gallis ad Germanicum triumphum legit: ‘ coëgitque rutilare et submittere comam:’ ut Germani scilicet germani viderentur. Suetonius narrat c. 47.

Herodianus de Antonino Germanos æmulante: ‘ Comas etiam flavas capiti circumposuit, et ad tonsuram Germanicam factas.’

Causam huic coloris studio assignat Clemens (l. III.) terrorem. ‘ Inter gentes,’ inquit, ‘ præcipue coma gloriantur Celtæ atque Scythæ, quamvis non ornentur. Habet aliquid terribile magnitudo crinium in Barbaris, et flavus color ipsorum quasi bellum minatur, qui color cognatus est sanguini.’ Romanæ etiam matronæ veteres amavere hunc colorem; ‘ et summa diligentia capillos cinere rutilabant,’ ait Valerius l. II. c. 1. Posteriores magis avide, quæ capillitium ipsum emebant a Germanis, et pro comis suis supponebant. Ovid. ad puellam: ‘ Jam tibi captivos mittet Germania crines; Culta triumphatæ munere gentis eris.’ Quanquam Servium notare video in Æn. IV. ‘ matronis nigram comam, meretricibus flavam probatam esse.’ Quo videatur Satyricus respexisse de Messallina, matronam sedulo dissimulante: ‘ Et nigrum flavo crinem abscondente galero.’ *Lipsius.*

*Rutilæ comæ*] Plin. II. 18. ‘ Namque Æthiopas vicini sideris vapore torreri, adustisque similes gigni, barba et capillo vibrato, non est dubium. Et adversa plaga mundi, atque glaciali, candida cute esse gentes, flavis promissas crinibus, truces vero ex cœli rigore, &c. Corporum autem proceritatem utrobique, illic ignium nisu, hic humoris alimento.’

[e] *Et tantum ad impetum valida*] Quod de Germanis hic Tacitus, id etiam Gallis Florus II. 4. et Livius XXXVIII. 17. tanquam similis sit utriusque gentis habitus, tribuunt. Sic etiam l. XXXIV. 47. et XXXV. 5. *Rhenanus.* Idem et de Parthis tradunt auctores.

Idem Tac. Annal. l. II. de iisdem Germanis: ‘ Jam corpus, ut visu torvum, et ad brevem impetum validum.’ Columella l. III. ‘ Germaniam decoravit altissimorum hominum exercitibus.’

*Tantum ad impetum valida*] Idem fere de Parthis Justin. XLI. 2. ‘ Nec pugnare diu possunt: ceterum intolerandi forent, si quantus his impetus est, vis tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis prælia deserunt.’

*Ad impetum valida*] Senec. l. I. de ira c. 11. ‘ Quid Cimbrorum Teutonorumque tot millia superfusa Alpibus ita sustulit, ut tantæ cladis notitiam ad suos non nuntius, sed fama pertulerit, nisi quod erat illis ira pro virtute? quæ ut aliquando fudit stravitque obvia, ita sæpius sibi exitio est. Germanisque quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innutriunturque: quorum unica illis cura est, in alia negligentibus.’

meque sitim æstumque[f] tolerare, frigora atque inediam[g] cœlo solove assueverunt.[h]

5. Terra, etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut sylvis horrida, aut paludibus fœda: humidior,[1] qua Gallias; ventosior,[1] qua Noricum[i] ac Pannoniam aspi-

*haud similis tolerantia: et cum ferre sitim et calorem nequeant,* tolerare *frigus ac famem* eo *cœlo soloque consueverunt.*

*Regio, quamvis aliquatenus forma diversa sit, in commune tamen, aut saltibus squalida, vel stagnis mæsta: humentior, qua spectat Gallias; vento magis obnoxia,*

1 Lipsius, Cluverius et Kirchmaierus emendant *humilior .... verticosior.* Quod minime probaverim, cum adhuc humidissima sit hæc Germaniæ pars, humidiorque fuerit, quando informis terris, cultu aspectuque tristis erat. Quanto autem altior versus Noricum ac Pannoniam, tanto fuit ventosior. Altiorem esse patet ex ipsis legibus libramenti aquarum. Præterea *vertico-*

NOTÆ

[f] *Sitim æstumque*] Infra 22. 'Diem noctemque continuare potando nulli probrum.' Et 23. 'Adversus sitim non eadem temperantia; si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis quam armis vincentur.'

[g] *Frigora atque inediam*] Non video qui illa conveniant simul: nam ubi urget frigus, ibi et summa voracitas. Et infra 14. 'Epulæ, et quanquam incomti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt.' Per *inediam*, intellige cibos obvios, tenues, agrestes et incomtos, et ab elegantia Rom. vel Persica longe diversos. Hor. 'Persicos odi, puer, apparatus.' Sic infra 23. 'Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac concretum: sine apparatu, sine blandimentis, expellunt famem;' ubi *recens* fera, id est, recenter occisa.

*Frigora*] Mela l. III. 3. 'Immanes sunt animis atque corporibus, et ad insitam feritatem vaste utraque exercent, bellando animos, corpora ad consuetudines laborum: maximo frigore nudi agunt, antequam puberes sint, et longissima apud eos pueritia est. Viri sagis velantur, aut libris arborum, quamvis sæva hyeme. Nandi non patientia tantum illis, studium etiam est: bella cum finitimis gerunt; causas eorum ex libidine accersunt, neque imperitandi prolatandique quæ possident, (nam ne illa quidem enixe colunt) sed, ut circa ipsos quæ jacent, vasta sint.'

[h] *Cœlo solove assueverunt*] Tacitus l. II. Hist. 'Germanos, quod genus militum apud hostes atrocissimum sit, tracto in æstatem bello, fluxis corporibus mutationem soli cœlique haud toleraturos.'

Ac videmus Italos, Hispanos, ac etiam hodie Gallos, in alienis terris commode habere; nostrates contra ad omnem plerumque externum cœli afflatum languescere. *Rhenanus.*

[i] *Ventosior, qua Noricum*] Vix fides. Loca certe, quæ humida et ad mare, magis obnoxia ventis, quam sicca et mediterranea: quod utique verissimum experimur in omni Germaniæ isto tractu, qui ad septemtrionem.

Sed nec ventorum proprie hic res est: de humore agitur, aut siccitate: et ventosam hic accipi, pro sicca at-

cit: satis ferax:[j] frugiferarum arborum impatiens: pecorum fœcunda,[k] sed plerumque[2] improcera:[l] ne armentis quidem suus honor, aut gloria frontis:[m] numero gau-

*qua in Noricum et Pannoniam* patescit: *segetibus fœcunda; intolerans arborum pomiferarum; armentorum ferax, sed* ea *sæpius improcera:* et *ne bobus quidem suum decus, aut honor frontis: multitudine delectantur; illæque unæ et jucundissimæ*

*sior* ne Latine quidem dicitur hoc sensu. *Brotier.*—2 Mallet Lipsius, *pleraque.*

## NOTÆ

que aërea, simplicius et verius sit. *Lipsius.*

*Ventosum* vocat Noricum et Pannonias, non tantum quia sicca illa loca, sed etiam quia ibi sylvarum ac montium copia, omnisque regio excelsior.

Strabo de illa ipsa Germaniæ parte: 'Regio quippe montosa illa ad septemtrionem, et continuum habet veluti jugum seu dorsum montium, quod ad orientem patescit, quasi sit pars Alpium.' *Colerus.* Mela: 'Terra multis impedita fluminibus; multis montibus aspera,' &c.

*Noricum*] Regio Illyrici late sumti versus occidentem: hodie pars ducatus *Bavariæ* cum Archiepiscopatu *Saltzburg* in circulo Bavariæ, necnon pars Archiducatus *Austriæ*, et ducatuum *Stiriæ*, *Carinthiæ*, et *Carniolæ*, parsque comitatus *Cilley* et episcopatus *Brixen* in circulo Austriæ. *Tillemonius.*

[j] *Satis ferax*] *Sata* accipit pro omnibus quæ seruntur. De Africa Sallustius in Jug. 'Ager frugum sterilis, bonus pecori, arbori infœcundus.'

[k] *Pecorum fœcunda*] Et pascuis minime destituta est. Plinius XVII. 4. 'Nam quid laudatius Germaniæ pabulis? Et tamen statim arena subest.'

[l] *Plerumque improcera*] Malo, *pleraque.* At hodie contra est; ita ut armenta Bataviæ aut Frisiæ palmam poscere audeant contra omnia Europæ. *Lipsius.*

[m] *Ne armentis quidem suus honor, aut gloria frontis*] Innuit Germaniæ boves parva habuisse cornua, quæ *honorem frontis* appellat. Horatius de cauda pavonis I. Sat. 2. 'Coctove num adest honor idem?' Plinius Paneg. ad Trajanum: 'Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, et dignitas oris, nonne longe lateque principem ostentant?' ubi *honorem capitis* vocat decoram et ornatam Trajani cæsariem.

Scribit tamen Cassiodorus Var. III. ep. 50. 'Ideo præsentibus decernimus institutis, ut Alemannorum boves, qui videntur pretiosiores propter corporis granditatem, sed itineris longinquitate defecti sunt, commutari vobiscum [Noricis, scilicet] liceat, minores quidem membris, sed idoneos ad laborem: ut et illorum profectio sanioribus animalibus adjuvetur, et vestri agri armentis grandioribus instruantur.' *Pichena.*

*Honor* nitorem et pinguedinem significat. Sic 'honesti tori' apud Virgil. *Colerus.*

Hic *honor* et *gloria frontis*, unum et idem est. Et certe, quidni esset *nitor* et *pinguedo* pecoribus armentisque Germanicis, et præsertim improceris? Hic *honos frontis* vere *cornua* sunt. Plinius, ubi de Trajano, intelligit per *honorem capitis*, albam et canescentem jam comam.

*Suus honor*] Nihil mirum. Plin. VI.

dent;[n] eæque solæ et gratissimæ opes sunt. Argentum et aurum propitii[3] an irati Dii negaverint,[o] dubito. Nec

*sunt divitiæ. Dubitaverim, an æqui, an infesti Dii recusaverint* ipsis *argentum au-*

—3 Ita Mss. Vatic. 1518. et 4498. ac libri omnes editi. In Mss. Vatic. 1862.

NOTÆ

30. 'Sambri, apud quos quadrupedes omnes sine auribus, etiam Elephanti.' Referunt, qui nuper peregrinati sunt in Moscovia, se vidisse boves fœminas, et quidem greges integros sine cornibus; ita ut putem, vaccas veteris Germaniæ non tantum modica, sed etiam nulla habuisse cornua: et huc ducit Tacitus, si verba ponderas: ne quidem *suus honor aut gloria frontis.*

*Aut gloria*] Sic in Æthiopia, teste Diodoro Siculo l. IV. oves lanam non habent, quod mireris: 'Sunt qui subligaculis, quæ ex capillis contexunt, usque ad medium corpus cooperiantur; non enim oves eorum (ita fert regio) lanam habent.' Et quod maxime ad rem, ibidem c. 3., ubi de Sabæis: 'pecora in eis omnino alba, cornua fœminis natura desunt.'

*Honor ... frontis*] Plin. l. VII. 'Magno Pompeio Vibius quidam e plebe, et Publicius etiam servitute liberatus, indiscreta prope specie, fuere similes, illud os probum reddentes, ipsumque honorem eximiæ frontis.'

[n] *Numero gaudent*] Id est, non perinde magnitudine aut proceritate pecorum oblectantur, ac multitudine, quæ supplet defectum proceritatis.

[o] *Argentum et aurum propitii an irati Dii negaverint*] Tacitus negat inventam auri aut argenti venam in Germania suo tempore. Idem tamen Ann. XI. scribit Curtium Rufum in Germania, in agro nimirum Mattiaco reclusisse specus, quærendis venis argenti: quod longe ante quam Tacitus hæc scripsit, factum esse constat.

Conciliat controversiam sæculi nostri decus, et unius harumce litium literatarum arbiter Justus Lipsius Saturnal. II. 1.

Addo autem nec æs fodi solitum apud illos Germanos, nisi quod Plinius scribit l. XXXIV. 1. 'Feruntque nuper in Germania etiam provincia repertum.' *Colerus.*

*Propitii an irati Dii*] Quia si appenderentur, et exæquarentur commoda pecuniæ cum malis ac sceleribus, quæ ex hoc malo fonte emergunt, potius dixeris Numen iratum id genus opum mortalibus invexisse.

*An irati*] Diodor. Sicul. Hist. l. IV. 2. 'Sane ipsa nos palam docet natura, aurum inventione laboriosum, custodia difficile, quæstu anxium esse, et usu inter voluptatem ac dolorem constitutum.'

*Propitii an irati Dii*] Cic. pro M. Cælio: 'Si quem forte inveneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem; huic homini ego fortasse, et pauci, Deos propitios, plerique autem iratos putabunt.'

*Aurum et argentum*] Plinius certe in Germania venam argenti nullam, ambigue æris commemorat: et multis sæculis post, inventionem hanc assignant medii temporis scriptores. Ditmarus l. II. Chronic. 'Temporibus Othonis aureum illuxit sæculum; apud nos inventa primum vena ar-

tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? possessione et usu haud perinde[4] afficiuntur.[p] Est videre apud illos argentea vasa, legatis[q] et Principibus eorum muneri data, non in alia vilitate,[5][r] quam quæ humo finguntur: quanquam proximi,[s] ob usum commerciorum, aurum et argentum in pretio habent, formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt atque eligunt: interiores simplicius et antiquius[t] permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant

*rumque. Nec tamen asseveraverim, nullum esse in Germania specum quo producatur argentum aut aurum: quis enim investigavit? non admodum flagrant* illi *amore possidendi utendive. Animadvertus apud illos vasa argentea, dono data legatis et proceribus eorum, pari contemtu habita, ac si vasa fictilia forent: quamvis propiores* ripæ *æstimant aurum et argentum ob necessitatem commercii, et species quasdam nostræ monetæ approbant, ac seligunt: qui ulterius habitant, simplicius et sanctius* adhuc *permutant merces. Nummos agnoscunt priscos et diu compertos,*

et 2964. *propitiine an irati.*—4 Puteol. cum quibusdam aliis *proinde.*—5 Sic bene veteres et recentiores editiones. Rhenanus et Lipsius, *utilitate.* Brotier.

NOTÆ

genti.' Widichindus Monachus, qui vixit ante annos 600. l. III. 'Ergo qualiter Otho Romanos duobus præliis vicerit, terra Saxonia venas argenti aperuit, imperiumque cum filio quam magnifice dilataverit, nostræ tenuitatis non est dicere.' Lips. II. Satur. 1.

Forte Curtius, ne segnes legiones attineret, inquisivit aurum; sed forte infra laborem et sumtum fuit, quod invenit. Et triumphalia tum ipsi concessa, non quia invenisset aurum, sed quia fodisset specus, et inquisiisset continuissetque legiones.

[p] *Possessione et usu haud perinde afficiuntur*] Subaudienda particula, quasi esset: *sed possessione. Haud perinde,* puta ac nos Romani, et omnes fere aliæ nationes. *Gronov.* Immo id intelligendum in genere, ita ut Germani absolute aurum et argentum parvi pendant, non comparate: *haud perinde,* id est, non admodum cupiunt; ut jam alibi ostendimus.

[q] *Legatis*] Intellige, non duces, sed oratores, qui ad alias civitates, vel principes, reipublicæ causa mittebantur, et sæpe ut opem implorarent in bellis. Infra 13. 'Expetuntur enim legationibus, et muneribus ornantur, et ipsa plerumque fama bella profligant.'

[r] *Non in alia vilitate*] Senec. epist. 5. 'Magnus ille est, qui fictilibus sic utitur, quemadmodum argento; nec ille minor est, qui sic argento utitur, quemadmodum fictilibus. Infirmi animi est, pati non posse divitias.'

[s] *Proximi*] Nempe propinqui ripæ et castris legionum, et finibus imperii Romani.

[t] *Simplicius et antiquius*] Id est, justius. Maxima enim flagitia 'circa contractus et divitiarum acquisitionem' committi, Strabo quoque testatur.

Sic et Mela de Sarmatis: 'Sarma-

veterem et diu notam,[u] serratos, bigatosque.[v] Argentum

NOTÆ

tæ auri et argenti maximarum pestium ignari, vice rerum commercia exercent.' Ubi *vice* est *permutatione*. Coler.

*Permutatione mercium*] Quod moribus apud Germanos valebat, lege Lycurgus instituit apud Lacedæmonios. Justinus l. III. 'Emi singula, non pecunia, sed compensatione mercium jussit: auri argentique usum, velut omnium scelerum materiam, sustulit.'

*Interiores simplicius et antiquius permutatione*] Apud Herodot. l. I. Cyrus Lacedæmoniorum legato respondet, se nunquam pertimuisse homines illos, quibus locus erat in media urbe publicus; quo convenientes, mutuo sese invicem jurejurando fallerent. Quæ verba, ut ille ait, 'jecit in Græcos omnes, qui in foro vendunt emuntque multa; cum apud Persas nullus esset fori usus.'

*Permutatione*] Homerus VII. Iliados. 'Affuit ex Lemno ratibus tunc copia vini; Cæsarie insignes redimunt hinc vina Pelasgi: Pars dedit æs nitidum; ferrum pars altera; bubus Tergora diripiens hic protulit; ille agit ipsos Ad naves tauros; hic bello corpora capta.' Et Plin. lib. XXXIII. 'Utinam posset e vita in totum abdicari aurum, sacra fames, ut celeberrimi auctores dixere, proscissum conviciis ab optimis quibusque, et ad perniciem vitæ repertum. Quantum feliciore ævo, cum res ipsæ permutabantur inter se, sicut Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit! Ita enim (ut opinor) commercia victus gratia inventa. Alios coriis boum, alios ferro, captivisque rebus emtitasse tradit,' &c.

[u] *Diu notam*] Quæ diu obtinuit et in usu fuit, per commercia inter populos. Forte intelligendum est, illam pecuniam jampridem notam esse Germanis.

[v] *Serratos, Bigatosque*] *Serrati*, inquiunt, nummi, quibus *serræ* forma impressa sive incusa; ut *Bigati* quibus *bigarum* imago, et de his quidem clarum est; oculi me docent quotidie. At de *Serratis*, quis protulit nummum sic impressum? Non vidi, non legi.

*Serratos* capiam, quorum ambitus dentatus atque asper sit, in modum serræ; quæ proba nota, et nihil perisse longo usu aut resectione. Nummos ego quosdam argenteos ita formatos usurpasse his oculis sum certus.

Spectasse autem id eos in nummis vulgo, ratio et Tertullianus addocent: 'Qui venditant, prius nummum, quo paciscantur, examinant, ne scalptus, neve rasus, ne adulter sit.' *Lipsius.*

*Serratos, Bigatosque*] 'Nota argenti,' inquit Plinius XXXIII. 3. 'fuere bigæ atque quadrigæ, et deinde bigati quadrigatique dicti.' Porro argenti *bigati* ex Gallis Boiis, item ex Liguribus Romam allati sæpe fit mentio Livio. *Rhenanus.*

Hodieque videntur in Bibliotheca sancti Victoris Lutetiæ Parisiorum *serrati* nummi, quorum nempe orbis dentatus est in modum serræ: sic simplicitas prisca nummos cuderat, ne minueretur pondus. Sic et nunc Angli et Galli literas accudunt orbi, seu exteriori nummorum circulo, non sine decore in præsens et cautione in futurum.

*Bigatosque*] Ser. Cepione, et Cn. Sempronio consulibus, post Attilium Regulum, argenteo nummo primum figurato Romæ, altera parte Janus bifrons, altera, navis prora incussa fuit: tametsi quinque annis ante primum Punicum bellum, argenteum

quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectione[6] animi, sed quia numerus argenteorum facilior[7] usui est promiscua[w] ac vilia mercantibus.

6. Ne ferrum quidem[x] superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis,[y] aut majoribus lanceis[z] utuntur:

*Serratos, et Bigatos. Argentum etiam magis appetunt quam aurum, nulla inclinatione animi, sed quia copia argenteorum facilior commercio est* barbaris *communes et tenuis pretii merces ementibus.*

*Ne ferrum quidem abundat, ut ex specie armorum intelligitur. Pauci enses ha-*

—6 Ita Mss. Vatic. 1518. et 4498. veteres et recentiores editiones. Mss. Vatic. 1862. et 4498. ac Rhenanus, *affectatione.*—7 Ita libri omnes præter Lipsii, qui edidit, *faciliori.*

NOTÆ

nummum Romæ signatum nonnulli credant: demum post annos duos et sexaginta, aurei apud Romanos eadem nota incussi fuerunt. Deinde bigæ et quadrigæ, ac victoria: quare Victoriati, Bigati, et Quadrigati dicti.

*Bigatosque*] Plin. XVIII. 3. 'Servius Rex ovium boumque effigie primus æs signavit:' qui boves bini aratrum ferebant, eodem jugo devincti; unde *bigati* dicti hi nummi.

[w] *Promiscua*] Nempe faciliores usui et commercio sunt argentei nummi, merces communes et minimi pretii emtitantibus aut vendentibus.

[x] *Ne ferrum quidem*] Cum tela corneis aut osseis etiam cuspidibus nonnulli acuerent. Plinius II. 37. 'Urorum cornibus barbari septentrionales potant, urnasque binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa his pila cuspidant.'

Sed potarunt etiam onychinis illi patres nostri. Idem Plinius XXXVI. 7. 'Sed in Germania potoriis vasis inde factis primum, dein pedibus lectorum sellisque.' *Colerus.*

[y] *Rari gladiis*] Iisque grandibus, et oblongis. Plutarchus de Cimbris: 'Magnis et gravibus gladiis utebantur.' Scribit Widichindus: 'Erat illis diebus Saxonibus longorum cultellorum usus, quibus usque hodie Angli utuntur, morem gentis antiquæ sectantes. Cultelli autem nostra lingua *Sahs* dicuntur: ideoque aiunt quidam Saxones nuncupatos.' Scio falces oblongas et grandes frumentarias eo nomine etiam hodie nobis dici. *Lipsius.*

[z] *Majoribus lanceis*] Mirum, quod hic rarum id telum facit: at in Annalibus vulgat. ut lib. I. de Cheruscis: 'hastæ ingentes, ad vulnera quamvis procul facienda.'

Et l. II. universe de Germanis: 'Immensa Barbarorum scuta, enormes hastæ.' Iterumque: 'arctis locis prælongas hastas non protendere, non colligere.' Nusquam de istis brevibus quas *frameas* vocat. *Lipsius.*

*Majoribus lanceis*] Cur ingentes lanceæ requisitæ, si ferrum non superesset? Homines ad arma geniti, et promti inter ancipitia clarescere, eo forte avidiores ferri, quo magis deerat; eo majores hastæ illæ *cruentæ*, sed non omnibus aderant. Sic infra 15. 'Gaudent finitimarum gentium donis, &c. mittuntur ... magna arma,' ad speciem nempe, terrorem et decus, et quia rarum ferrum.

hastas, vel ipsorum vocabulo *frameas*,[a] gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri, et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus[b] pugnent: et eques quidem scuto[c] frameaque contentus est: pedites et missilia spargunt, plura[1] singuli, atque in immensum vibrant,[2] nudi[d] aut sagulo leves. Nulla cultus jactatio: scuta

*bent, aut longiores lanceas: hastas, vel ipsorum nomine* frameas *gestant, arcto et tenui ferro, sed ita acuto, et ad usum accommodato, ut eadem hasta, prout necessitas exigit, vel cominus vel eminus dimicent: et sane eques clypeum et hastam tantum gerit: pedes etiam tela effundit, et plura quisque, ac longissime jaculantur, intecti, aut sago expediti. Nulla vestis, aut armorum ostentatio: scuta solummodo pulcher-*

1 *Pluraque* Ryckius et Gronov. et sic Norimb.—2 Heinsius malebat *li-*

## NOTÆ

[a] *Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas*] Quod genus teli fuerit, quæro. Isidorus vult gladium fuisse: 'Framea,' inquit, 'gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo *Spatham* vocant: ipsa est et romphæa.' Ille valde a Tacito abit, qui clare appellat *hastam:* et addit, eodem telo *cominus eminusque* pugnasse: non ergo et gladius. Numquid romphæa? nam et hoc addidit; pariterque glossæ veteres, *framea*, *ῥομφαία*.

Ambigo, nec facile inducor credere, si Valerii quidem descriptio hæc proba, Argonaut. l. 6. 'Æquaque, nec ferro brevior, nec romphia ligno.' Facit enim genus teli, in quo hastile et mucro pari fuerint longitudinis modo.

Tacitus autem aliud fuisse in sua framea docet, quam statuit, *brevi et angusto ferro*. Itaque magis est ut ad exemplum hastæ sive *spiesse* nostræ fuerit, breviore tamen ligno. *Lipsius.*

*Frameas*] Diodorus Siculus lib. VI. 'Enses haud minores sunt, quam apud ceteros venabula: ac venabula mucrone sunt, quam sit ensibus, majore. Hos tum rectos habent, tum incurvos, non solum ad cædendum corpora, sed et ad perforandum aptos.' Nisi forte framea sit jaculum de quo ibid. Diodorus: 'Jaculis insuper bellant, quæ illi lanceas vocant, ferro cubiti aut amplius longitudinis, paulo minus duobus palmis lato.'

[b] *Vel cominus vel eminus*] Saxo Grammaticus huc videtur respexisse l. I. 'Framea torta necem geminabit.'

Describit et Diodorus Siculus, et nescio an etiam Plutarchus in Mario, ubi de equitibus Cimbrorum: 'Ακόντισμα δὲ ἦν ἑκάστῳ διβολία.

Sed aliud hoc videtur fuisse telum: nimirum bipennis illa, quam postea creberrime Franci usitavere: unde et apud Gregorium Turonensem *Franciscæ* dictæ.

Talem Sidonius intellexit: 'Excussisse citas vastum per inane bipennes, Et plagæ præscisse locum.' *Colerus.*

[c] *Eques quidem scuto*] Et est illud dotale munus, quod uxori maritus offert, nempe 'boves et frænatum equum, et scutum cum framea gladioque.'

[d] *Nudi*] Sic infra 17. 'Tegumen

tantum[e] lectissimis coloribus distinguunt: paucis loricæ: vix uni alterive cassis, aut galea.[3] Equi non forma, non velocitate[f] conspicui: sed nec variare gyros,[g] in morem nostrum, docentur. In rectum,[h] aut uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo posterior sit.[i] In universum æstimanti, plus penes peditem roboris: eoque mixti præliantur,[j] apta et congruente ad equestrem pugnam velo-

*rimis coloribus exornant: pauci loricas* habent; *vix unus alterve cassidem, vel galeam* gestat. *Equi non specie, non pernicitate insignes: sed nec hos flectere in orbem, more nostro, didicere.* Illos *ducunt in rectum, aut simplici flexu ad dextram, ita connexo globo, ut nemo ultimus sit. In summa reputanti, plus in pedite virium; ideoque mixti* cum equitatu *pugnant, pernicitate peditum habili et con-*

*brant.*—3 Sic bene Ms. Turic. Rhenanus et recentiores. In Mss. Vatic. et edd.

NOTÆ

omnibus sagum, fibula, aut, si desit, spina consertum; cetera intecti.' Attamen etiam usi sagis versicoloribus, forte opulentiores. Sic enim supra Hist. v. 23. 'Captæ lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis juvabantur.' Idque commune habuere cum Gallis, ut describit Virgil.

[e] *Scuta tantum*] Alibi idem Tacitus: 'Non loricam Germano, non galeam; ne scuta quidem ferro nervoque firmata; sed viminum textus, vel tenues et fucatas colore tabulas.' Plutar. equitibus Germanorum etiam galeas assignat, ferarum rictibus et cristis insignes. *Coler.* Luc. I. 'Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.'

[f] *Non velocitate*] Labore tantum boni. Cæsar l. IV. 'Germani importatis jumentis non utuntur; sed quæ sunt apud eos nata, prava atque deformia, hæc quotidiana exercitatione, summi ut sint laboris, efficiunt.'

[g] *Nec variare gyros*] Qui mos Romanorum, nec laude nec fructu suo caruit: tangit eum Virgilius IX. Georgic. 'Ubi quarta accesserit ætas, Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare Compositis, sinuetque alterna volumina crurum.'

[h] *In rectum*] Equestria prælia, ac loca sylvestria et aspera aversati Germani: directo autem impetu hastatos ingruere solitos, scribit Leo Imp. capite 28. Nam quæ ibi de Longobardis loquitur, de Germanis accipio. *Colerus.*

[i] *Ita conjuncto orbe, ut nemo posterior sit*] Puto, ita simul et æquali motu flectebant gyrum, ut omnes pari ordine et agmine post flexum dispositi reperirentur, quo erant, priusquam flexissent. Nam, ita conjuncto globo incedebant, ut nemo etiam posterior esset in incessu. Interp. Gall. *Leurs chevaux ne savent que tourner à droit, et aller en avant, les tenans serrés en rond, afin qu'il n'y en ait point qui soit le dernier.*

[j] *Eoque mixti præliantur*] Id pugnæ genus affabre describitur a Cæsare l. I. Gall. et 8. Ea forma pugnæ, quasi exercitio et meditatione quadam bellica, etiam extra prælia utebantur Germani.

An non ipse quoque Cæsar exemplo Germanorum usurpavit? Scribit sane alicubi de se: 'Equitatum omnem,

citate peditum, quos ex omni juventute delectos ante aciem locant. Definitur et numerus: *centeni*[4] ex singulis pagis[k] sunt:[5] idque ipsum inter suos vocantur:[l] et quod primo numerus fuit, jam nomen et honor est. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus instes,[m] consilii

*veniente ad equestre prælium, quos ex omni pube ascitos in primis ordinibus statuunt. Præscribitur etiam numerus:* centeni *ex singulis pagis assistunt: sicque et inter suos appellantur: et quod initio numerus erat, jam vocabulum et dignitas est. Instruitur acies per cuneos. Referre pedem, dummodo rursus capessas præ-*

veteribus *galeæ*.—4 Cod. Artolph. Kapp. *centum*.—5 *Sunt* omissum vellet Er-

## NOTÆ

Germanosque pedites summæ velocitatis omnes ad castra hostium præmittit.' Ejusmodi pedites in prælio equitibus miscuisse, et velitum loco eos habuisse, ipse fatetur.

Alia Gallorum ratio fuit equestris militiæ, hodiernam nostram nonnihil referens. De ea belle sic narrat Pausanias Phocic. 'Singulis equitibus additi famuli duo, equites et ipsi, equestrisque disciplinæ pergnari. Hi dominis laborantibus in exteriori acie præstolantes ei usui serviebant, ut, si forte ille equum amisisset, suum subderent: si ipse cecidisset, illi succederent: si uterque periisset, tertius sufficiebatur in cæsorum locum. Enimvero si vulnere primus ille saucius esset, ex Optionibus illis alter eum subducebat, alter ejus vicem præstabat. Hæc, ut opinor, apud Gallos ad imitationem Persarum instituta sunt. Nam et ipsi delectos habebant ex omni numero, militum videlicet dena millia, quos immortales dicebant. Illud discrimen est, quod facto demum prælio, illi succenturiant: Galli in ipso prælio cæsis vel sauciis succedunt, vel suppeditant. Hanc equidem equestris pugnæ institutionem voce vernacula Trimarcisiam vocant: equum enim Marcam indigitant.'

Gallicana etiam vox erat *Marescalcus*, quæ equorum custodem, aut servum cui equorum cura, significabat. Plinius etiam *Marcam*, Celtarum lingua, equum macilentum interpretatur. Majoribus nostris *Scalcum* servum fuisse appellatum, docent priscæ linguæ nostræ fragmenta.

Sic *Marescalcus* et *Marquardus* idem fuerit: nam *Marcuardus* est, qui curat equos proprie. *Colerus.*

[k] *Pagis*] Pagi apud Cæsarem l. I. bell. Gall. sunt regiones universæ et populi alicujus partes, ut tota regio Helvetiorum, quæ ab eo appellatur civitas, in quatuor partes erat distributa, quas Cæsar appellat *pagos*, non quod tantum pagatim incoleretur; nam et habitabatur oppidatim, cum scribat oppida in ea fuisse, et pagos ad quadringentos; sed quod universus eorum ager in quatuor partes, et tanquam præfecturas esset divisus. Eodem modo scribit Suevorum centum pagos fuisse, in quos distributa erat universa illorum regio, &c. *Turnebus.*

[l] *Idque ipsum inter suos vocantur*] Nempe *centeni*, ita ut τὸ *centeni*, qui tantum numerus olim erat, evaluerit in nomen et dignitatem.

[m] *Cedere loco, dummodo rursus instes*]

quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis præliis referunt. Scutum reliquisse, præcipuum flagitium:[n] nec aut sacris[o] adesse, aut concilium[6] inire, ignominioso fas: multique superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.

7. Reges ex nobilitate;[p] Duces ex virtute sumunt. Nec Regibus infinita aut[1] libera potestas: et Duces exemplo[q]

*lium, prudentiæ magis quam trepidationi assignant. Cadavera suorum reportant, etiam in ambiguis certaminibus. Summa infamia* est, *abjecisse clypeum: nec infami licet, vel templa adire, vel cœtibus publicis interesse: et plerique, qui e præliis incolumes* evaserant, *ignominiam suspendio terminarunt.*

*Accipiunt Reges ex claritudine* stirpis, *ductores ex* propria *strenuitate. Nec regibus illimitata aut absoluta potentia: et duces, exemplo potius* ipsos, *quam auc-*

nestus.—6 Male Cod. Kapp. *consilium.* Brotier.

1 Sic bene Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *ac libera.*

## NOTÆ

Sic Justin. XLI. 2. de Parthis: 'Plerumque in ipso ardore certaminis prælia deserunt; ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit.'

[n] *Scutum reliquisse, præcipuum flagitium*] Magis enim illis curæ erat, ut milites corpora defenderent, quam ut hostes offenderent.

Ammianus Marcellinus l. XXV. 'Epaminondas dux ille inclytus, letaliter apud Mantineam saucius, et reversus ex acie, conquirebat solicite scutum: quod cum vidisset propius, lætior, vi vulneris interiit: et qui animam intrepidus amittebat, jacturam clypei formidavit.' Sic illi ad instar Lacedæmoniorum. Hinc illa moribundi Epaminondæ vox olorina, 'an scutum salvum esset?' Et Lacænarum matrum admonitiones: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν: *vel cum illo, vel in illo: vel clypeum refer, vel super illum refertor.* Saucii scil. aut mortui in clypeo referebantur e pugna.

[o] *Nec aut sacris*] Cercetæ quidem apud Nicolaum, 'eos qui injuste egerint, sacris prohibent.'

Fuere autem *Cercetæ* illi Scythæ, quibus cum Germanis communia sexcenta. *Colerus.* Nempe, *ignominioso*, qui scutum reliquisset, nefas adesse sacris, aut concilio publico interesse.

*Sacris adesse*] Ex more antiquo Euripides: Τοὺς μὲν γὰρ ἀδίκους βωμὸν οὐχ ἵζειν ἐχρῆν, Ἀλλ' ἐξελαύνειν: *Scelerosos enim ad aras sedere non oportet, sed abigi. Neque enim nocentem manum decet contrectare Deos, sed innoxiam.*

[p] *Reges ex nobilitate*] Intellige ex nobilitate stirpis seu originis; at duces alios ex virtute seu propria claritudine, non ex meritis majorum eligebant.

[q] *Exemplo*] Panegyrista vetus: 'Dux consilio esse, miles exemplo.' Livianus ille Imperator: 'Facta, non dicta, vos milites sequi volo: nec disciplinam modo, sed exemplum etiam a me petere.'

potius, quam imperio: si promti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Ceterum, neque animadvertere,[r] neque vincire, ne[2] verberare quidem, nisi Sacerdotibus permissum:[s] non[3] quasi in pœnam,[t] nec Ducis jussu,[4]

*toritate* regunt; *si strenui, si insignes, si in prima acie certent, miraculo imperant. Ceterum, neque punire, neque vincla indere, neque fusti cædere quidem fas* est, *nisi sacerdotibus: non velut in supplicium, nec ducis imperio, sed veluti Numine ju-*

Brotier.—2 Sic bene Gronovius et Ernestus. Ita quoque Ms. Arundel. In veteribus editionibus, *neque verberare quidem.* Idem.—3 Ms. Vatic. 2964. *nec quasi.*—4 Illustr. Huetius emendabat, *jussus*, ut suppleretur *valeat.* Sed nihil

## NOTÆ

[r] *Neque animadvertere*] Repugnare Cæsar videtur l. VI. 'Cum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus, qui ei bello præsint, ut vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur.' Sed Cæsar de belli tempore tantum: noster in pace intellexit. *Lipsius.*

De bello hic agit Tacitus, quippe, 'si ante aciem agant,' &c. statimque addit: 'nec ducis jussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt, effigiesque . . . in prælium ferunt.' Quid mirum dissentire auctores? At longe magis noti et familiares Tacito Germani, quam Cæsari.

[s] *Ne verberare quidem, nisi Sacerdotibus permissum*] Sic infra c. 11. ubi de concilio et conventu Germanorum: 'Silentium per sacerdotes, quibus tum et coërcendi jus est, imperatur.' Sic et apud Persas in summo honore Magi, teste Eustathio in commentariis Dionysii de situ orbis. Etiam et Agathias l. II. sua quoque ætate Magos inclaruisse, eorum consilio et vaticiniis omnia publica negotia gesta: de consilii eorum sententia, bene de rep. meritis præmia decreta: nocentibus contra pœnas irrogatas scribit, proindeque cognitionibus principum ac magistratuum interfuisse; nec quicquam justum, licitum, aut legitimum habitum, quod non esset eorum sententiis comprobatum.

Nota tamen sacerdotes Germanos animadvertisse, non per modum supplicii, sed tanquam 'Deo jubente:' sic et Magi apud Persas nullius animantis cæde se polluebant, præter ea duntaxat quæ Diis immolabant. Ita et illi sacerdotes Germani, ne cæde hominis suas manus polluere viderentur, Deum prætexebant.

[t] *Non quasi in pœnam*] Cur ita? quia nefas quoddam videbatur, puras sacerdotum manus rerum capitalium damnatione pollui. Vide Plutar. in quæst. Rom. *Colerus.*

*Non quasi in pœnam*] Quia nempe sic læsa foret Germanica libertas; et sic quasi violata virtus, pollutumque decus bellantium videretur. Ideoque non imperio mortalium, sed velut inspirante Deo, quem afflare et admonere bellantes credunt, pœna, si quando necesse fuit, infligebatur; nec sine summo consilio is affectus inditus bellicosæ genti. Sic et hodie Turcæ accipiunt imperium mortis indictæ a principe, quasi *imperante Deo;* et id veluti summam præsentemque felicitatem amplectuntur.

sed velut Deo imperante,[5u] quem adesse bellantibus credunt: effigiesque et signa quædam,[v] detracta lucis, in prælium

*bente, quod assistere bellum gerentibus putant: imaginesque et signa* seu vexilla

hic mutandum. *Brotier.*—5 Ms. Arundel. *Deo inspirante.*

## NOTÆ

[u] *Velut Deo imperante*] Mirum quod narrat Diodor. Sicul. Hist. IV. 1. 'Qui in Meroë sunt circa Deorum sacra cultumque dediti sacerdotes, et hi quidem maxima apud omnes pollent auctoritate: cum eis visum fuerit, regi nuntiant, ut mortem oppetat. Ita enim Deorum jubere responsa, neque fas esse immortalium voluntatem a mortali homine contemni. Et sane omnes antea reges sacerdotibus, non armis, neque vi coacti, sed ipsa victi superstitione, sponte paruerunt.'

*Velut Deo imperante*] Serium hoc et pium Germanorum institutum: usi eo Romani quoque aliquando, sed astute et per fucum, et auctoritatis, non quasi supplicii causa. Hinc Ægeria Numæ, Cella Capitolina Scipionis, Syllæ imagunculа Delphica, Sertorii cerva. Nec obscurum quid apud Græcos Minos, Pisistratus, Lycurgus, Zaleucus sapienter factitarint. Græci enim potestati regiæ sacerdotium exæquarunt.

Apud Romanos Flamini Diali jus vinciendi et coërcendi non quidem fuit; insignia tamen potestatis et honoris usurpavit; id est, *lictorem* et *sellam curulem* habuit.

Helmoldus de Rugianis scribit: 'Flaminem suum non minus, quam regem venerantur.' Et de Sclavis: 'Rex apud eos modicæ æstimationis est, comparatione Flaminis.' *Colerus.*

*Deo imperante*] Forte ne ipsi sacerdotes cæde polluere manus viderentur. Sic apud Suet. 9. Titus 'pontificatum maximum ideo se professus accipere, ut puras servaret manus: fidem præstitit; nec auctor posthac cujuspiam necis,' &c.

*Velut Deo imperante*] Tali prætextu debuit Germanica libertas coërceri; alioqui vix potuisset cohiberi licentia ferocissimæ gentis.

[v] *Effigiesque et signa quædam*] Subintelligendum, effigies ferarum fuisse *signa* seu vexilla, quod clarius expressit Hist. IV. 'Hinc veteranarum cohortium signa, inde depromtæ sylvis lucisque ferarum imagines, ut cuique genti inire prælium mos est.'

*Signa quædam*] Diod. Sic. II. 4. 'Ferunt Ægyptios veteres, apud quos nulla esset militaris disciplina, cum a vicinis sæpius bello superarentur, excogitasse ferre aliquod insigne, quod milites sequerentur. Figuras igitur animalium, quæ nunc colunt, in tabernaculis pictas, duces eorum in bello tulisse: eaque ex re, cognito servatoque, sub quo quisque militaret, ordine, victoriam consecutos. Igitur visum esse, gratiam his animalibus, tanquam victoriæ auctoribus reddi; statutumque nefas esse, quodpiam eorum, quorum imago dilata bello fuerit, occidi, sed coli potius debere, honoreque affici.'

*Effigies*] Pro eodem sunt *effigies* et *signa*; ita ut effigies, seu imagines ferarum pro *signis*, seu vexillis essent, catervis Germanorum ad bellum exeuntibus.

*Effigiesque et signa quædam detracta lucis*] Forte effigies illæ Dei, *quem adesse bellantibus credunt.* Attamen valde

ferunt. Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum[w] facit, sed familiæ[6] et propinquitates,[x] et in proximo pignora, unde fœminarum ululatus[y] audiri, unde vagitus infantium: hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres,[z] ad conjuges vulnera ferunt: nec illæ numerare,[7] aut exigere[8] plagas,[a] pavent: cibosque et hortamina[9] [b] pugnantibus gestant.

*quædam, demta sylvis,* seu templis, *in pugnam deferunt. Quodque maximum virtutis hortamentum est, non fortuna, nec promiscua commixtio, turmam aut cuneum efficit, sed gentes et cognationes, et in propinquo liberi, unde uxorum planctus, unde clamor puerorum audiri* possit: *hi cuilibet sacerrimi testes, hi præcipui hortatores. Ferunt plagas ad matres, ad uxores; nec illæ metuunt lustrare, aut exsugere vulnera: alimentaque et incitamenta dimicantibus exhibent.*

6 Ms. Vatic. 2964. *sed familia.*—7 Ms. Arundel. *mirari.*—8 Ita Mss. Vatic. 2964. et 1862. et recentes edd. Male Rhenan. emendavit *exsugere,* quem secutus est Gronov. et Ryckius. Et id defendit Cl. de la Bleterie, quod quid Mss. et veteres edd. haberent, eum lateret. In Mss. Vatic. 1518. et 4498. *et exigere.* Ms. Turic. et veteres edd. *nec exigere.* Plusquam muliebris ac Germanicæ fuit fortitudinis plagas *numerare,* eas *exigere,* id est, an decoræ an inhonestæ forent, probare, nec pavere. *Brotier.*—9 Optime dictum, *ges-*

## NOTÆ

incertum ex ipso Tacito; et puto, refert et advertit ad alium locum c. 45. 'Matrem Deum venerantur; insigne superstitionis formas aprorum gestant: id pro armis omniumque tutela.' Unde colligo, eas effigies detractas lucis, non esse imagines Martis, sed tantum formas ferarum, quas ferebant bello et præliis, ad speciem et terrorem. Et certe apud Germanos nullæ imagines Deorum in oris humani similitudinem expressæ.

[w] *Turmam aut cuneum*] Intellige *turmam* de equitatu, *cuneum* de pedestri agmine.

[x] *Familiæ et propinquitates*] Gorgias Thebanus animadvertens, quanta, etiam in bello, esset vis amoris, cohortem ex trecentis delectis viris inter se amantibus instituit, quam *sacram cohortem* appellavit. Hujus sacræ cohortis Thebanæ invicta fortitudo ad prælium usque Chæronense duravit. Plutar. in Pelopida.

[y] *In proximo pignora, unde fœminarum ululatus*] Britannis quoque mos, conjuges ad bellum ducere. Tacitus Agric. 'Nullæ Romanos conjuges accendunt.' Et Annal. xv. 'Animo adeo fero, ut conjuges quoque testes victoriæ secum traherent, plaustrisque imponerent.' Idem de Thracibus l. iv. 'Illis extrema jam salus, et assistentes plerisque matres et conjuges, earumque lamenta, addunt animos.' *Pichena.*

*Pignora*] Intelligit matres, conjuges, liberos: sunt enim ea pignora carissima, pro quibus arma capiuntur.

[z] *Ad matres*] Plutar. Coriolano: 'Erat vero aliis virtutis scopus et finis gloria; illi vero gloriæ famæque finis præcipuus fuit matris lætitia,

8. Memoriæ proditur, quasdam acies, inclinatas jam et

*Tradunt, quosdam exercitus, prælio impulsos jam nutantesque, a mulieribus inci-*

*tant cibos et hortamina.* Ridicule finxit Colerus hortaminibus vinum designari: ridicule magis et absurde ille qui emendabat, *et hordei vina.* Idem.

## NOTÆ

cum ea videret laudatum et coronatum filium, et sic oscularetur mater eum, præ gaudio in lacrymas effusa. Sic se longe clarissimum atque felicissimum arbitrabatur Coriolanus.'

[a] *Nec illæ numerare, aut exsugere plagas pavent*] Spectat *suctus* ille ad medicinam, Homero etiam non ignotam: qui de Machaone Iliad. Δ. versu 218. Αἷμ' ἐκμυζήσας ἐπ' ἤρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς Πάσσε. Farnes. tamen codex et Rom. *exigere:* quod robur fœmineum magis exprimere videtur, tanquam illæ non numeraverint solum plagas, sed et exegerint; expostularintque cum suis, si illæ sic rediissent, tanquam ignavi et vitæ suæ parci. *Lipsius.*

*Nec exigere plagas*] Magis placet lectio: *exsugere plagas.* Verisimile est, mulieres Teutonicas, non tam avide a suis vulnera exegisse, quippe quorum sciebant impatientissimos esse, quam ea diligenter curasse. Germanicus apud Tacitum de Germanis: 'Corpus ut visu torvum et ad brevem impetum validum, sic nulla vulnerum patientia.' *Colerus.*

Forte hic *numerare* et *exigere* unum et idem sit: nam si *numerant* matres generosæ vulnera filiorum, simul ea *exigunt;* et si *exigunt* gloriosa vulnera, simul et numerant. Avidi certe præliorum Germani, licet vulnera minus patienter ferrent, ut barbari.

Sic fere nos impatienter ferimus febrim et alios morbos; et tamen sæpe valetudinem et corpora nostra curamus, aut potius ea spernimus, quasi extranea, quasi non nostra essent. Hæc est hominis indoles: cum ægri, aut saucii sumus, tum tantum sapimus. Vetus lectio fuit, *exigere,* quæ a Rhenano mutata est in *exsugere,* et ea vetus lectio præferenda videtur. Idque magis redolet ostentatque virtutem Germanicam, et propius ad constantiam Lacænarum matronarum accedit, quorum ingenium æmulantur sæpe fœminæ veteres illæ Germanicæ hic apud Tacitum. Sic enim Spartanæ matres apud Valer. l. II. 'Quæ exituros (filios) ad præliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur.'

Attamen illa vox *pavent,* huc ducit, ut non solum *exigant* matres, sed et *exsugant* filiorum vulnera. Non enim præcise *pavor* in exigendo vulnera, sed tantum constantia est gloriæ Spartiatarum similis. At istæ non, ut muliercularum vulgus, *pavent,* aut exhorrent *exsugere* letalia suorum vulnera: nam et maritos et fratres et propinquitatem sauciam comprehendi hoc generoso affectu matrum, putem.

Et si sedulo attendas Taciti verbis, 'Ad matres et conjuges vulnera ferunt;' si afferunt vulnera matribus et uxoribus, cur illæ *exigant* vulnera, quorum certe ultro avidi Germani? Nam licet impatientes sint vulnerum, cum præter spem sauciati sunt, attamen in pericula cæco impetu proruunt ut barbari; ergo ultro afferunt *vulnera* ad matres et conjuges, et illis

labantes, a fœminis restitutas, constantia precum et objectu pectorum,[c] et monstrata cominus captivitate,[d] quam longe

*tatos* esse, instauratamque fortunam, *vi obtestationum et oppositu pectorum, et*

NOTÆ

gloriantur: itaque a talibus viris *exigere* plagas non opus fuit.

Et si edidisset Tacitus, *exigere*, non sic scripsisset: *nec illæ numerare, aut exigere plagas, &c.* sed potius sic, *nec illæ numerare et exigere plagas pavent*, quasi de eadem re intelligens; et illa disjunctio *aut*, denotat, intellexisse de re dissimili et fortiore, nempe quod non solum numerarent matres, sed et *exsugerent* plagas: eaque causa scripsit disjunctive, *nec illæ numerare, aut exsugere plagas pavent.*

*Exsugere plagas*] Non *exigere*, ut volunt; cur enim vulnera exigerent matres, quibus filii ultro ipsi periculorum avidi vulnera afferunt? satis est exigere virtutem. An illæ exigerent vulnera a patribus, a maritis? non putem, eoque minus a filiis suis: et dixisset Tacitus, *exigere*, dein *numerare;* at prius illæ hic numerant, dein exsugunt.

[b] *Cibosque et hortamina*] Ibi afferunt multa de vino et aliis potionibus calidis, quibus accenderentur animi ad prælium; sed non vident Tacitum ludere in verbo *gestare*, quod aliter accipitur cum refertur ad *cibos*, aliter cum ad *hortamina:* quippe sic *gestantur hortamina*, ut *fertur salus*, ut *portatur ave.* Plautus Pœn. 'Salutamus te, Lyce, quanquam hanc salutem ferimus inviti tibi.' Martialis: 'Et matutinum portat ineptus ave.' Et cibos eis ministrant uxores, inquit, et verbis stimulos ad virtutem addunt. *Gronovius.*

Cibi allati militi, non sunt sine aliquo hortamine. Sed tamen et cibos afferendo, potuerunt simul et hortari ad virtutem, ad gloriam, ad libertatem tuendam, pignora, scil. et carissima quæque velut oculis exhibendo; suaque præsentia, et suamet ferocia, eos etiam accendere poterant: præter *cibos*, etiam et *hortamina* addebant constantissimæ fœminæ. Et solet Tacitus idem verbum referre ad plura, quamvis disparata: sic ibi fœminæ gestant *cibos* et *hortamina;* quæ sunt res disparatæ et dissimiles, et quæ diverso modo *gestantur*, una gestantur tamen.

[c] *Objectu pectorum*] Puto, alludit ad eas mulieres, quæ fugientibus suis se nudas ostentavere, interrogantes filios, an redire rursus in uterum vellent. Quasi dicerent: Illa, quæ te aluerunt, ubera seu pectora, perrumpe potius; illa via, si audes, fuge hostem. Vertunt, quasi se offerrent mulieres gladiis et ictibus; at forte illæ, non tam hostium telis, quam virorum receptui aut fugæ occurrebant, ut prohiberent.

*Objectu pectorum*] Plutar. de instit. Laconicis: 'Alia Lacæna, cum filii e prælio fugissent, et ad ipsam venirent: Quo, inquit, perfugere voluistis, mala mancipia; an huc, (simul veste sublata ventrem nudatum eis ostendebat,) huc unde existis, iterum redituri?'

[d] *Captivitate*] Quam morte etiam graviorem longe ducebant Germani. Xiphilinus in Caracalla de mulieribus illorum: 'Horum mulieres captæ a Romanis, interrogatæque ab Antonino, venire an occidi mallent, morti annuere. Postea cum venditæ essent, omnes sibi ipsæ manum attulere; quædam etiam liberos una mactavere.'

impatientius fœminarum suarum nomine[e] timent: adeo, ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellæ quoque[f] nobiles[1] imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid[g] et providum putant: nec aut consilia ea-

*ostensa e propinquo servitute, quam longe vehementius metuunt conjugum suarum amore: in tantum, ut certius strictiusque devinciantur animi populorum, quibus præscribuntur inter obsides virgines etiam claritate insignes. Quin etiam inesse*

1 Mallet Illustr. Huetius, *nubiles*. Sed et nobiles esse potuere. Mox infra

NOTÆ

[e] *Fœminarum suarum nomine*] Sic infra 20. 'Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur, et in accipiendis obsidibus magis exigunt.'

[f] *Inter obsides puellæ quoque*] Igitur ad Germanos referam, quod generatim a Suetonio scriptum in Augusto, c. 21. 'A quibusdam, novum genus obsidum, fœminas, exigere tentavit.' Etsi cur id Tranquillo novum? Romani ipsi virgines obsides Porsennæ olim dederunt, interque eas Clæliam.

Athenæus id primum inventum Cleonymo Spartano vult, parum vere, l. XIII. c. 28. 'Mihi juxta naturam fecisse Cleonymus Spartanus videtur, qui primus mortalium [magis recte, si *primus Græcorum* dixisset] obsides a Metapontinis fœminas virgines accepit nobilissimas et pulcherrimas ducentas.' Ubi discis Metapontinos, immo credo, ceteros Italiæ populos, habuisse antiquitus hunc morem. *Lipsius.*

Aliorum populorum historias, aut ignorabant fere, aut spernebant Græculi; ideoque cum dicit Athenæus hic, *primus mortalium*, ad Græcos restringendus est, qui suæ tantum gloriæ satagebant. Usque adeo vani, ut sua tantum mirarentur, inquit Tacitus. Sic Dio, qui condit historiam Rom. diserte profitetur, se nihil curare bella Germanica. O vanum Græculum! nihil humani a nobis alienum esse debet.

Quasi vero! Quæ bella gessere præstantissimi duces et imperatores Cæsar, ipse Augustus, Drusus, Tiberius, Germanicus! et Germaniæ, quæ triumphatæ sæpe, nunquam victæ sunt, et quæ bella ipsa scripsere honestissimi et mortalium doctissimi, Plinius, Tacitus, et alii, hæc nihil pertinent ad Græculum, hæc nihil curat Bithynus! quasi vero! Sic autem Tac. Ann. l. II. de Arminio: 'Caniturque adhuc apud barbaras gentes Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur,' &c.

[g] *Inesse quin etiam sanctum aliquid*] Hoc etiam Romanis visum. Nam auctor est Suetonius, 'A. Vitellium Cattæ mulieri, velut oraculo, acquiescere solitum. Proinde cum illa vaticinata fuisset, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti extitisset, creditur Vitellius matri cibum dari prohibuisse.'

Fieri potest, ut *Aurinia* fuerit, quam ille, Romanarum legionum in inferiori Germania præfectum agens, aliquando consuluerit; aut certe jam potitus rerum, postea consulendam curarit: nam *Veleda* Bructera fuit. *Rhenanus.*

Non *Aurinia* consulta Vitellio.

rum[h] aspernantur, aut responsa negligunt.[i] Vidimus, sub

illis *credunt quippiam divinum, et præscium ; nec aut spernunt earum consilia, aut*

NOTÆ

Quippe non id siluisset Suetonius, aut Tacitus, qui infra non silnit, cum fama Virginis innotuisset tempore belli quod Civilis Batavus movit.

Neque certe debuit sileri nomen *Auriniæ* in re tanti momenti, qualis fuit translatio imperii ad Vitellium, quæ et facta in ipsa Germania inferiori; unde prope aberat fœmina, quæcumque illa fuerit.

Adde, quod Aurinia illa simul prædixisset et imperium Vitellii, et opes ac victoriam Germanorum adversus legiones Romanas sub Civili Batavo. Sed prædictio hæc facta Vitellio levis momenti, et forte vana et falsa, quam et ideo neglexit Tacitus.

Et nota verba Taciti: ‘ olim Auriniam .... venerati sunt.’ Ergo non floruit ea tempore Vitellii: nam potius *Veleda* foret, quæ tum late imperitabat fama sanctitatis. Nec refert, *Cattam* ipsam vocari Suetonio, quæ Tacito *Bructera* est: nam sic sæpe dissentiunt auctores in circumstantia loci et personæ.

[h] *Nec aut consilia earum*] Plutar. lib. de Mulierum virtutibus. ‘ Celtæ, antequam Alpes transgressi Italiæ eam obtinerent partem quam nunc incolunt, e gravi et implacabili discordia in bellum inciderant civile. Mulieres autem inter media arma progressæ, cognitis controversiis, tam dextre eas et inculpate dijudicaverunt, ut admirabilis, earum ex arbitrio, amicitia omnium cum omnibus per urbes singulasque familias extiterit. Itaque in posterum a Celtis mos servatus, ut consultationibus de bello et pace mulieres suas adhiberent, et lites cum sociis ortas earum opera disceptarent. Quare in suo etiam fœdere, quod cum Annibale inierunt, scripserunt, si Celtæ haberent, quo nomine Carthaginenses accusarent, judicium fore Carthaginensium ducum ac præfectorum in Hispania; si vero Carthaginenses aliquid objicerent, causæ cognitionem futuram penes Celtarum mulieres.’

*Consilia earum*] Aristoteles Politic. secundo libro sic habet: ‘ Et quid referre putamus, mulieresne magistratus gerant, an magistratus gerentes mulieribus pareant?’ Idem enim utrobique accidit. Ideoque Lacedæmoniorum politiam improbandam esse tradidit, quod magna ex parte muliebri imperio regeretur. Idem etiam multas gentes bellatrices, et militariter vitam traducentes, ultra Celtas, in γυναικοκρατίᾳ vivere tradit. Itaque, inquit, scitum illud fabulamentum videtur ejus, qui Martem cum Venere illaqueasse primus dicitur. Hujusmodi enim viri in venerem maxime proni, muliebri imperio regi fere nati sunt. *Budæus* in Pandect.

[i] *Aut responsa negligunt*] Mela l. III. c. 6. ubi de Insulis septentrionis: ‘ Sena in Britannico mari, Osismicis adversa littoribus, Gallici numinis oraculo insignis est, cujus antistites perpetua virginitate sanctæ, numero novem esse traduntur. Gallicenas vocant, putantque ingeniis singularibus præditas; maria, ac ventos concitare carminibus, seque in quæ velint animalia vertere; sanare quæ apud alios insanabilia sunt, scire ventura, et prædicere, sed non nisi dedita navigantibus, et in id tantum, ut se consulerent, profectis.’

Divo Vespasiano, Veledam,[2 j] diu apud plerosque Numinis loco habitam.[3] Sed et olim Auriniam[4 k] et complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas.[l]

*oracula fastidiunt. Spectavimus, imperante Divo Vespasiano, Veledam, diu apud multos pro Dea æstimatam. Sed olim etiam coluere Auriniam, et plerasque alias, non assentatione, nec tanquam inter Deas ascriberent.*

c. 13. de nobilitate Germanorum agitur. *Brotier.*—2 Ita Mss. Vatic. 1862. et 4498. ac recentes editiones. In veteribus editionibus, *Velledam*, et sic Gronov. Male Ms. Vatic. 2964. *Voledam.* Ms. Vatic. 1518. *Valedam.* Gannam, quæ Veledæ successit, memorat Dio, LXVII. p. 761. Γάννα παρθένος, ἣν δὲ μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν Κελτικῇ θειάτουσα. *Idem.*—3 Verba illa, *habitam. Sed et olim Auriniam, et complures*, desunt in Ms. Vatic. 2964.—4 Ita Ms. Vatic. 1518. et libri editi. In Ms. Vatic. 1862. *Alberniam.* Ms. Vatic. 4498. *Albriniam.* Lipsius ait scriptum fuisse in Ms. Farnes. *Fluriniam:* unde conjiciebat, *Aluriniam.*

## NOTÆ

[j] *Veledam*] De qua multa noster Hist. IV. quam captivam et in triumpho postea ductam colligas ex Statio: 'Non vacat Arctoas acies Rhenumque rebellem, Captivæque preces Veledæ.' Qui nomen tamen id corripit: cujus Germanam scripturam fuisse censeo *Weldam:* huic successit in dignatione *Ganna*, sub Domitiano celebris. Dio in Frag. 49. 'Ganna virgo post Veledam in Germania divina et vates.' Addit, ad Domitianum venisse, et præmiis ab eo affectam. *Lipsius.*

Puto, per *captivam Veledam*, intelligit Statius, ipsam *Germaniam*, quemadmodum et per *Rhenum rebellem.* Cave igitur hinc inferas fuisse ductam Veledam in triumphum. Et triumphata quidem Germania ipsa in speciem tantum et ostentui: at certe nunquam debellata est.

[k] *Auriniam*] Forte *Aluriniam;* quod nomen commune omnium sagarum fuit. Sic Jornandes: 'Reperit in populo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Aliorunas ipse cognominat.' *Lipsius.*

*Auriniam*] Leg. forte, *Alterunas;* quasi dicas, vetulas runas, sive sagas. Sic *Guthruna* bona saga fuerit. *Colerus.*

[l] *Nec tanquam facerent Deas*] Id est, vere, non adulatorie, pro Deabus habebantur virgines: τὸ *facere* enim de iis dictum qui non vere Dii creduntur vel ipsis cultoribus. Sic Tacitus oblique perstringit eos qui se Deos dici voluerunt. Sic vocabantur ab adulatoribus, et simul spernebantur tales Dii.

Suet. 13. Domitianus enim, 'cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: Dominus et Deus noster.'

Perstringit hic Tacitus Romanum ritum, quo Deos facerent, ac cœlo dicarent Cæsares post fata, per adulationem, quos tamen Deos esse nullatenus credebant. At magis sinceri Germani, qui virgines sanctas *loco Numinis habuere*, non quia *facerent Deas* per adulationem, sed quia vere crederent. Romanis tales Deos consecrantibus responderi potuit, quod olim Agesilaus Thasiis, templum et divinitatem ipsi asserentibus: 'Agite,' inquit, 'animus induci potest,

9. Deorum maxime Mercurium colunt,[m] cui certis diebus humanis quoque hostiis[n] litare fas habent.[o] Herculem

*Deorum præcipue Mercurium venerantur, cui statis diebus humanas etiam victimas mactare fas putant. Legitimis hostiis exorant Herculem et Martem: pars*

NOTÆ

rem ita esse, si quod mihi datis, id ipsi vobis præstiteritis.' Sic Plut. Apoph. Et Alexander Mag. cum Deus appellaretur, 'Metuo potius,' inquit, 'ne Diis invisi simus.' Et tales Dii pellendi e templis, et aqua aspergendi, qui exirent.

[m] *Deorum maxime Mercurium colunt*] Sic et Gotefridus Viterbiensis in Chronico: 'Votam quidam Gotam adjecta litera dixerunt. Ipse est, qui apud Romanos dicitur Mercurius, et nunc ab universis Germanis, ut Deus adorabatur. Unde usque hodie *Got* Teutonica lingua dicitur *Deus*.' *Got* ergo a Vandalis et Longobardis vocabatur Mercurius, qui Saxonibus *Irmin*.

Ejus templum cum columna evertit Carolus Magnus, ut in vetustis Annalibus Francicis scriptum. *Irminsaul*, id est, statua Irminis, appellabatur. *Irmin* et *Herman*, idem apud illos fuit. Græcum autem id nomen plane est Mercurii. *Colerus*.

*Mercurium colunt*] Plura igitur ac certiora de religione Germanorum Tacito nota, quam Cæsari, qui contra scribit lib. VI. 'Deorum numero eos solos ducunt, quos vident, et quorum opibus aperte juvantur; Solem, Vulcanum, et Lunam; reliquos ne fama quidem acceperunt.' Falso. Nam noster etiam in Annal. XIII. scriptum reliquit: 'ab Hermunduris diversam aciem Marti ac Mercurio sacratam.'

Paulus Diaconus l. I. notat Longobardis (ii autem Germani) *Wodam* Mercurium appellari. Ego legerim, *Wondam*, vel *Wonstam:* lucro scilicet, cui præest. Majoribus quidem nostris ita dictum, claret, vel ex Mercurii die, qui veteri et gentili appellatione nobis *Wonstdach*. Lipsius.

In ea sententia Cæsaris, coluissent Germani tantum *naturales* Deos, ut et Persæ veteres; id est, naturam, seu partes naturæ; sicque nullos Deos *animales*, id est, animas hominum consecratas novissent; ut v. g. Mercurii et Herculis, qui homines olim, post mortem Dii facti sunt. Sed hæc pugnant aperte cum Tacito. Forte olim ante commercia Græcorum Istri accolarum, et Romanorum ex Galliis imminentium, non nisi *naturales* Deos colebant Germani. Sicque conciliaretur Cæsar cum Tacito nostro.

[n] *Humanis quoque hostiis*] Quod Gallis Germanisque commune; et mansit ea diritas etiam inferiori ævo. Procopius l. II. de bello Goth. ait Francos, etsi Christum jam colerent, humanis tamen ad suum ævum hostiis usos. Ditmarus l. I. Normannos et Danos quotannis mense Januario Diis suis immolasse XCIX. homines, totidem equos, cum canibus et gallis: ab eaque barbarie Henricum Aucupem primum eos abduxisse. *Lipsius*.

[o] *Litare fas habent*] Sic de Judæis Hist. V. 13. 'Evenerant prodigia, quæ neque hostiis neque votis piare fas habet gens.' *Fas* igitur hic, idem est ac concessum, ritu ac legibus religionum licitum et legitimum. Forte sit: Justum sanctumque id reputant.

ac Martem concessis animalibus[p] placant: pars Suevorum et Isidi sacrificat.[q] Unde causa et origo peregrino sacro,

*Suevorum etiam Isidem sacrificiis colit. Non satis mihi constat, unde causa et*

NOTÆ

[p] *Martem concessis animalibus*] Non certe Gothi: de quibus Jornandes: 'Martem semper asperrima placavere cultura; nam victimæ ejus mortes fuere captorum.'

*Concessis animalibus*] Omnibus scilicet victimis, præter humanas. *Pichena.*

*Herculem et Martem*] Quia hi Dii belli: et supra Hist. lib. v. vocavit Martem maximum Deorum Germaniæ; quippe natio illa ad virtutem et bellum genita.

[q] *Pars Suevorum et Isidi sacrificat*] Quod si est, Numen hoc fuerit a Græcis Istri accolis; his vero ab Ægyptiis, qui Isidem in Deas retulere, quia, cum triticum et hordeum sponte antea cresceret inter herbas, nec usus eorum esset cognitus, prima Isis eum monstravit Ægyptiis. Unde apud Apuleium XI. Met. Eleusinia Ceres et Ægyptia Isis, eadem Dea prædicatur. Difficulter possum in animum meum inducere, Germanos vetus Isidis nomen, cujus sera adeo fuit notitia Græcis et Romanis, accepisse ab Ægyptiis. Potius dixero, Germanis fuisse reliquias primævæ traditionis de Adamo et Eva; quorum ille *Mannus* sit, hæc *Isis.* Nam quomodo Adam, qui *hominem* notat, ac per excellentiam *marem*, commodius reddidissent Germani sua lingua, quam *Mannum?* A *Man* autem mulier dici potuit *Manna;* sed id non in usu Germanis. Ac forte ex veteri traditione retinuerunt Hebræum nomen *Ischa*, quod apud Mosem, et veteri lingua Latina, *viram* sonat: unde apud Festum, *viræ Querquetulanæ:* et Romani, cum audirent Germanicæ genti cultos *Man* et *Ischa*, ut ex illo *Mannum*, ita ex hoc *Isidem* forte fecerunt, quia non viderent, quod Numen *Ischa*, quam *Isis* esse posset. *Vossius* l. I. de Idololatria.

Tacitus sive Romani, neque Germani ipsi, potuerunt intelligere tali signo liburnæ seu simulacro, Evam seu primam fœminam. Nam quæ similitudo Evæ cum 'signo in modum liburnæ figurato?' Forte nec nomen ipsum *Isidis* usurpatum a Germanis, sed aliud fuit Numinis hujus vocabulum. At cum viderent Romani effigiem *liburnæ*, interpretati sunt *Isidem;* et id nomen huic numini affinxere ipsi, quod nomen erat in usu et cultu, jam et Romæ, forte et in aliis regionibus imperii, etiam extra Ægyptum. Sic infra de simili Numine Tacitus: 'Deos interpretatione Romani Castorem Pollucemque memorant.' Ubi nota τὸ *interpretatione.* Scil. cum non satis nossent Romani, quodnam esset illud Numen Naharvalorum, et cui ritui suo conveniret, et accepissent, duos juvenes, *ut fratres*, adorari in lucis, statim Numen suo more, rituque Rom. *Castorem Pollucemque* interpretati sunt; quamvis revera Germanis ignoti essent Castor et Pollux, qui neque vel nomine cogniti huic genti. Et certe istud Numen apud ipsos Germanos habuit aliud vocabulum: nam 'ejus Numinis nomen Alcis,' inquit Tac. c. 43. *et nulla simulacra* fuere juvenum seu fratrum in luco illo, quamvis *ut fratres, ut juvenes* colerentur a Germanis: (nam in oris humani similitudinem non expressere Deos Germani:) quare ipsis sua interpreta-

parum comperi, nisi quod signum ipsum, in modum libur-

*initium* fuerit *extraneæ religioni, nisi quod simulacrum ipsum, in speciem liburnæ*

NOTÆ

tione Romani nomen Castorum Numenque affinxere, licet apud Germanos hoc nomen Numenque esset revera incognitum. Nam tantum similitudo aliqua cultus et venerationis fuit, quia fratres colebantur. Ita forte et de Iside dici hoc loco possit, non habuisse eam Deam id nomen apud Germanos, neque revera hic cultam Isidem Deam nomine aut re; sed simile aliquod Numen, quod ex suo more et ingenio Romani interpretabantur Isidem, scil. ex effigie seu navigio illo, non autem ex effigie muliebri. Quippe nulla apud Germanos *in humani oris speciem* assimilata Numina. Neque ipse Tacitus dicit, fuisse cultam *Isidem Pelagiam*, aut *navigium Isidis* celebrari. Sed tantum ex figura liburnæ interpretatur, et conjicit fuisse *advectam* et peregrinam eam *religionem*. Et forte colebatur hoc Numen Germanicum alio vocabulo, alio cultu, et votis in aliud tendentibus, quam Isis ab Ægyptiis aut Romanis. Attamen Tacitus aperte dicit, fuisse *peregrinum sacrum*, et quærit *unde causa et origo illius* apud Germanos. Itaque vel ipsa Isis Dea eo nomine culta apud illos, vel certe simile aliquod Numen, simileque forte aliquatenus Ægyptiis et Græcis ritibus sacrum illud fuit.

*Isidi*] Diodor. Sicul. Hist. lib. I. ‘ Omnis ferme orbis hanc Deam [Isidem, nempe] colit, propter manifestas ejus morborum curas. Etenim in somnis illam dicunt non recte valentium morbis auxilia præbere. Et qui ejus monitis obtemperent, præter opinionem curari, etiam quorum medici salutem desperarint. Visu quoque aut alia quapiam corporis parte debiles, ejus Deæ numen implorantes, in pristinam valetudinem restituuntur.’ Ejus tutelæ etiam commissi erant navigantes, ut scribit Lucianus. Etiam et medicamen dabat ad immortalitatem adipiscendam. Sic vitæ restituit filium Orum mortuum, et immortalitate donavit, Diodoro teste.

Diodor. Sicul. Hist. l. I. ‘ Isidem, alii Cererem, quidam Thesmophoram, alii Lunam, nonnulli Junonem, alii alio nomine appellant.’ Nec mirum de multis Deæ nominibus, cum per Osiridem intelligerent Solem, et per Isidem, terram seu naturam universam, ut videbimus infra.

Plutarch. lib. de Iside: ‘Templum, quod Sai est Minervæ, quam eandem cum Iside arbitramur, hanc habuit inscriptionem: Ego sum omne quod extitit, est, et erit: meumque peplum, seu velum, nemo adhuc mortalium detexit.’ Sais urbs fuit Ægypti.

*Isidi*] Plutarch. eodem lib. ‘ Hanc Deam Ægyptiis celebre Numen fuisse asseverant, cujus simulacrum sinistra scyphum tenet, dextra sistrum, hoc est æneum crepitaculum, quod non spiritu, sed motu concussum personat: ab illisque Isis dicta; Dea, cui pervigilia excubiæque nocturnæ a puellis peraguntur. Cujus sacerdotes linea amicti stola, per urbem lugentes vagabantur. Mox læti sacra perficiunt: in cujus festo, qui ex collegio sunt sacerdotes, diversas facies induunt, ornatu vario: nam alius incinctus balteo, militem agit: alius venabulo venator incedit: alius *longa* stola fœminam mentitur: nonnulli cum fascibus procedunt, velut magistratus. Post quæ mulieres candidis

næ[r] figuratum, docet, advectam[t] religionem. Ceterum, nec cohibere parietibus Deos,[s] neque in ullam[t] humani oris spe-

*efformatum, arguit, adventitiam* esse *superstitionem. Ceterum, nec claudere muris Deos, neque in ullam mortalis vultus imaginem effingere, ex amplitudine Deorum*

1 Perperam veteres Edd. *adjectam.* Emendandum *advectam* optime vide-

NOTÆ

amiculis serta ferentes, cum speculis et pectine, ante simulacrum Deæ famulantur, ipsamque comentes, cum lucernis et lampade sequuntur. Et quia Saturni et Vulcani uxor dicitur, ideo Flamen Vulcanalis Kalendis Maiis illi rem divinam facit.'

Isidi, si ipsa sit eadem cum Minerva, quæ Sai apud Ægyptum colebatur, faces lampadesque accendebantur per certos dies, toto orbe terrarum, non solum in templo, et circa ambitum templi, sed in omni loco, etiam cum in Nilo navigarent. Etiam et intra domos privatas ardebant lychni cerei ac faculæ; testes Herodotus et Themistius.

[r] *In modum liburnæ*] Non absurda conjectura: fuit sane talis forma Isidis, quam *Pelagiam* dixere. Pausanias Corinthiacis: 'Sunt diversa Isidis templa; quorum hæc quidem Pelagiam, ista vero Ægyptiam appellant.' Lactantius l. I. 'Quod certus dies habetur in Fastis, quo Isidis navigium celebratur: quæ res docet, non transasse illam, sed navigasse.'

Non temere suspicere hujus Pelagiæ Isidis sacra suscepisse Suevos ab ipsis Græcis; eos dico Suevos, qui ad Istri ripas habitantes, sæpe cum Sarmatis ad Pontum usque Euxinum excurrere. *Colerus.*

Isidi quotannis mense Martio navigium dicari, onustumque muneribus pelago committi solebat. In Kalendario rustico festum legimus mensis Martii, quod *navigium Isidis* appellatur. *Scioppius.*

[s] *Nec cohibere parietibus Deos*] Id est, neque templis, neque domibus. Cicero de legibus l. II. 'Nec sequor Magos Persarum; quibus auctoribus, Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent Deos; quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset et domus.'

Idem Herodotus, Clio, de Persis: 'statuas, templa, aras statuere non solitos.'

Puto sic egisse Persas, quia scil. adorabant Mitram seu Solem, Deum unicum, et idcirco, neque statuas Dei erigebant. Nam ubique ingens imago Solis: ubique templum magnificum ac splendens in oculis mortalium habet, ostentatque. Remque ideo divinam faciebant excelsis locis, quibus Sol primum affulget, et mundum ceu templum Deo dignum vere latius exhibet.

Ideo adorabant Persæ Parthique in montibus, et ibi sacris operabantur. Ejus sacrificii ritum exhibui in notis ad Annales Taciti, ubi de Bardane rege, quia hæc loca prius radiis suis Sol perlustrat: tamen quandoque mons erat simul et templum ac symbolum Dei et Deus ipse in Oriente, ut Carmelus Tacito et Suetonio descriptus.

*Nec cohibere...neque in ullam*] Sic et egisse veteres Romanos, ex Varrone probat Augustinus l. IV. de Civitate

ciem assimulare,[2] ex magnitudine cœlestium arbitrantur:

rat Muretus. *Brotier.*—2 Omnes libri habent *assimilare.* Ego *assimulare* rescripsi: cum hodie certum sit, *assimilare* esse verbum nihili, quod inscitiæ librariorum imperitorum debeatur. Et illa vera scriptura jam est in vulgatis Annal. xv. 39. xvi. 17. et ex h. l. quoque proditur in Indice Bern. Adde dicta ad Agric. 10. *Ernest.* Index Bernegg. habet *assimilare.* Oberlin.

## NOTÆ

Dei. 'Dicit etiam [Varro nempe] antiquos Romanos plusquam annos centum et septuaginta Deos sine simulacro coluisse: quod si adhuc, inquit, mansisset, castius Dii observarentur. Cujus sententiæ suæ testem adhibet, inter cetera, etiam gentem Judæam: nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat: qui primi simulacra Deorum populis posuerunt, eos civitatibus et metum demsisse, et errorem addidisse: prudenter existimans, Deos facile posse in simulacrorum soliditate contemni.'

[1] *Neque in ullam*] Sic supra de Judæis: 'Judæi mente sola unum Numen intelligunt, &c. Igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sunt.'

*Neque in ullam humani oris speciem*] Sic etiam supra: 'Profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant.' Sed tamen alia simulacra dare Diis videbantur Germani, licet in hominis speciem non assimilarent. Sic et Lycurgo seu Lacedæmoniis usurpatum olim, nullaque ficta apud eos vel picta imago fuit: quippe hominum aut animalium species Diis tribui vetuit. Templum vero, in quo colebatur, desuper patens foramen habuit, quia nefas duxerunt, Terminum Deum pacis et justitiæ custodem sub tecto conspici. Sic Jovi, Soli, Lunæ et Deo Fidio, in aperto mundo templa hypæthra et sub dio veteres exstruxere, &c. Apud Persas nulla dicabantur templa Diis: quia cum Solem præcipuum Numen et Deorum maximum colant, mundum universum illi templum esse dixerunt.

*Neque in ullam ... speciem*] Sic et Plutar. de veteribus Romanis in Numa: 'Quæ de simulacris sunt præscripta, ea prorsus cognata et similia præceptis Pythagoræ; neque enim ille quod primum et summum est, sensibile, aut passibile censebat, immo id invisibile et intellectuale prorsus, ac nullis templis includi posse existimavit. Et vero Numa vetuit Dei imaginem putari a Romanis similem esse hominis, aut cujuspiam animalium. Neque certe fuit olim apud illos ulla numinis effigies picta, aut sculpta, vel ficta quocumque modo, sed per primos centum et septuaginta annos, qui ædificabant templa, aut sacraria struebant, in his nullum simulacrum in formam quamcumque adumbrabant: tanquam, scil. nefas et impium esset assimilare meliora ac potentiora pejoribus infirmioribusque: tanquam impossibile foret concipere, exprimere, aut comprehendere Numen aliter, quam sola mente, soloque intellectu.'

*In ullam ... speciem*] Lactant. l. ii. 'Dei, cujus spiritus ac Numen ubique diffusum, abesse nunquam potest, semper ubique imago supervacua est.'

lucos ac nemora consecrant,[u] Deorumque nominibus appellant secretum illud,[v] quod sola reverentia vident.

*existimant: saltus ac sylvas* ipsis *dicant, Deorumque vocabulis insigniunt arcanum illud, quod sola reverentia intuentur.*

## NOTÆ

[u] *Lucos ac nemora consecrant*] Quod Claudianus iis exprobrat, de laudibus Stilic. l. 1. 'Ut procul Hercyniæ per vasta silentia sylvæ Venari tuto liceat, lucosque vetusta Religione truces, et robora Numinis instar Barbarici, nostræ feriant impune secures.' Sed et Lucanus in obsid. Massiliæ. 'Lucus erat, longo nunquam violatus ab ævo. ... Hic barbara ritu Sacra Deum, structæ diris altaribus aræ, Omnisque humanis lustrata cruoribus arbos.'

Bene ergo et merito *religione truces* eos fecit Claudianus: quoniam victimæ, immo et homines, ad arbores has (e Lucano hauries) immolatæ. Ait etiam, 'robora Numinis instar.' Illustrabit Tyrius Maximus, qui 'Celtas excelsam quercum coluisse' ait, 'et Jovis nomine solenniter appellasse.'

Atque adeo posteriori etiam ævo mansit hic cultus. Luitprandi regis Longobardorum lex est: 'Qui ad arborem, quam rustici Sanctivum vocant, adoraverit, vel incantationes fecerit, componat medietatem pretii sui in sacro palatio.' Hæc in Germanis merito nos ridemus. Sed cur Romani? Illi in eadem navi.

Plinius de arboribus: 'Hæc fuere Numinum templa; priscoque ritu etiam nunc simplicia rura Deo præcellentem arborem dicant.' *Lipsius.*

*Lucos ac nemora*] Helmoldus etiam scribit Sclavos quercus coluisse, quas ambiverit atrium et sepes accuratior lignis constructa. *Colerus.*

*Lucos ac nemora*] Rationem affert Tacitus, scil. quia primis temporibus invaluerat opinio, Deos non debere includi parietibus, sed sub dio adorandos esse. Quare, ut ait Olaus Wormius lib. 1. Monum. Danic. 3. 'Idola sua, *Sturgudur* dicta, primitus mapaliis et tuguriolis tegebant veteres; præter decorem esse existimantes, Deos tectis claudi; inprimis ubi cultibus debitis placari, et majestatem suam exerere debebant.' Ubi per *tuguriola*, non intelligit clausas ædiculas, sed qualiacumque operimenta statuarum, ne in eas sordes mitterent volucres, aut pluviæ arcendæ causa. Nec solum lucos aut sylvas, sed in iis arbores quasdam eximias Diis dicabant, et in iis arboribus statuas eorum locabant. De Prussis Erasmus Stella: 'Præcellentes arbores, ut robora et quercus, Deos inhabitare dixerunt; ex quibus sciscitantibus responsa reddi audiebantur; ob id, nec hujuscemodi arbores cædebant, sed religiose, ut numinum Deos, colebant.' Sic extitere celeberrimæ quædam quercus apud veteres Prussos, sed inprimis conspicua fuit, et inauditæ magnitudinis, quercus ad oppidum *Wolau* et pagum *Oppen*. Hæc tanta fuit, ut cum excavata esset, eam eques ingredi, ibique equum suum in gyrum potuerit circumagere. Habuit truncus in circumferentia 27. ulnas. Nec solum quercus, sed etiam *Tilia* Diis sacrata. Sub *Sambuco* etiam Deos habitare credidit cœca illa gens. Etiam totæ sylvæ Diis sacræ, et arborem in illis exscindere piaculum fuit. Forte mactatis hominibus dicabantur hæ sylvæ. Nam sic de Gothis tradit

10. Auspicia sortesque, ut qui maxime, observant.

*Auguria et sortes quam religiosissime explorant. Sortium ritus facilis: virgam,*

NOTÆ

Adam. Bremensis sec. XI. scriptor. ‘ Corpora immolatorum suspenduntur in lucum, qui proximus est templo. Is enim lucus tam sacer est gentibus, ut singulæ arbores ejus ex morte et tabo immolatorum divinæ credantur.’ Nec solum arbores ipsæ, sed et singuli *rami* sacri. Etiam *lacus* et *fontes* quibusdam Diis sacri. Sic Helmoldus de Prussis vett. ‘ Usque hodie profecto inter illos, cum cetera omnia communia sint cum nostris, solus prohibetur accessus lucorum et fontium; quos autumant pollui Christianorum accessu.’ Sacrificia etiam ad fontes celebrata. Sic Cranzius præfat. ad hist. Suedicam de Gothis: ‘ Fons scaturivit ad locum sacrificiorum. Sacrificaturi, hominem hic immersere vivum, qui si facile mergeretur, faustum renuntiavere votum.’ Et notant hosce fontes fuisse profundissimos. Erant et Dii in ædibus privatis, quasi Lares et Penates, sub *fornace* vel in *angulo vaporarii* dicti; et alii in occultis ædium locis, et in *congerie lignorum:* sic Joan. Meletius. Prussi colebant Deos *Solem*, *Lunam*, *Stellas* (alii *Tonitrua*, *Fulgetrasque* addunt): hos tres Deos appellarunt *Percunnum*, *Picollum*, *Potrimpum*. Sicque coluerunt naturam et partes ejus, seu affectus, non Deos animales. Ita ut *Percunnus* et alii Dii, licet hominum facie picti seu sculpti, essent symbolum solis, lunæ, et planetarum. In hoc tamen degeneres Prussi a veteribus Germanis nostris, quod Deos suos in similitudinem oris humani exprimerent. Quem tamen morem, aut fictum a scriptoribus nuperis, aut certe novum fuisse verisimile est. Nam antiquitus adorarunt Deos, seu naturam ipsam in lucis, sed sine effigie, ut nostri Germani. Itaque trium Deorum istorum (ut scribunt) tres erant statuæ in querca illa immensa dicta Romoveana collocatæ. Ita ut imago Percunni, seu solis, ut majoris, in medio aliarum sedem haberet. Quercus autem illa tripartita habuit tres majores ramos, ex uno caudice excrescentes, qui in suprema parte arboris coalescebant: quare et dicta quercus illa *Romove*, seu *coalita*, a voce Prussica, *Ruomot*, id est, coalescere. Et ita fuerant collocati hi Dii in querca, et inter istos tres ramos, scil. ne a variis cœli tempestatibus corrumperentur. Excrescebant enim ex tribus illis majoribus ramis alii ramuli quamplurimi, qui idola hæc ab externis cœli injuriis defendebant. Apud Gothos colebantur pariter tres Dii, non in arbore tamen; sed in templo magnifice exstructo. At neque templum neque statuas in lucis aut arboribus observamus hic apud Germanos veteres, quamvis alioqui vicinis gentibus in multis similes videantur.

*Lucos*] Plut. in Mario: ‘ Nam dictæ Maricæ nemus est, quod colunt et observant; ita ut nihil inde asportari liceat eorum, quæ illata huc et dicata sunt.’

*Lucos*] Senec. epist. 41. (‘ *Quis Deus, incertum est;*) *habitat Deus.* Si tibi occurrit vetustis arboribus, et solitam altitudinem egressis frequens lucus, et conspectum cœli densitate ramorum, aliorum alios protegentium, submovens; illa proceritas sylvæ, et secretum loci, et admiratio umbræ, in aperto tam densæ atque continuæ, fidem tibi Numinis facit. Et, si quis

Sortium consuetudo simplex: virgam, frugiferæ[w] arbori decisam, in surculos amputant,[x] eosque, notis quibusdam[y] discretos, super candidam vestem[z] temere ac fortuito[1] spargunt:[a] mox, si publice consuletur,[2] Sacerdos civitatis, sin

*pomiferæ arbori detractam, in surculos abscindunt, eosque, signis nonnullis distinctos, effundunt promiscue, et ut fors obtulit, super vestem albam: dein, si publice fiat interrogatio, sacerdos nationis, si vero privato nomine* consulantur sortes,

1 In Cod. Kapp. *fortuitu:* sic sæpe Cicero, ac maxime in libro de Officiis, 1. 29. 'Ne quid temere ac fortuitu, inconsiderate negligenterque agamus.' *Brotier.*—2 Ita veteres editiones et recentiores. Rhenanus emendaverat, *consulatur;* et sic edidere Ryckius et Gronov. Ed. Rom. *consoletur.* Muretus, probante Brotiero, conjiciebat *consultatur.*

NOTÆ

specus saxis penitus exesis montem suspenderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus; animum tuum quadam religionis suspicione percutiet.'

[v] *Secretum illud*] Erat igitur in illis lucis locus aliquis arcanus et eximia sanctitate augustus et sacer, velut adytum quoddam aut penetrale templi, quod solus sacerdos intrabat, et alii sola reverentia cernebant. Et id etiam innuere videtur infra 40. 'Est in insula Oceani castum nemus, dicatumque in eo vehiculum veste contectum, attingere uni sacerdoti concessum: is adesse penetrali Deam intelligit.' Attamen, puto, hic per *penetrale* intelligit vehiculum, quod scil. huic Deæ dicatum erat. Haud dubie erat locus aliquis sanctior; ex quo, vel saltem e proximo, detraherent illas effigies ferarum, et signa, quæ in bello ferebant. Intellige hic intimum penetrale horum lucorum, seu arcanum Numinis, quod adire non licuit, nisi mente et reverentia. Ideo supra Annal. invocat Arminius 'penetrales Germaniæ Deos.'

[w] *Virgam, frugiferæ*] Sic de Medis Dio et Nicander in Theriacis; de Scythis Herodotus libro IV. Convenit et quod de Alanis Ammianus libro XXXI. 'Futura miro præsagiunt modo: nam rectiores virgas fœminæ colligentes, easque cum incantamentis quibusdam secretis, præstituto tempore, discernentes, aperte, quid portendatur, norunt.' De Rugianis Saxo Grammaticus libro XIV. in legibus Frisiæ titulo XIV. *Kirchm.*

[x] *In surculos amputant*] Idem est, ac in frustra scindens, sed longiuscula.

[y] *Notis quibusdam*] Quarum scil. nonnullæ felices sint, aliæ sinistræ, seu mali ominis.

[z] *Super candidam vestem*] Quare candidam? An quia felicioris auspicii color is? an quia Diis gratior et lætitiæ proximus? Certe color albus est Deo carus et decorus, et fertilitatis ac felicitatis index, simul et fidei. Theseo ad Minotaurum eunti pater prædixit, apud Catull. in Argon. ut rediens victor: 'Funestam antennæ deponant undique vestem, Candidaque intorti sustollant vela rudentes.' Et cum M. Crasso, 'ducturo a Carris adversus Parthos exercitum, pullum traditum esset paludamentum, cum in prælium exeuntibus album, aut purpureum dari soleret, infeliciter rem gessit.' Dialis solus habuit galerum album, vel quia maximus erat, vel quia Jovi opt. max. immolare hostiam albatum decuit.

privatim, ipse paterfamiliæ, precatus Deos, cœlumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos, secundum impressam ante notam, interpretatur. Si prohibuerunt,[b] nulla de eadem re in eundem diem consultatio; sin permissum,[c] auspiciorum adhuc fides exigitur. Et illud quidem etiam hic notum,[d] avium voces volatusque[e] interrogare: proprium

*ipse pater familiæ, rogans Deos, et sidera intuens, ter quemque* surculum *assumit,* et *assumtos explicat, juxta incisam prius notam. Si vetuerunt* sortes, *nulla* fit *interrogatio de ipsa re in eam diem; quod si addicunt auspicia, adhuc augurii certitudo exploratur. Et illud etiam* genus auspicii *hic invaluit, ut volucrum gar-*

NOTÆ

[a] *Temere ac fortuito spargunt*] Ut etiam temere ac fortuito mox colligant, et eos sic fortuito collectos secundum impressam ipsis notam interpretentur; et eventum hinc, prout fortuna monstraverit, conjiciant.

[b] *Si prohibuerunt*] Nempe rem aggredi quam animo agitant; tunc non ultra consulitur de illa eadem re, quamvis forte in aliud tempus differant, et de eadem re iterum consulant.

[c] *Sin permissum*] Id est, Si sortes permiserint rem aggredi, tamen adhuc iterumque consulunt eadem auspicia, ut certior fides sit, eadem die, ac forte eodem tempore; ut melius explorent sortem, an certo bonum faustumque rei exitum demonstret.

[d] *Etiam hic notum*] Etiam nota esse Germanis auspicia, nil mirum; cum Cicero libro II. de Divinatione diserte scribat: 'Omnes reges, populi, nationes utuntur auspiciis.' Excelluisse tamen hac divinandi arte Pisadas, Cilices, Phrygas, idem scribit: et de postremis etiam Clemens Alexandrinus testatum facit.

Justinus libro XXIV. de exercitu Brenni, quem e Gallis et Germanis constitisse constat: 'Ex his portio in Italia consedit, quæ et urbem Romam captam incendit; et portio Illyricos sinus, ducibus avibus, (nam augurandi studio Galli præter ceteros valent,) per strages barbarorum penetravit.' Diodorum adde v. 9. *Colerus.*

Frustra reponit Interpres, *hic natum*, pro *notum:* nam quasi miratur Tacitus, quod ibi etiam *nota* sit ejusmodi divinatio.

*Notum*] Scil. miratur, quod etiam apud Germanos id genus auspiciorum notum sit: et quamvis Brennus, seu Bellovesus, habuerit aves suæ expeditionis duces, non hinc sequitur, *nata* esse apud Gallos aut Germanos ejusmodi auspicia: et distingue ibi inter τὸ *notum* de avibus, et *proprium* de equis: quod *proprium* gentis fuit, ibi nasci potuit; at non item quod *notum.*

[e] *Avium voces volatusque*] Longius derivant hunc ritum a corvo et columbis Noëmi, quas emiserat arca, ut de aquis certior fieret. Potius id sumserant Germani ab Italis vicinis et Etruscis, si tamen ab aliis talia mutuavere. Nam certe tales superstitiones divinationesque potius ex ingenio hominis nascuntur ultro, quam aliunde invehuntur. Sua cuique genti indoles, pravitas, et superstitio velut innata: atque hominibus insita est a natura, obscura sciendi maligna cupiditas, et credendi.

*Avium voces*] Plut. de Indust. animalium: 'Neque parva aut ignobilis,

gentis,[f] equorum quoque præsagia[g] ac monitus experiri: publice aluntur[h] iisdem nemoribus ac lucis candidi,[i] et nullo

*ritum, volatumque observent: proprium gentis* est, *explorare equorum etiam auspicia, atque omina: publice nutriuntur iisdem sylvis ac saltibus, albentes, et nullo*

NOTÆ

sed ingens ac pervetusta divinandi pars augurium est. Illa quippe naturæ volucrum celeritas et ingenii promtitudo, tum repentina conversio ad incidentem quamlibet phantasiam expedita, utendam se Diis, velut organum, et in motus, voces, sonosque et habitus quoscumque se flectendam præbens, seu remorari, seu promovere quicquam opus est, negotia et conatus hominum, sic ut ventus navigia, nunc quidem interpellat, nunc accelerat, et ad finem perducit. Itaque in universum omnes quidem aves Deorum caduceatores, ait Euripides. Cygnorum vero privatum conservum se Socrates vocabat, ut et ipsi reges; Pyrrhus quidem aquila, Antiochus autem accipiter appellari gaudebat.'

*Avium voces*] Cic. lib. I. de Divin. 'Jovis altisoni pennata satelles.' Callimach. hymn. III. 'Posuisti vero avem, præstantissimam tuorum prodigiorum.' Sic et aliæ alites et oscines, ut passeres Homerici, pulli, corvi Apollinis, columbæ Ægyptiæ et Acarnanum; illa apud Matienam vaticinari solita, priscorum Aboriginum avis illa θεόπεμπτος, lævus picus, 'vaga raucaque cornix.'

[f] *Proprium gentis*] Illud genus auspicii ita *proprium* Germanicæ gentis, ut nulli alii populi tale genus augurii observent aut usurpent.

[g] *Equorum quoque præsagia*] Ditmarus Luizicis hoc idem præsagium equinum attribuit: sed diversa paulum forma.

'Equum,' inquit, 'qui maximus inter alios habetur, et ut sacer ab his veneratur, super fixas in terram duorum cuspides hastilium inter se transmissorum, supplici obsequio, ducunt; et præmissis sortibus, quibus id exploravere prius, per hunc quasi divinum denuo augurantur.' *Lipsius.*

*Præsagia*] Solinus 35. 'Ægyptium limitem, qua ad Deltæ cacumen tendit, incolunt populi, qui momentum, quo reparari mundum ad motus ferunt annuos, hoc studio deprehendunt. Eligitur sacer lucus, in quem compellunt animalia diversissimi generis. Ea, ubi ad statum modum cœlestis vertigo provecta est, sensus suos significationis produnt, quibus possunt. Alia ululant, alia mugiunt, quædam strident, quædam rugiunt, nonnulla simul confugiunt ad volutabra. Hoc argumentum illis est magisterium, ad indicium temporis deprehendendi.'

*Equorum*] Plut. lib. Cur nunc *Pythia* non reddat oracula carmine: 'Sed nos Deum credimus erodiis, trochilis, et corvis uti, ut earum avium voce aliquid significet; hoc postulamus, ut quia Deorum nuntii et præcones sunt, diserto omnia sermone enarrent: Pythiæ vocem et loquelam, tanquam e scena volumus, non inconditam, non simplicem, sed cum numero, fastu, figmentis, nominum translationibus, et tibiæ cantu, nobis offerri.'

[h] *Publice aluntur*] Id est, nomine et sumtu reipublicæ. Nec consuluntur privatim; sed sacerdos ac rex, vel princeps civitatis, hinnitus observant, eosque interpretantur. Erant etiam albi equi sacri apud Persas, qui et haud dubie publice alebantur,

mortali opere contacti: quos pressos[3] sacro curru[j] Sacerdos, ac Rex, vel Princeps civitatis, comitantur, hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspicio major fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud Sacerdotes. Se enim ministros Deorum, illos conscios putant.[k] Est et

*humano labore violati* equi; *quos domitos subactosque sacro jugo sacerdos, ac rex, vel princeps nationis, prosequuntur, et ex hinnitu ac fremitu* illorum *augurantur. Nec ulli augurio certius credunt, non modo vulgus, sed etiam principes, et sacerdotes. Se quippe famulos Numinum, illos* cœlestium arcanorum *gnaros putant.*

3 Male tentat Gronovius, et Markland. ad Stat. 18. *prensos.* Bene Ernestus laudat Ovidium, Metam. I. 124. 'Pressique jugo gemuere juvenci.' *Brotier.*

NOTÆ

licet in alium usum, teste Xenoph. 'Quando rex aggrediebatur ad rem divinam faciendam, primum ducebantur tauri eximii quaterni, Jovi et aliis Diis mactandi. Dein ducebantur equi, Soli grata hostia. Postea veniebat currus albis equis junctus, aureum habens jugum, coronis redimitus, Jovi sacer. Postea Solis currus, albis etiam equis vectus, pariter coronatus.'

[i] *Candidi*] Opinor eam circa equos etiam Persarum religionem fuisse. Pervulgatum est de equo Darii regnum auspicantis.

In expeditione Cyri scimus equos fuisse candidos, summæ apud eum regem æstimationis, et sacros appellatos.

Eorum meminit Herodotus libro I. et VII. hoc modo: 'Postea vero equi sacri et currus sacer.' Et ita Tacitus: 'pressos sacro curru.'

Ejusmodi equos Persæ a Cilicibus quotannis tributi nomine exigebant trecentos sexaginta. Eo fere pacto, centum equos niveos Saxones, Danorum regum initio, dedicasse, refert Saxo l. VIII. *Colerus.*

*Candidi*] Forte eadem ratione ad divinationem adhibiti equi albi, qua candida illa vestis, super quam surculos spargunt supra: quia sic Deo cariores ac jucundiores illi equi.

[j] *Quos pressos sacro curru*] Quisnam ille currus sacer? De illo enim altius insinuare debuit. Sic infra cap. 40. ubi de vehiculo agit, sed quod bobus, non equis trahitur. Sacerdos nempe, 'adesse penetrali Deam intelligit, vectamque bobus fœminis, multa cum veneratione, prosequitur.' Possit hinc colligi forte, hunc sacrum currum fuisse etiam adytum aut penetrale Numinis alicujus, quod inter talia auspicia venerarentur.

[k] *Illos conscios putant*] Equis sacris putant propius communicare Deos sua consilia; non quod crederent ipsis inesse numen aut divinitatem aliquam, sed quia illos quasi divinitus instinctos, aut potius vi naturali aliqua insigni afflatos, putabant, ut sic hinnirent aut infremerent. Hoc sensu illos *conscios* Deorum, futuri præscios, atque Numinis internuntios æstimabant. Male vertunt, *comites aut socios Deorum.*

*Illos conscios putant*] Sic quia naturam, seu naturæ vim et instinctum acriorem habent ipsæ animantes in quibusdam rebus, quam ipse rex et

alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum est, captivum, quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt: victoria hujus vel illius pro præjudicio[4] accipitur.

11. De minoribus rebus Principes consultant; de majoribus omnes: ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est,[l] apud Principes pertractentur.[1 m] Coëunt,

*Est etiam aliud genus auguriorum, quo difficilium bellorum casus experiuntur. Ejus nationis, cum qua bellum habent, captivum, quacumque arte circumventus in manus venerit, componunt cum uno, quem ex suis delegere, et propriis quemque telis invicem decertare cogunt: victoriam alterutrius, ut* signum ac *præjudicium* futuri eventus *interpretantur.*

*Proceres de modicis rebus deliberant; de gravioribus universi: ita tamen, ut ea etiam* negotia, *quorum penes vulgus potestas est, apud proceres consultentur. Con-*

4 In Ms. Vatic. 4498. *pro judicio.*

1 Grotius, Acidalius, et Boxhornius mallent, *prætractentur;* atque ita edendum censet Cl. de la Bleterie. At *prætractare* Latinum non est. Veteres scriptores dixere, *ante tractare.* Sic Suetonius in August. xxxv. 'Sibique instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret.' Præterea *prætractentur* frigidum foret, et a Taciti mente alienum. Paulo melius Illustr. Huetius, *pertractentur,* ex-

NOTÆ

dominator animantium homo, qui sæpe vanitate sua deluditur. Sic apud Plut. de Indust. animal. 'Sacerdotes Ægyptii nulla aqua lustrantur, quam unde hauserit Ibis; quia medicatam aut alioqui insalubrem hæc avis non attingat:' et alia similia multa.

l *Quorum penes plebem arbitrium est*] *Plebs* et *populus,* quomodo differant, notum est. Ex præsente loco colligo, quid per τὸ *omnes* significarit ante Tacitus, scil. non modo principum, ducum, comitumque ac similium, sed plebis etiam conventum; certe etiam consensum: quod est contra Grotium pariter atque Pontanum. *Kirchm.*

m *Ea quoque, quorum penes plebem, &c. apud Principes pertractentur*] Forte, *prætractentur,* ut fiebat Athenis; nisi forte sic distinguere voluit: De minoribus rebus principes consultant, de majoribus omnes, nempe plebs, ita tamen ut simul cum plebe etiam principes ea majora negotia pertractent. Nam quæ sunt illa, quorum penes plebem arbitrium est, nisi res majores? At res illas majores omnes simul pertractant, nempe principes plebesque. Possit tamen ita intelligi: Plebs ita res majores regit ac disceptat, ut etiam a principibus pertractentur, priusquam plebi proponantur. Facilius enim coëunt principes pauci et otio abundantes, quam tota multitudo variis locis dispersa, et de quotidiano victu solicita. Et reipublicæ interest, res examinari, priusquam ad plebeculam referantur: scil. examinandum, an referenda sint

nisi quid fortuitum et subitum inciderit,[1] certis diebus, cum aut inchoatur luna,[n] aut impletur: nam agendis rebus hoc

*veniunt, nisi quid fortuitum et repentinum occurrerit, stato tempore, vel cum nova est luna, vel cum plena est: quippe rebus gerendis id felicissimum principium putant.*

plicat, *quasi populi decretis principes intercedere possint.* Brotier.—2 In Mss.

NOTÆ

ea negotia, an tanti momenti sint, ut multitudo convocari debeat, et an id sit e Repub. et prius consultari et agitari res difficiles debent, quam ad populum referantur, ne diutius plebs detineatur.

*Apud Principes pertractentur*] Contradicit sibi Tacitus. Quomodo enim, si apud principes pertractantur negotia, eorum arbitrium penes plebem dici potest? aut si arbitrium plebis est, quomodo apud principes demum pertractantur?

Emendo, *prætractentur*. Nam hoc saltem dicit; minora negotia principes, majora populus pertractant: sed quæ populis, eadem tamen ante et principes tractant. *Acidal.* Scribendum, *prætractentur*. Hoc est, quod apud Athenienses dicebatur, προβουλεύεσθαι.

Nam et ibi, ut Romæ, in senatu prius consultabatur, quam res ferretur ad populum. *Grotius.*

*Pertractentur*] Livius: 'Controversia cum esset, utrum populi jussu indiceretur bellum, an satis esset senatusconsultum, pervicere tribuni, denuntiando, impedituros se delectum, ut Quintius consul de bello ad populum ferret.' Sicque de bello inferendo prius consultabat senatus, dein et ad populum ferebat, vellet juberetne bellum.

*Pertractentur*] Sic et Romanis actum sæpe. Livius l. XXXVI. 'Patres rogationem ad populum ferri jusserunt, vellent juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus secuti essent, bellum iniri: si ea rogatio perlata esset, tum, si ita videretur consulibus, rem integram ad senatum referrent. P. Cornelius eam rogationem pertulit; tum senatus decrevit, ut consules Italiam et Græciam provincias sortirentur,' &c. Sic de bello ad populum ferebatur, antequam ad senatum, aut vice versa; belli autem expediendi ratio a senatu præscribebatur. Sic quæ populus voluerat et jusserat, quoad rei substantiam, adhuc a senatu pertractabantur, quoad circumstantias. Idem Livius l. XLV. 'Prætor novo maloque exemplo rem ingressus erat, quod ante non consulto senatu, non consulibus certioribus factis, de sua unius sententia rogationem ferret, vellent juberentne Rhodiis bellum indici; cum antea semper prius senatus de bello consultus esset, deinde ad populum latum; et tribuni plebis, cum ita traditum esset, ne quis prius intercederet legi, quam privatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset, eoque persæpe evenisset, ut qui non professi essent se intercessuros, animadversis vitiis legis ex ratione dissuadentium, intercederent.'

[n] *Inchoatur luna*] Ideoque fœminæ Germanorum vetant Ariovistum ne pugnam conferat ante lunam novam. Cæsar lib. I. 'Non esse fas Germanos superare, si ante lunam novam prælio contendissent.' Idem moris apud Lacedæmonios, teste Pausania,

auspicatissimum[3] initium credunt. Nec dierum[o] numerum, ut nos, sed noctium[p] computant. Sic constituunt, sic con-

*Nec ineunt numerum dierum, ut Romani, sed noctium. Sic condicunt, sic* tempus

Vatic. et editionibus veteribus, *incidit*.—3 Sic bene Beroaldus. In veteribus

NOTÆ

*Cum aut inchoatur luna*] Sic et olim Spartani: sic et omnes populi suas quisque observationes habent, aut superstitiones opinionesque dierum felicium aut infelicium. Frontin. II. 1. 'C. Cæsar in Gallia, quia compererat Ariovisto Germanorum Regi institutum, et quasi legem militibus, non pugnandi decrescente luna, tum potissimum acie commissa, impeditos religione hostes vicit.'

[o] *Nec dierum*] More Hebræorum; qui inde dies etiam *lunas* appellabant: ut in Esdra, 'Josias immolavit Phase quartadecima luna primi mensis.' Nicolaus Damascenus de Numidis: 'Non diebus sed noctibus ipsi tempora computant.' Ea causa festa quoque noctibus celebrabant. Tacitus Annal. l. 1.

[p] *Sed noctium*] Prior et antiquior nox visa est priscis mortalibus. Ovid. 1. Metamorph. 1. 'Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan, Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe.' Hesiod. in Theogonia: 'Ex Chao Erebusque et nigra nox geniti sunt: Ex nocte porro ætherque et dies procreati sunt.' A nocte igitur, ut quæ tempore, tanquam habitu privato, prior sit, numerandi temporis initium sumere Germani voluerunt. Aliam causam affert Cæsar l. VI. de bello Gall. c. 18. quod scil. a Dite oriundos Germanos simul atque Gallos, a Druidibus memoriæ proditum sit: quanquam id vitii inest in hac asseveratione, quod Germani non, ut Cæsar existimat, ab illo Dite, qui Pluto est, Erebi noctisque Deus, sed a Tuiscone, sive Teutone, qui mortalium antiquissimus appellatur *Theut*, *Tit*, vel *Tuit*, originem traxerunt. Sed nec Germanis modo, sed etiam Gallis hæc ratio computandi in usu fuit. Idemque affirmant auctores de Atheniensibus, et de Numidis. Isque mos adhuc durat apud Anglos, teste Cambdeno in Britan. pag. 12. *Berneggerus.*

*Sed noctium*] Forte is mos ortus ex festis ac celebritatibus et epulis, quas noctu sæpe celebravere in sylvis antiqui Germani: vel id ortum ex ipsa natura rerum, et ex modo cogitandi. Nam certe si quis attentius id consideret, et modum quo res concipimus, orta lux, nata dies videtur ex Chao et tenebris, et velut ex nocte. Sic reputamus initium rerum, sic cogitamus, sic se res objicit captui et animis nostris, quamvis non possit dici vera nox, nisi cum præcessit lux aut dies: quippe neque potest cogitari, aut proprie appellari nox, nisi ante cognita lux sit. Nam quis concipiat veram noctem, nisi conceperit ante, et jam cognoverit lucem? Ideoque sacra scriptura expressit humanum cogitandi et concipiendi modum his verbis: 'Factumque est vespere et mane, dies unus.' Nam quis proprie concipiat *mane*, nisi præcesserit nox seu vespera?

Sed certe ea nox, quæ præcessit primum *mane*, non fuit vera nox, ut concipimus noctem, sed merum Chaos, confusio, nihil: ex quo nihilo tamen educta lux concipitur, et cetera na-

NOTÆ

turæ nata intelliguntur. Nec tam vana aut insulsa, ut putant, responsio, quam unus ex Gymnosophistis dedit Alex. Magno, cum, teste Plut. interroganti, an *dies* an *nox* prior exititisset, *dies*, inquit, *uno die prior fuit*. Quippe certe diem præcesserat *nox* æterna illa ingensque et immensa, quam lux nova et recens creata discussit. Et dies proprie certe, seu lux, prior fuit uno die, quam vera nox, ut concipimus noctem, et ut revera in se est. Nam ea vera nox, quæ privatio diei et lucis est, vera nox, quæ concipitur comparate cum luce, quæ habet suum luminare minus, et quæ absentem solem supponit; quod non reperias in illa nocte immensa, quæ lucem et creationem orbis naturamque rerum præcessit. Quæ nox fuit tantum pura negatio lucis; non privatio, quæ proprie opposita luci dici aut cogitari potuit, et quæ non nox, nostro modo concipiendi, sed nihil fuit. Jam post creatas res, aut etiam indefinite, cum non concipiamus diem aut lucem, nisi quia præcesserit nox, nisi quia orta lux aut sol, quasi ex tenebris et e profundo noctis, velut ex utero, ex quo effunderetur, hinc est, quod supputando tempora, concipimus noctem præcessisse; ideoque hinc tempora veteribus Gallis, Germanis, et aliis gentibus sic constituta, indicta, et designata per *noctes* videntur: quod confirmavere mores ritusque, forte et religio patrum. Quintil. decl. 4. 'Deus hæc, Deus fabricator operis universi, ex illa rudi primaque caligine protractum, posuit in vultum, digessit in partes,' &c.

*Sed noctium*] Id a Francis nostris et aliis populis Septentrionalibus observatum testatur lex Salica tit. 37. Charta Caroli Magni pro Monasterio S. Dionysii apud Doubletum pag. 709. 'Si quis vero contra præcepta anteriorum regum, vel nostra, aliquid facere vel contraire voluerit, tunc Missus noster, vel Comitis, super noctes viginti una ante nos per bannum nostrum venire faciat in rationes contra Missos sancti Dionysii et Foleradi Abbatis.' Nox, oneris aut servitii species. Tabularium sancti Vitoni Virdunensis: 'Census de aliis mansis et de sedilibus, quæ sunt in monte sancti Vitoni et Virduni, pullos et ova ad Pascha, et festivitatem sancti Vitoni, et ad nativitatem Domini, de integro manso carrum dimidium, de carropera 20. den. noctes 15. in Maio homo de capite suo tenens terram,' &c. Abraham Ecchellensis in historia Arabum c. 11. vetustissimum esse Arabum institutum scribit, in ratione temporum, non *dies*, sed *noctes* putare; cujus, inquit, ratio est, quod a neomenia suas supputationes exordiantur, et lunam noctis dominam sequantur, ac ducem in hoc habent. Creationis opus etiam a vespere incepisse, ex his sacrarum literarum verbis colligunt: 'Factum est vespere et mane, dies unus.' Ab hora septima vespertina incipiebant Judæi diem sequentem. Et hæc ratio Arabum, fuit eadem, quæ Germanorum. Hi quippe inprimis lunam novam affectabant, quæ noctis regina et splendor est. Idem obtinuisse in Anglia sub regibus Anglo-Saxonibus, docet conciliabulum Cloveshoënse an. 824. 'Et ibi finita et proscripta illa contentione coram Episcopo post 30. noctes juramentum to Westmynstre deductum est.' Sub Normannis vero, leges Henrici I. c. 66. 76. Sed et etiamnum *Sennight*, *Fortnight*, i. e. septem noctes, quatuordecim noctes, magis usitate dicunt, quam septem dies, &c.

dicunt: nox ducere diem[q] videtur. Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec ut[4] jussi conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coëuntium[5] absumitur. Ut turbæ[6] placuit,[r] considunt armati. Silentium per Sacerdotes, quibus tum[7] et coërcendi jus est, imperatur. Mox Rex, vel Princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis, quam jubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur; sin placuit, frameas concutiunt.[s] Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.

*statuunt: noctem sequi dies existimatur. Ea ex libertate licentia, quod non eodem tempore coëunt, nec ut præscriptum est, sed duo tresve dies mora convenientium præterlabuntur. Ut multitudini libitum est, sedent in armis. Silentium indicitur per sacerdotes, quibus tum etiam cohibendi potestas est. Dein rex vel princeps concionantur, prout ætas singulis, prout claritudo, prout fama præliorum, prout eloquentia est, cum potestate adhortandi potius, quam imperandi auctoritate. Si consilium improbant, fremitu contemnunt; sin arrisit, lanceas quatiunt. Gloriosissimum assentiendi genus est, armis approbare.*

editionibus, *auspicacissimum*. Brotier.—4 Ita Mss. Vatic. 1862. et 1518. Quod merito probaverant Lipsius et Ernestus. In Ms. Vatic. 4498. et veteribus editionibus, *nec jussi*. Ms. Vatic. 2964. *nec injussi*. Ms. Arundel. *nec ut jussu*. Idem. Ryckius et Gronov. omisere *ut*.—5 Ms. Longolii *coetium* plane ut cod. Kappii s. ed. Norimb. ad quod Longolius: 'quid si pro *coetuum?*' Ed. Rom. habet *coetuum*. Put. *coeuntium*. Oberl.—6 Melius, *ut turba placuit*, id est, satis numerosa visa est. Sic quoque volebat Gronovius, atque ita edidit Cl. Lallemand. Verum cum ceteri omnes libri habeant, *ut turbæ placuit*, atque id quoque Latinum sit, nihil mutavi. *Brotier*.—7 Male Mss. Vatic. 1862. et 2964. *quibus tamen*. Idem.

## NOTÆ

[q] *Nox ducere diem*] Gallorum etiam consuetudine id usurpatum est. Cæsar lib. VI. 'Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant, idque a Druidibus proditum dicunt: ob eam causam spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium finiunt: et dies natales, et mensium et annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur.'

*Nox ducere diem*] Plutar. quæst. v. 4. Sympos. ubi de Mygale, id est, de araneo mure: 'Quem,' inquit, 'Ægyptii venerabantur, quia cœcus sit: hi quippe tenebras luce priores et antiquiores existimabant.'

[r] *Ut turbæ placuit*] Alii legunt, *ut turba placuit*, id est, postquam numerus satis frequens visus est. *Ut turbæ placuit*, id est, quo tempore, quo loco, quo ordine, multitudini visum est, sedent in concilio: nec de gradu aut primis ordinibus contendunt; quod libertati Germanicæ et antiquæ simplicitati satis convenit.

[s] *Sin placuit, frameas concutiunt*] Sic supra Tacitus Hist. v. 17. 'Ubi,' inquit, 'sono armorum tripudiisque, ita illis mos, approbata sunt dicta.' Fiebat autem, strepitus ille, scuta hastis seu gladiis feriendo. Idemque mos etiam Romanis. Vide Lipsium de mil. Rom. 49. et 11.

12. Licet apud concilium accusare quoque et discrimen capitis intendere. Distinctio pœnarum ex delicto: proditores et transfugas arboribus suspendunt: ignavos et imbelles[t] et corpore[1] infames[u] cœno ac palude, injecta insuper crate,[v] mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tanquam

*Fas est et* reos *deferre apud conventum, et periculum capitis intentare. Discrimen suppliciorum* petitur *ex facinore: perfidos et desertores patibulis affigunt: inertes, et belli expertes, et libidinum flagitiis ignominiosos obruunt luto ac lacu, immissa super eos crate. Differentia pœnæ huc spectat, tanquam crimina monstrari*

1 Male tentat Lipsius *torpore infames.* Brotier.

NOTÆ

[t] *Ignavos et imbelles*] Intellige flagitia militiæ, de quibus sup. c. 6. 'Scutum reliquisse præcipuum flagitium, nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas.' Intellige desertores, seu transfugas, qui prodiderint civitatem, patriam, libertatem Germanicam, exercitum, et similia flagitia belli: nec ita intelligendum, ut iidem sint ignavi et imbelles ac corpore infames. Certe potest unus, et idem homo cunctis iis simul infici flagitiis, at non punietur illo supplicio ignavus, nisi cum turpissimum scelus illicitæ veneris simul occurrerit.

[u] *Corpore infames*] Detestabilis patientiæ vitia 'nescimus ista,' Deo gratias, 'et sanctius vivitur ad Oceanum;' non quod nunquam contigerint contingantve, sed quod raro, raroque sint impunita.

Sic Ælianus Var. II. 31. disputat: 'Quod nullus Barbarorum impius sit.' Id est, raro hoc contingit. Idque satis ad Fabium cum Tacito conciliandum. *Gronovius.*

Perperam reponit Lipsius, *torpore infames.* Nam quis auctor sic scribat? Certe nemo præcise *torpore* aut otio *infamis*, sed malo facinore tantum, ut v. g. abjecto clypeo fugisse e pugna. Si quis sic fugerit, jam ille crimine isto probrosus et infamis est, non *torpore* præcise. Nunquamne otio et inertia torpent ipsi Germani fortiores apud Tac. quasi vero! Certe 'sanctius vivitur ad Oceanum,' quia raro portenta ejusmodi reperiuntur. Sed reperiuntur tamen aliquando et puniuntur. Tales sunt, non genio cœli solive, sed male mente abrepti, aut commercio seu prava consuetudine extraneorum et perditissimorum hominum. Naturam eo trahunt, quo non vult; et male corrumpunt bonam naturam, non autem corrumpuntur ab ipsa. Quintil. decl. 3. 'Sanctius vivitur ad Oceanum,' hoc verum est de temperamento et moribus Germanorum. Et genius loci cœlique talia flagitia non admittit. Verum est: 'nihil tale novere Germani.' Attamen hæc declamatio est, et declamatorem hic agit Quintilianus. Monstra rara et statim exstinguuntur. Attamen monstra quandoque existunt quibuscumque terris.

*Corpore infames*] Quod et usurpatum adhuc inferiori ævo in ipsas fœminas, quæ pudorem prostituerent; idque cœnum cœno mergebatur. Sic flagitium illud abscondebatur simul et exstinguebatur, ut videbimus infra.

[v] *Injecta insuper crate*] Quo pacto perfidiam Romani vindicarunt olim

scelera ostendi[w] oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi.[x] Sed et levioribus delictis, pro modo, pœna:[2 y] equorum pecorumque numero convicti mulctantur: pars mulctæ Regi,[z]

*expediat, dum castigantur*, et *pudenda vitii monstra occultari* debeant. *Sed etiam ob minora peccata, pro portione mulctarum, culpæ manifesti damnantur* certo *numero equorum armentorumque: pars mulctæ regi, vel populo, pars ipsi, cujus ultio*

2 Sic bene Acidalius et Ernestus: male veteres Edd. *pro modo pœnarum.* Brotier. *pœnarum* Gronov. et Ryckius.

## NOTÆ

Livius: ‘ Injectæque Turno catenæ, et confestim Latinorum consilium magno cum tumultu advocatur. Ibi tam atrox invidia orta, gladiis in medio positis, ut indicta causa, novo genere leti, dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate superne injecta, saxisque congestis, mergeretur.’

[w] *Tanquam scelera ostendi*] Παραδειγματίζονται, in exemplum scil. et ostentui proponuntur flagitia et facinora, cum ostenduntur supplicia. Certe flagitia, quæ naturæ verecundiam ac dedecus et pudorem, seu potius naturam ipsam, aut Rempub. et patriam evertunt ac dehonestant, obruenda et sepelienda potius, quam ostendenda sunt. Ipsam naturam sic imitari decet, quæ ipsa sua monstra profligat et exstinguit tum cum nascuntur, ne vel nata videantur.

[x] *Flagitia abscondi*] Duo ibi distinguit Tacitus genera scelerum, aut flagitiorum, nempe perfidiam et transfugia, quæ ut periculosiora in Rempub. ostenduntur, cum puniuntur: ideoque tales homines ‘ arboribus suspendunt;’ at ‘ ignavos et imbelles, et corpore infames,’ quæ sunt flagitia fœdiora et quæ latere vulgo debent, palude mergunt, opprimunt, et abscondunt: quia scil. hæc videntur potius crimina infaustæ aut corruptæ naturæ, quam scelera pravo consilio meditata; ideoque ea non ostendunt, cum puniunt. Alludit hic Tacitus respicitque ad militiam Rom. et ad flagitia hujus militiæ. Infames autem in castris Romanis non solum ‘ imbelles et ignavi,’ sed etiam qui corpus prostituerent, vulgarent, et muliebria paterentur; et cujuscumque nobilitatis aut ordinis essent illi, jam nullius auctoritatis erant apud vulgus militum; uno verbo, *infames* erant. Et talia flagitia solus imperator seu princeps suo judicio damnabat, ut et adulteria ac stupra commissa in castris Rom.

[y] *Pro modo, pœna*] Vulgo, *pro modo pœnarum:* et idem est, ac pro modo delicti. Nam pœna adæquare delictum debet. Ut sunt delicta, ita et pœna; et pro modo pœnæ, seu pœnarum lege sancitarum, ita et pari mulcta equorum pecorumve, rei facinorum damnantur: prout est modus pœnarum, ita et numerus pecorum, quo mulctantur.

*Pro modo*] Idque scil. pro antiquo et simplici more, quo omnes opes ex pecoribus et armentis, nec aliam pecuniam noverant. Supra c. 5. ‘ Armentorum numero gaudent, eæque solæ et gratissimæ opes sunt.’

[z] *Pars mulctæ regi*] Hinc vox sequentis ævi *Murdrum*, scil. *pecunia, quæ solet dari* pro *murdro.* Hinc *quietum esse a Murdro*, in lege Henrici I. Regis Angl. c. 2. hoc est, a mulctis pecu-

vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis ejus[a] exsolvitur. Eliguntur in iisdem conciliis et Principes, qui

*est, vel proximis ejus expenditur. Assumuntur in iisdem comitiis etiam principes,*

NOTÆ

niariis, quæ villanis locorum, in quibus *murdrum* perpetratum fuerat, irrogabatur. 'Si quispiam' enim, ut habent leges Edwardi confessoris c. 15. 'murdratus alicubi reperiebatur, quærebatur apud villam ubi inveniebatur interfector illius. Qui si inveniri poterat, tradebatur justitiæ regis, intra ipsos 8. dies interfectionis. Si vero inveniri non poterat, mensis et unius diei respectum habebant ad eum perquirendum. Quod si intra terminum non inveniebatur, colligebantur in villa 46. marcæ,' &c. Hinc *Angildum*, simplex *Gildum*, aut *Weregildum:* seu simplex valor hominis vel rei alicujus: compensatio pro simplice rei vel hominis æstimatione: ex Saxonico *an*, una, et *gild*, solutio, pretium, compensatio, ut *twigildum*, compensatio duplex: *trigildum*, compensatio triplex, &c. Hinc et Agild, hoc est Saxonico idiomate *qui est insolutus, inultus, sine compensatione*, qui talis, et tam sceleratus, ut ob ejus interfectionem, pretium quod *Weregildum* vocant, non exigatur. Leges Alfredi c. 6. 'Si Utlaga efficiat, ut occidatur, pro eo quod contra Dei rectum, et Regis imperium stet,.... jaceat Agild.'

[a] *Vel propinquis ejus*] Nempe, si is, cui pœna seu mulcta solvebatur, abesset, aut mortem obiisset. Neque, puto, ibi loquitur de cæde: nam dicit, *levioribus delictis, &c.* Sed tamen idem fiebat etiam pro homicidio. Nam infra c. 21. 'Luitur etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus.'

*Vel propinquis ejus*] Sed simul videtur ea lex posita, ut si quis de cæde propinqui partem pretii acciperet, teneretur etiam et solvere pro sua portione necis alienæ pretium, si quis propinquorum suorum alienum virum occideret. Ita vices erant. Quare parentelæ et familiæ quandoque renuntiabant, ne cædibus aut ultionibus domesticis se immiscerent: tum de parentela se tollere dicebantur, qui eam solenni et recepto ritu ejurabant: qui ritus pluribus describitur in pacto legis Salicæ tit. 63. Cur autem quis se *de parentela* tolleret, ea potissimum causa erat, ut a bellis familiaribus sese subduceret: quo quidem pacto 'se de juramento et de hæreditate, et de tota ratione parentum et agnatorum tollebat:' ita ut, 'si aliquis de suis parentibus aut moreretur, aut occideretur, nulla ad illum compositio hæreditatis perveniret: simili modo si ille moreretur, ad suos parentes non pertineret causa nec hæreditas ejus.'

Atque etiam id longe post obtinuit, ut ex legibus Henrici I. Regis Angliæ colligitur, c. 88. 'Si quis propter faidam vel causam aliquam de parentela se velit tollere, et eam foris juraverit, et de societate et hæreditate et tota illius ratione se separet; si postea aliquis de parentibus abjuratis moriatur, vel occidatur, nihil ad eum de hæreditate, vel compositione pertineat. Si autem ipse moriatur aut occidatur, hæreditas vel compositio filiis suis, vel dominis justis proveniat.'

jura per pagos vicosque[b] reddant.[3] Centeni singulis[c] ex plebe comites, consilium simul et auctoritas, adsunt.

*qui jus reddant per pagos vicosque. Centeni cuilibet* principi *ex populo socii* seu assessores *dati*, eum *consilio simul et auctoritate juvant.*

3 Brotierus cum ceteris Edd. *reddunt.* Bipont. bene, *reddant.* Sequor. *Oberl.*

## NOTÆ

[b] *Pagos vicosque*] Distingue igitur inter pagos et vicos: pagi sunt velut ipsæ civitates, seu una natio aut certe pars nationis alicujus seu civitatis, quæ in plures pagos distributa, ut supra vidimus. At *vici* sunt, quos *burgos* nunc vocamus, quamvis apud Germanos nulla se contingerent ædificia. Attamen quæ non procul invicem distabant, unum vicum effecere, et ex pluribus vicis *pagi* existebant: nunc vulgo *cantons.*

[c] *Centeni singulis*] Hoc est, quod in lege Alemannorum prisca lego: 'Conventus autem, secundum consuetudinem aliquam, fiat in omni centena, coram Comite aut suo Misso, et coram Comite aut suo Misso, et coram Centenario ipsum placitum fiat.' *Lipsius.*

*Centeni singulis ex plebe*] Sunt in quibusdam locis Germaniæ, veluti Palatinatu, Franconia, &c. judicia criminalia, quæ appellantur *Zentgericht:* eorumque præsides *Zentgraffen*, sive *Zentgreven:* et assessores *Zentschopfen* sive *Zentscheppen:* causæ vel casus ad ea pertinentes *Zentfelle*, vel *Zentbarefelle.*

Id antiquissimum Germanorum institutum fuit, et a numero assessorum sive comitum centenario sic dictum *Zentgericht;* quale centumvirale judicium Romanis.

*Zentgraffen* comites centenarii, præsides et principes ejus judicii, qui et *centenarii* in antiquis Germanorum legibus dicuntur: ut centumviris præsidebant Romæ Decemviri. *Zentschopfen*, ut Romanis centeni judices, et quod primo numerus fuit, deinceps nomen et honor. Ipsum vocabulum *Zent* territorium sive districtum cujusque judicis centumviralis significare videtur, *centena* in legibus Alemannorum.

Nec obstat numeri Judicum sive Scabinorum discrepantia. Nam et Romani non præcise centum, sed centum et quinque, terni scilicet ex singulis tribubus fuerunt: et cum postea is numerus ad 180. auctus esset, *Centum virorum* tamen appellatio mansit. *Berneggerus.* Alii velint, *certi.* Sed vocem *centeni*, firmat quod sequitur, *consilium simul et auctoritas;* et unde *auctoritas* plebis, nisi ex numero?

*Centeni singulis*] Ita ut adirent pagos vicosque, ut lites componerent, judicarent; illudque maximi ponderis et auctoritatis. Nihilque adhuc in nostra Gallia ea re utilius aut salubrius ad continendos ipsos primores provinciarum. Sic olim senatus ambulatorius fuit: nunc ad tempus selecti a rege judices provincias perlustrant et facinorosos potentiores puniunt. Vulgo appellant, *les grands jours*, ou *chambre ardente.* Sic apud Persas erant selecti judices regii dicti, quorum erat perpetuus magistratus; hi jus postulantibus reddebant. De rebus et controversiis omnibus judices istos adiri statuit Cyrus, ut

13. Nihil autem neque publicæ neque privatæ rei, nisi armati agunt.[d] Sed arma sumere non ante cuiquam mŏris, quam civitas suffecturum[1] [e] probaverit. Tum[2] in ipso concilio,[3] vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque[f] juvenem ornant: hæc[4] apud illos toga,[g] hic

*Nullum autem, neque publicum, neque privatum negotium gerunt, nisi in armis. Sed arma induere non prius cuiquam licet, quam populus parem futurum elegerit. Tum in ipsa concione, vel procerum aliquis, vel parens, vel cognatus, clypeo lanceaque adolescentem accingunt: hæc apud illos* virilis *toga,*

1 Locus hic Ernesto vix sanus videtur. Conjicit, *quam civitati se maturum probaverit*. Nolim veterem scripturam damnare. Et si quid mutandum foret, emendarem potius, *quam civitati se suffecturum probaverit*. Brotier. Nil mutandum. Subaudi *armis gestandis suffecturum*. Sic et Longolius. *Oberl.*— 2 Male Ms. Arundel. et veteres editiones, *tum eum*. Brotier.—3 Sic bene in veteribus et recentioribus editionibus. Perperam in mediis, *consilio*. Idem. —4 *Nec* pro *hæc* Ms. Longol.

## NOTÆ

et alii reges, et hi provincias obibant, regemque, quoquo iret, comitabantur.

[d] *Nisi armati agunt*] Quem eundem morem Græcis priscis fuisse, eosque solitos σιδηροφορεῖσθαι, Thucydides notavit. Idemque de Gallis Livius lib. XXI. 'In his nova terribilisque species visa est, quod armati (ita mos gentis) in concilium venerunt.'

Quin convivia etiam Germani adibant in armis. Tacitus hoc ipso libro: 'Tum ad negotia, nec minus sæpe ad convivia procedunt armati.'

Athenæus l. IV. famulos astitisse vel assedisse convivantibus iis vult, cum scuto, lancea, et justis armis. 'Et hi quidem,' inquit, 'scuta præferentes a tergo dominis astant; custodes vero e regione sedentes in orbem, quemadmodum et domini epulantur.' Denique templa ipsa adiere armati. Panegyristes: 'Nec majores vestri templa ingrediebantur, nisi armati.' *Lipsius.*

*Nisi armati*] Sic etiam Galli, qui non minus feroces olim, quam ipsi Germani. Sic etiam Parthi semper in equis, quicquid agerent. Justinus XLI. 3. 'Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica et privata officia obeunt, super illos ire, consistere, mercari, colloqui.'

[e] *Suffecturum*] Id est, capacem, idoneum, aptum ad arma, per ætatem, aut alias, corpore, robore, ac valetudine.

[f] *Scuto frameaque*] Originem moris vides, equites creandi. Forte ad id respicit Diaconus in Longobardicis, I. 15. 'Scitis non esse apud nos consuetudinem, ut regis filius cum patre prandeat, nisi prius a rege gentis exteræ arma susceperit.' *Lipsius.*

*Frameaque*] An eadem illa *framea cruenta*, quam sectatores principum infra exigunt liberalitate principis? Forte dabant principes ornatiorem *frameam* cum bellatore equo, acrioribus et nobilioribus comitibus.

*Scuto frameaque juvenem ornant*] Quod diu celebratum est in nobilibus. Vita Ludovici Pii an. 791. 'Patri Regi Rex Ludovicus *Ingelheim* occurrit; indeque *Renesburg*

primus juventæ honos: ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicæ. Insignis[x] nobilitas, aut magna patrum merita, Principis dignationem etiam adolescentulis assignant: cete-

*hæc prima juventutis dignitas: ante illud pars familiæ censentur, postea civitatis. Eximia claritudo stirpis, aut præcipua parentum merita, dignitatem principis etiam*

NOTÆ

cum eo abiit; ibique ense, jam appetens adolescentiæ tempora, accinctus est.' Et an. 817. 'Dominus Imperator filium suum Carolum armis virilibus, id est, ense, cinxit, corona regali caput insignivit,' &c. Willelmus Malmesb. l. II. de Gest. Angl. cap. 2. de Æthelstano Rege: 'Nam et avus Alfredus prosperum ei regnum imprecatus fuerat, videns et gratiose complexus speciei spectatæ puerum, et gestuum elegantium: quem etiam præmature militem fecerat, donatum chlamyde coccinea, gemmato balteo, ense Saxonico cum vagina aurea.'

*Frameaque*] Forte ea hasta Francorum. Sic porro Francicas hastas describit Albertus Aq. IV. 6. 'Hastæ fraxineæ in manibus eorum ferro acutissimo præfixæ sunt, quasi grandes perticæ. Et Will. Brit. l. II. Philippid. 'Mox hastas hastata manus configit in illum: Quarum cuspis erat longa, et subulæ instar acuta, Et nonnulla velut verubus dentata recurvis, Cuspidis in medio uncos emittit acutos.'

[g] *Hæc apud illos toga*] Eo honore deponebant pueritiam et inter viros assumebantur; quemadmodum apud Romanos, deposita prætexta puerili, togam virilem induebant: qui primus honor, seu primum insigne fuit virtutis aut decoris in juvene.

[x] *Insignis, &c.*] Ambiguus locus: *Insignis nobilitas, &c. principis dignationem etiam adolescentulis assignant*, nempe illi, licet *adolescentuli*, quia nobiles, *ceteris robustioribus, ac jam pridem probatis* juvenibus *aggregantur, nec rubor* nobilibus illis, *inter comites aspici.* Et cur esset *rubor* aliis minus nobilibus et robustioribus *inter comites aspici?* qui ideo *probati*, quia jamdiu in comitatu principum fuerant. Attamen etiam potest is sensus esse: *Insignis nobilitas, &c. principis dignationem etiam adolescentulis assignant. Ceteri* vero juvenes minus nobiles *robustioribus, ac jam pridem probatis aggregantur. Nec rubor inter comites aspici.* At quomodo *inter comites*, qui *principis dignationem* jam assecuti sunt? Quomodo non *rubor* principibus, licet junioribus, *inter comites aspici*, forte aliorum scil. principum, qui tantum ætate eos superarent, et aliquando inferiores nobilitate ac stirpe essent?

Attamen si sedulo attendis, standum in prima sententia. Nam quare *rubor* hic ceteris ignobilioribus? quod immo decus fuit. Et cur aggregentur *ceteri?* Immo gregem et agmen constituerent ipsi. Aggregantur scil. quia juniores et nobiliores; aggregantur scil. robustioribus et pridem probatis, donec sensim adolescant, donec robur et artem habeant. Adverte ad seriem Taciti: *Nec rubor*, quasi diceret: quamvis nobilibus *nullus rubor est inter* comites aspici, quia scil. gradus suos et ipse *comitatus habet, judicio ejus, quem sectantur.* Ita ut sit distinctio comitum hic, ut et apud Romanos; ita ut etiam locus sit nobilioribus in comitatu principis, qui locus non rubori sit, *quibus* scil. *primus apud principem suum locus, &c.* Lege, *aggregant*, vel *aggregantur:* nihil refert in nostra hac sententia.

ris[5] robustioribus[h] ac jam pridem probatis aggregantur:[6] nec rubor,[7] inter comites aspici. Gradus quin etiam et ipse comitatus habet, judicio ejus,[i] quem sectantur: magnaque

*juvenibus attribuunt: ceteris validioribus, et qui jam pridem militiæ tirocinium posuere, adjunguntur: nec pudor, inter socios spectari. Quinetiam et ipse comitatus habet* certos *gradus* loci, seu dignationis, *arbitrio ejus, quem sequuntur: ingens*

5 Sic Mss. et libri editi. Contra vero Lipsius, Freinshemius, Conringius et Ernestus, vitio librariorum locum luxatum putant, et corrigunt, *ceteri*, quod et probat Brotier. Sed in loco hoc Taciti malim cum Bipont. restituere *ceteris*, quod et codices et editiones veteres omnes exhibent. Dignatio Principis non ipsos statim adolescentulos faciebat Principes, sed Principes pridem probatos sequebantur ad munia bellica, *Oberl.*—6 In vetere libro apud Lipsium, *aggregant.*—7 Mallet Ernestus,

## NOTÆ

[h] *Ceteris robustioribus*] Pendent hæc a superioribus, ac ejusmodi sententiam postulant: quod nobilitas illa et magna patrum merita illos adolescentulos ceteris probatis aggregent. De principibus adhuc loqui Tacitum, illa verba palam arguunt: 'Nec rubor inter comites aspici.' *Colerus.*

*Ceteris*] Alii legunt, *ceteri;* sicque id discrimen foret inter juniores principes et juvenes plebeios, quod hi in principes asciti nuper, quamvis juvenes, haberent tamen statim suum comitatum ab aliis distinctum, nec inter comites ipsi censerentur; at alii e vulgo juvenes comitibus robustioribus aggregarentur, ut disciplinam ab illis ceteraque officia acciperent. Sed certe verisimilius est, etiam illos adolescentulos, quamvis principis dignationem habeant, etiam aggregari *robustioribus* comitibus, ut militiæ et aliis muniis sub talibus magistris imbuantur et assuefiant, ut qui recenter induerint arma. Et cur Tacitus diceret, 'nec rubor inter comites aspici,' nisi intelligeret de nobilioribus hisce et novis principibus? Nam nullus *rubor* aliis, qui ignobiliores, inter comites *merere;* immo decus et æmulatio fuit. Et quid incommodi est, juvenes, licet nobiles, tegere latus, vel parentis, vel principis, donec bellicam penitus artem didicerint? immo utile et honestum fuit in contubernio præstantiorum ducum assiduos esse, quod Romanis feliciter ac sapienter usurpatum. Potest intelligi de universis juvenibus, quod ceteris robustioribus aggregarentur; sed in illo juvenum numero etiam ipsi nobiliores seu novi principes censeri possunt, quibus *nec rubor* etiam *inter comites aspici*, donec rudimenta belli deposuissent.

*Ceteris robustioribus*] Id intellige universim de juvenibus recens probatis, et nuper in militiam ascriptis, qui juvenes novi et tirones aggregantur aliis robustioribus et diu probatis, *nec rubor*, non autem de principibus jam electis, qui non aggregarentur aliis, immo alii ipsis comites adjiciuntur: quibus juvenibus, licet nobilibus, nullus rubor, inter comites principis aspici. Tamen ita vertunt, quasi illi juvenes in principes electi aggregarentur ceteris robustioribus et diu probatis, quibus *nec rubor, &c.* quod verius puto.

[i] *Gradus .... habet, judicio ejus*]

et comitum æmulatio,[j] quibus[8] primus apud Principem suum locus: et Principum, cui plurimi et acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum[9] juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium. Nec solum in sua gente cuique,[10] sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat: expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur et ipsa plerumque fama[k] bella profligant.

*etiam et sectantium certamen, quibus prior apud principem suum gradus: et procerum* inter se, *cui plurimi et promtissimi comites. Hæc amplitudo, hoc robur et opes, magna semper validissimorum juvenum caterva stipari, in pace honor, in bello subsidium. Nec tantum in sua civitate cuique, sed apud vicinas etiam nationes ea laus, id decus est, si numero ac strenuitate comites præcellant: ambiuntur enim per legatos, et donis augentur, et ipsa plerumque existimatione bella perpetrant.*

*rubori.* At utrumque Latine dicitur, ut ipse fatetur. *Brotier.*—8 Acidalius mallet, *cui.* At nec male, *quibus.* Plures sane fuere principibus comitum classes. *Idem.*—9 Ms. Arundel. et Cod. Kapp. *et electorum.* Unde tentat Ernestus, *et lectorum.* Eleganter quidem, sed non necessario. *Brotier.*—10 *Cuique* abest a Ms. Vatic. 2964.

## NOTÆ

Nempe honoris, nobilitatis, gratiæ, auctoritatis, non forte pro merito, sed solo judicio ejus principis quem comitabantur. Sic Xerxes apud Xenoph. l. VIII. 'Non tamen perpetuum gradum aut officium constituit; immo justum censuit, ut egregiis facinoribus promoverentur ephebi ad honoratiorem dignitatem; aut si male se gererent, in inferiorem gradum rejicerentur.'

[j] *Magna..... æmulatio*] Magna æmulatio inter comites principis, non modo, ut primum gradum seu summum locum gratiæ assequantur; sed etiam cum hunc attigerint, magnopere contendunt, ut eum teneant præ aliis sibi æqualibus. Vel intellige tantum inter pariter nobiles, et quibus statim primus locus apud principem; hi magnopere contendunt de virtute et fama, et de gratia ista apud principem retinenda.

[k] *Ipsa plerumque fama*] Etiam Germanos attingit, quod Justinus de Gallis, hoc est, Celtogallis, scribit: 'Denique neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserint, neque pulsi regno, ad alios, quam ad Gallos, confugerint.' *Colerus.*'

*Ipsa fama*] Ipsa fama bella discutiunt; faciunt ut fœdere et pace componantur, quod scripsit Xenophon de rege Spartanorum Agesilao. Tradit scil. hunc regem legationes obeuntem, imperatoris egregii munere fungi solitum. Affert exempla, primum Autophratis, qui cum ad Assum Ariobarzanem obsideret, fuga hinc se proripuit. Dein Cotyis, qui cum Sestum et ipsam urbem Ariobarzanis obsedisset, protinus incessu Agesilai solvit obsidium. Ob quas res gestas statutum ei ex legatione trophæum.

14. Cum ventum in aciem, turpe Principi, virtute vinci, turpe comitatui, virtutem Principis non adæquare.[1] Jam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem Principi[1] suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri,[m] sua quoque fortia facta gloriæ ejus assignare,[n] præcipuum[2] sacramentum[o] est. Principes pro victoria pugnant; comites pro Principe. Si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adolescentium[p] petunt

*Cum iniere certamen, indecorum principi, fortitudine superari, probrosum comitatui, strenuitatem ducis non exæquasse. Jam vero turpe in omne ævum atque ignominiosum, principi suo superstitem e prælio discessisse. Illum tueri, protegere, sua etiam egregia facinora laudi ejus attribuere, summum fidei auctoramentum est. Principes pro vincendi gloria dimicant; sectatores pro principe. Si natio, apud quam geniti sunt, diuturna quiete et pace langueat, permulti illustrium juvenum se*

1 In veteribus editionibus, *non æquare.*—2 In veteribus editionibus, et

## NOTÆ

[1] *Superstitem Principi*] Celtiberi etiam nefas esse ducebant prælio superesse, cum is occidisset, pro cujus salute spiritum devoverant. Val. Max. II. 1. Plutarchus in Sertorio.

Similis fere devotio Solduriorum apud Gallos fuit, de qua Cæsar: 'Neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto cujus se amicitiæ devovisset, mori recusarit.'

Nicolaus Damascenus apud Athenæum magis etiam istos devotos laudat, appellatque Σιλοδούνους, Græcis scilicet Εὐχωλιμαίους dictos. Sed ibi scribendum, *Solodunos.* Celtæ appellabant, reor, *Solduner*, quasi *stipendiarios.* Coler.

*Superstitem Principi*] Curtius: 'Utrumque regem delecti tuebantur, sui immemores. Quippe, amisso rege, nec volebant salvi esse, nec poterant. Ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebat egregium.'

[m] *Illum defendere, tueri*] Quintil. dec. 13. de Apibus: 'Illas majorum pectorum totis pro rege castris procurrere, et inire bella, mortemque honestam pro duce oppetere.'

[n] *Fortia facta gloriæ ejus assignare*] Id etiam apud Persas obtinuit, nec fas fuit occupare gloriam regis. Cum regem Artaxerxem inter venandum leo adortus esset, et periculi a rege amoliendi gratia Megabizus jaculo bestiam occidisset, indignatus rex, quod occupasset feram interficere, antequam in eam telum misisset, eum decollari jussit: scil. sola obsequii gloria subditis relicta est.

[o] *Præcipuum sacramentum*] Id præcipuum fidei specimen documentumque sanctissimum: maximum id amoris, fidei, et obsequii vinculum.

[p] *Plerique nobilium adolescentium*] Apud Livium XXXII. 34. Philippus Macedonum rex objicit Ætolorum principi Alexandro, in colloquio, 'quod Ætoli pro lege hunc morem antiquitus servent, ut adversus socios ipsi suos, publica tantum auctoritate demta, juventutem suam militare sinant.'

ultro eas nationes,[q] quæ tum bellum aliquod gerunt; quia et ingrata genti quies, et facilius inter ancipitia clarescant,[3] magnumque comitatum non nisi vi belloque tueantur:[4 r] exigunt enim Principis sui liberalitate illud bellatorem equum,[s] illam cruentam victricemque frameam.[t] Nam epu-

*ultro conferunt ad eas gentes, quæ tum aliquod bellum inferunt; quia et invisum huic nationi otium, et promtius inter discrimina nobilitantur, splendidumque comitatum, non nisi vi et armis alas, aut sustineas: efflagitant enim ex munificentia sui principis hunc bellicosum equum, illam sanguineam profligatricemque lanceam.*

Ms. apud Lipsium, *principum sacramentum.*—3 Cum Gronov. et Ryckio Brotierus legit *clarescunt.* In Spirensi et Poggiana editionibus, *clarescant.* Bipont. bene Spirens. sequuntur: sequor et ego. *Oberl.* Puteolanus emendaverat, *et ut .... clarescant.*—4 Brotierus et Ryckius cum Gronov. habent *tueare:* et ita Mss. Vatic. 1518 et 4498. veteres quoque et recentes editiones. In Ms. Vatic. 2964. et mediis editionibus, *tueantur.* Ms. Vatic. 1862. *tuentur.*

## NOTÆ

[q] *Petunt ultro eas nationes*] Sic et hodie Galli Germanique: sic discitur bellum sub magistris ducibusque peritissimis. Sic gentes extraneas, itinera, loca, oppida, fluvios, sylvas, et castrorum metationes observant sæpe sumtu alieno, nec sine decore; nam et muneribus ornantur et honoribus.

[r] *Tueantur*] Id est, sustineant, alantque. 'Exigunt enim .... bellatorem equum,' &c. et epulas largosque apparatus, velut in stipendium.

[s] *Illum bellatorem equum*] Hæc dona principum, erant privatis insignia virtutis simul et nobilitatis: quæ, ut puto, eadem tradebant per manus posteris; quæ scil. juvenes in dotem afferebant sponsis, quæ et ipsæ matres factæ, mox tradebant nuribus suis; et erat illa framea cruenta et victrix inter monumenta majorum. Sic apud Persas eximius honor fuit, ex regis munere aureum torquem collo gestare, armillis aureis et acinaci aureo uti, teste Xenoph. Sic et de Mardochæo Amanus censuit: 'Vir, quem vult rex honorare, veste regia indui debet, torque donari, et equo imponi quo rex vehi solet, et circumduci per vicos urbis.' Donabant etiam aurea vasa et aureos frænos.

[t] *Victricemque frameam*] Scythæ et alii barbari jurabant per tale Numen. Virgil. 'Nunc, o nunquam frustrata vocatus, Hasta, meos.' Sic apud Æschylum in Septem ad Thebas, Parthenopæus per hastam jurat, et eam colit pro Deo. Sic *juramentum super arma,* ab omnibus ferme, præsertim Septentrionalibus populis receptum legitur, etsi forma illius interdum diversa fuerit. Formula 119. ex Lindenbrogianis: 'Veniens jam dictus ille, apprehensa manu prædicti judicis, vel armis, sicut mos est apud omnes, 12. manu sua tertia decima dextratus, vel conjuratus dixit.' Hujuscemodi juramento usi sunt Saxones. Fredegarius cap. 74. et Gesta Dagoberti regis c. 31. 'Saxones autem sacramentis, ut eorum mos erat, super arma patratis, pactum pro universis Saxonibus firmant.' Annales Francorum Fuldenses ann. 873. de iisdem: 'Jurabant etiam juxta ritum

læ, et, quanquam[5] incomti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt: materia munificentiæ per bella et raptus. Nec arare terram,[u] aut expectare annum,[v] tam facile persuaseris, quam vocare hostes et vulnera mereri. Pigrum quinimmo et iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare.

15. Quotiens bella non ineunt, multum venatibus,[w] plus

*Quippe convivia et apparatus, licet inconditi, ingentes tamen et lauti, loco stipendii exhibentur: materia liberalitatis* quæritur *per prælia populationesque. Nec perinde suadeas* ipsis *colere terram, aut opperiri æstatem, quam lacessere hostes, et vulnera excipere. Quin etiam segne et ignavum putant, labore comparare, quod cruore adipisci queas.*

*Quandocumque non gerunt bella, non admodum venationi incumbunt, plus per*

Ed. Norib. *tueantur;* quod recte restituere Bipont. *Oberl.*—5 Sic bene Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *nam epulæ et convictus, &c.*

## NOTÆ

gentis suæ, per arma sua, quod nullus deinceps de regno dominorum suorum regnum Regis inquietare deberet.' 'Jurare in manu armata,' in lege Saxon. c. 1. §. 8. Adde Aimon. IV. 26. De *Francis* Fortunatus l. VI. Poëm. 7. 'Utque fidelis ei sit gens armata per arma Jurat, jure suo se quoque jure ligat.'

[u] *Nec arare terram*] Nam *fortissimus quisque ac bellicosissimus* Germanorum nihil agit.

[v] *Expectare annum*] *Annus* apud Latinos segetis tempus dicebatur. Quod quia exoptatum desideratumque, eo longius videbatur. Proverbii loco est *Annus*, pro longo tempore.

*Annum* hic, id est, messem, quæ post arationis et continui annuique laboris orbem colligitur: quæ spes longior gentibus avidis belli ac periculorum. Malunt prædam ex vulneribus et sanguine, quam opes ex laboribus et sudore longo.

[w] *Non multum venatibus*] Pugnam cum Cæsare hic video, immo cum usu et ratione. Cæsar ait: 'Vita Germanorum omnis in venationibus, atque in studiis rei militaris consumitur.' Iterum de Suevis: 'Multum sunt in venationibus.'

Usus etiam et ratio suadent, gentes acres, feras, ubi sylvarum copia, venatui addictas esse. Nec aliter in hac ipsa gente hodie. *Lipsius.*

Ait Cæsar, Germanis omnem vitam in venationibus et studio rei militaris esse. Nihil autem de isto torpore ac comissationibus. Sed Tacitus de omnibus Germanis: Cæsar tantum de Suevis et Rhenanis populis loqui videtur.

Jam versus Septentrionem plures alii Tacito innotuerant, quorum regiones, ob paludes et flumina, minus venationibus aptæ. Et reor illos ipsos maxime ista ignaviæ infamia insignitos. Similis Sclavorum olim et Sarmatarum inertia describitur. *Colerus.*

Frustra correctores hoc loco, et frustra etiam forte conciliant auctores. Scripsit Tac. *non multum venatibus, &c.* Indistincte de Germanis, et in universum loquitur. Certe longe magis cognita Germania, Taciti sea

per otium transigunt,[x] dediti somno ciboque. Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus et Penatium et agrorum cura fœminis senibusque et infirmissimo cuique ex familia: ipsi hebent:[1] mira diversitate naturæ,[y] cum iidem homines sic ament inertiam[z] et oderint quietem.[a]

*desidiam agunt, addicti somno et epulis. Ferocissimus quisque ac præliorum avidissimus segnis et iners hebet, mandata familiæ et domus et prædiorum cura mulieribus senibusque, et invalidissimo cuique ex penatibus. Ipsi inertia torpent; mira dissimilitudine ingenii, cum eadem gens sic appetat desidiam, et aversetur otium.*

1 Sic optime Lipsius e Ms. Farnes. Male in Spirensi editione, *ipsi habent mira, &c.* Unde Puteolanus emendavit, *ipsi habent miram diversitatem.* Brotier.

NOTÆ

Trajani ævo, quam Cæsaris: cognita jam penitus pace, belloque, et commerciis Romanorum erat. Et cohærenter loquitur Tacitus de indole veterum Germanorum. Adverte quæ sequuntur: 'ipsi hebent; mira diversitate naturæ, cum iidem homines sic ament inertiam et oderint quietem.' Amant inertiam extra arma, et oderunt quietem seu pacem, quia periculorum et belli avidi; vel contra, quia scil. ex bello quies, et ex quiete amor belli et bella, ne diutius otio torpeant feroces populi.

[x] *Per otium transigunt*] Benignior hujus otii apud Ælianum est interpretatio 10. Var. 4. 'Socrates dicebat inertiam sororem esse libertatis; et argumentum afferebat, fortissimos simul et liberrimos esse Indos et Persas, et utrosque in speciem inertissimos esse; at vero Phryges et Lydos labori magis deditos esse, et tamen servire.' Plutarchus Lycurgo: 'Hoc certe unum præclarissimum et felicissimum fuit, quod civibus suis comparavit Lycurgus copiam otii.' Quibus scilicet interdixerat artibus sordidis; et pecuniæ quærendæ nulla erat cura, et agrum colebant Helotes.

Itaque Laco quidam Athenis: 'Cum audisset aliquem in judicium vocari, ob inertiæ flagitium, rogavit proximos, ut ostenderent sibi, quisnam ille esset, qui sub judice damnaretur propter libertatem.'

Cicero lib. II. de Orat. 'Mihi liber non videtur, qui non aliquando nihil agit: in qua permaneo sententia, meque, cum huc veni, hoc ipsum nihil agere, et plane cessare delectat.'

[y] *Mira diversitate naturæ*] Ipsi etiam actuosi principes, postquam magno labore ingentia bella patrarunt, ut imperium adipiscerentur, rursus amant otia et oderunt bella, mira diversitate ingenii humani. Seneca de brevitate vitæ c. 4. 'Potentissimis, et in altum sublatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis præferant, cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tuto liceat, descendere. Nam ut nihil extra lacessat aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit.'

[z] *Ament inertiam*] Non abs re proditum est, 'otium esse fratrem libertatis;' quod de Ætolis quoque traditur, qui nullius imperio paruerunt. Hi enim, cum perpetuo liberi sint, in otio degunt. Plutar. lib. de Convivio septem Sapientum, eo loci, quo Septem illi consultant, quæ melior domus sit: 'Tum Solon: Ea, inquit,

Mos est civitatibus, ultro ac viritim[a] conferre[b] Principibus, vel armentorum, vel frugum, quod pro honore acceptum,[c] etiam necessitatibus subvenit. Gaudent præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo a singulis, sed[3] publice mittuntur:[d] electi equi, magna arma,[e] phaleræ, torquesque. Jam et pecuniam accipere docuimus.[f]

*Consuetudo est populis, sponte et viritim contribuere principibus, vel pecorum, vel frumenti, quod pro decore oblatum, etiam usui præsto est. Delectantur potissimum vicinarum nationum muneribus, quæ non modo* viritim *a privatis, sed* etiam *publice* et nomine civitatum *exhibentur: insignes equi, prægrandes lanceæ, phaleræ, torquesque. Jam et nummos accipere a nobis didicerunt.*

2 Locum hunc imminutum esse existimat Lipsius; et conjicit olim scriptum fuisse, *ultro ac viritim X. conferre vel armentorum, &c.* ut intelligatur Germanos decimas armentorum et frugum contulisse. At in vulgata scriptura nihil peccat: immo multum elegantiæ: intellige, *id.* His genitivis gaudent scriptores Romani. Perperam Rhenanus e vestigiis Cod. Kapp. emendabat, *ultro equitium conferre.* In illo codice scriptum corrupte, *ac jurium* pro *ac viritim*, ut recte observat Ernestus. *Brotier.* Et inde Bipont. fecere *auctarium.*—3 In Ms. Arundel. et Cod. Kapp. *sed et publice.*

## NOTÆ

mihi optima videtur domus, ubi res est, neque injuste parta, &c. Thales, In qua plurimum otii domino conceditur,' &c.

[a] *Oderint quietem*] Ex nimia inertia et segnitia, qua reversi a bello torpent, jam rursus ipsam quietem aversantur, maluntque arma. In armis omnia agunt, bibunt, epulantur, consultant: ita ut in ea gente ametur, vel summus motus, vel summa quies; ut nihil modicum, nil medium sit. Armis longe magis excellit atque inclarescit pax seu otium liberrimæ ferocissimæque gentis: par belli otiique amor.

[b] *Viritim conferre*] Brevitas Taciti haud quaquam solicitanda. Talia sunt Varronis lib. III. de re Rust. 16. extremo: 'Si ex alvo minus frequenter evadunt ac subsidit aliqua pars, suffumigandum et prope apponendum bene olentium herbarum [supple, *quippiam*] maxime apiastrum et thymum.'

Apuleius Met. lib. v. 'Sic ille novæ nuptæ precibus veniam tribuit, et insuper quibuscumque vellet, eas auri vel monilium donare concessit.' Supple, *parte aliqua* auri, vel monilium.

Ipse Tacitus Annalium XV. 'Tribuni et centuriones et ceterorum, ut quisque audentiæ habuisset, accurrerent, trucidarentque.' *Gronovius.*

Vanæ hoc loco correctiones. Τὸ *quod* ibi, æquivalet istis: *armentorum vel frugum quippiam, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit.*

[c] *Quod pro honore acceptum*] Sic Athenis de rep. bene meriti, vel etiam filii summorum ducum in bello cæsorum, in Prytaneo, seu Hospitio publico, alebantur: quod ipsis decorum, et reip. salubre.

[d] *Sed publice mittuntur*] Id est, non a privatis tantum, sed etiam nomine civitatum et principum.

16. Nullas Germanorum populis urbes[g] habitari, satis notum est: ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.[h]

*Satis compertum est, nulla oppida incoli a nationibus Germaniæ:* et *ne quidem tolerare domos invicem contiguas. Habitant separati ac divisi, ut fons, ut ager, ut*

NOTÆ

[e] *Magna arma*] Et hæc non tam avaritiæ, quam honoris causa, appetebant. Philosophus: 'Etenim munus est boni alicujus donatio, simul et honoris signum.'

*Magna arma*] Puto, intelligit *majores* illas *lanceas*, de quibus supra: quas forte mittebant civitates, quibus supererat ferrum.

[f] *Pecuniam accipere docuimus*] Nempe sub Neronibus, Domitianis, aliisque ignavis principibus; qui stipendia, seu potius tributa solvebant Germanis, Dacis, et Sarmatis, ne irrumperent, aut ut irrumpentes limite imperii arcerent.

[g] *Nullas Germanorum populis urbes*] Sic et Athenienses pagatim olim habitasse, priusquam in unam urbem contribuerentur, Livius auctor est; et ex Trogo refert Justinus, Gallos a Massiliensibus Græcis, usum vitæ cultioris, deposita et mansuefacta barbarie, et agrorum cultus, et urbes mœnibus cingere didicisse. XLIII. 4.

Verum Germanis nihil tale contigit, quia mediterranei sunt, et Oceanus ille Germanicus navigatu periculosus ac ignotus, raris ab Italia Græciaque navibus aditur.

Et Galliæ quidem, posteaquam in numerum Romanarum provinciarum venerunt, cultiores factæ sunt: at de Germania in provinciam redigenda cogitavit quidem Augustus, et tentavit aliquid Drusus Germanicus, et mox alii; sed res successu caruit.

Deinde post ingentem illam cladem apud Tolbiacum vicum Ubiorum acceptam, ita pressere nos Franci, ut respirare non licuerit, donec, exoleta stirpe veterum Francorum, auspiciis primum Othonis Saxoniæ ducis et Chuonradi Ostrofranci, atque Henrici Saxonis, mox Magni illius Othonis, qui inter Imperatores Germanicos primum obtinet locum, in pristinam libertatem nos ipsi vindicavimus.

Tum urbes in provinciis, cum ad Rhenum tum ad Danubium jam olim occupatis sitæ, amplificari paulatim; et vici veteris Germaniæ, de quibus Tacitus loquitur, mœnibus cingi cœperunt. *Rhenanus.*

Nullus auctor rerum Rom. urbis ullius per Germaniam, usque ad sæculum a nato Servatore quintum, meminit. Sexto demum sæculo a Caroli M. temporibus, postquam cum religione Christiana, paulatim ad mansuetiora reducti essent, ad urbes vel novas exstruendas, vel a Romanis ante ad Rhenum inprimis conditas, temporum injuria destructas, iterum ædificandas animum adjecere. *Kirchmaier.*

Sic olim etiam nullæ urbes in Africa. Mela, c. 8. 'Proximis nullæ quidem urbes stant; tamen domicilia sunt, quæ Mapalia appellantur.'

[h] *Ut fons, ut campus, ut nemus placuit*] Ideoque crebræ locorum appellationes a *bach*, *feld*, et *holtz*. Rhenan. Et ab illis tribus urbes, oppida, vici, castella nominata pleraque apud Germanos, *Bron*, *Feld*, *Wald*; et familiæ quoque nobiliores. *Colerus.*

Vicos locant, non in nostrum morem,[1] connexis et cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium,[i] sive inscitia ædificandi. Ne cæmentorum[j] quidem apud illos aut tegularum usus:[k]

*lucus arrisit. Statuunt vicos, non ad instar Romanorum, conjunctis et continuis ædibus: suos quisque penates spatio ambit, sive adversus fortuita incendiorum subsidium, sive imperitia construendi. Ne cæmentis quidem aut tegulis utuntur: om-*

1 Ms. Arundel. *nostro more.*

NOTÆ

[i] *Adversus casus ignis remedium*] Id dicit, quasi more Romano. Quippe post incendium Neronianum, insulas inter singulas domos disposuerant, et hoc spatio separabant, ne ardens domus vicinas ædes in eandem ruinam traheret. Hic mos apud Germ. non forte prorsus *inscitia ædificandi*, ut dicit Tacitus, immo consilio et opportunitate summa habitandi. Quid enim opportunius, quam procul disjungi a grege et vulgo, maligne semper bonis honestisque infesto, sive homini ipsi, sive animalibus? Et re ipsa etiam hodieque nostri principes et locupletiores sic habitant in opulentissimis prædiis, procul a rusticis ceterisque paganis; et sic vitant sordidam importunamque et invidam plebeculam.

[j] *Cæmentorum*] Structuræ tria genera sunt. Quidam enim lapides quadrati vocantur, id est orthogoni, et ad normam respondentes, quos vulgo *Cæsos* vocamus. Sunt alterius generis lapides rudes et informes, quæ *Cæmenta* vocantur, quibus ad farcturas operum utuntur, inter pilares, vel quadratas eductiones, quas artifices, *Gambas* appellant; utuntur et his lapidibus ad parietes villaticos exstruendos. Hoc genus structuræ incertum est, et sine venustate, quasi lapide temere invento constructum, &c. *Budæus.*

*Cæmentorum*] Cæmentum, non calcem et arenam commixta significat, ut Accursius putavit, sed lapides. Livius: 'Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto.' Cæmenta sunt lapides temere cæsi, atque etiam rudes: id est, vulgares, non quadrati aut ordinarii, quales sunt, quibus farcturæ inter pilares ductus fiunt. *Budæus* in Pandect. Hinc infra Tacit. 'Materia ad omnia utuntur informi,' &c.

Cæmenta sunt vulgares lapides, ut temere e terra effodiuntur: cum igitur talium cæmentorum, usum non habuerint illi, hinc colligi possit, nullos lapides fodisse prorsus, neque his usos esse Germanos. Et per *materiam* illam *informem*, forte intelligit Tacitus arbores seu trabes, nulla arte cæsas aut compositas, sed fere ut natura daret. Quare et addit: 'Quædam loca diligentius illinunt terra, ita pura ac splendente,' &c. ut distinguat ea loca ab ædificiis communibus, quæ ex *materia* aut *terra* vulgari. Forte Germani ædificia construebant terrea, ut erant turres Annibalis in Hispania, quæ durabant adhuc ævo Plinii, ut ipse narrat: quod et nunc in nostris provinciis factitatur, cum de-

materia ad omnia utuntur informi et citra speciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terra, ita pura ac splendente,[1] ut picturam ac lineamenta[2] colorum imitetur.[3] Solent, et subterraneos specus aperire,[m] eosque

*nibus* ædificiis *adhibent indigestam rudemque materiam, et sine pulchritudine vel amœnitate. Nonnulla loca impensius inducunt luto, tam diluto et micante, ut tabellam et ductus colorum referat. Moris est, etiam subterraneas speluncas effodere,*

2 In veteribus editionibus, *liniamenta*.—3 Ita libri omnes, præter Gryphianam editionem, in qua, *invitet:* sane operarum vitio.

## NOTÆ

sunt lapides. Jam de his Hist. lib. IV. diximus.

[k] *Aut tegularum usus*] Seneca de Provid. Dei: 'Perpetua illos [Germanos] hyems, triste cœlum premit, maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt.' Puto et multos libris arborum, vice tegularum usos; ut videmus etiamnum factitare quosdam.

Hirtius, an Oppius, de bello Afric. 'Quibus rebus attenuati illi, oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant; reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, atque arundinibus corticibusque contecti.'

Fuere etiam vestitui cortices non paucis gentibus. Plinius lib. XII. 'Hinc primum alimentum; harum fronde mollior specus, libro vestis. Etiamnum gentes sic degunt.' *Colerus.*

[l] *Terra, ita pura ac splendente*] Forte instar bituminis, aut gypsi, nitebat terra, qua illinebantur parietes aut materia: sic natura seu colos terræ se habuit, ut splenderet.

[m] *Subterraneos specus aperire*] Idem Pomponius Mela de Sarmatis: 'Atque ob sæva hyemis assiduæ, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant.' Xenophon de frigida Armeniorum regione, lib. IV. Expedit. Cyri. 'Domus autem erant subterraneæ, et ostium erat, quemadmodum putei; infra vero lati descensus jumentis arte perfossi erant; homines vero per scalas descendebant. Intra has domos simul erant capræ, oves, aves, et pulli ipsarum.' Frustra autem originem Stubarum, vulgo *les Estuves*, (ita Ditmarus et illa ætas appellant) petunt istinc. Quid enim simile? quæ tamen antiquæ, et, nisi fallor, Juliano intellectæ in Antiochico, ubi de Lutetia urbe: 'Nullo modo calefiebat cubiculum in quo dormiebam, ut solebant ibi calefieri pleræque domus sub caminis.' Nescio quid tale Seneca describit; effectu quidem pari cum Stubis, non prorsus forma. De Providentia, c. 4. 'Quem specularia semper a flatu vindicant, cujus cœnationes subditus et parietibus circumfusus calor temperavit:' quod fieri solitum, per ambientes quosdam tubos.

Idem epistola 91. 'Quædam nostra demum prodisse memoria scimus, ut speculariorum usum, ut suspensuras balneorum, et impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor; qui ima simul et summa foveret æqualiter.' *Lipsius.*

Verisimilius est *tubos*, nondum eo ævo Germanis cognitos fuisse, sed

multo insuper fimo onerant,[4] suffugium hyemi[n] et receptaculum frugibus:[o] quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt: et, si quando hostis advenit, aperta populatur,[5] abdita

*easque plurimo insuper stercore operiunt, subsidium hyemi, et receptaculum annonæ: quia sævitiam frigoris ejusmodi specubus leniunt: et, si quando hostis invadit,*

4 In Mss. Bamberg. et Arundel. *Fimo operiunt.* Non ita bene; cum supra usurpatum sit, *aperire.* Brotier.—5 In Ms. Vatic. 2964. et Cod. Kapp. *apertæ populatio.*

NOTÆ

caminos tantum, ut apud Gallos et Lutetiæ erant. Tum caminus nihil aliud fuit, quam foramen ingens in medio tecti, per quod exhalaret fumus; quales hodieque videntur. Et nullum prorsus arsisse ignem, in cubiculo Juliani, apud Lutetiam, clare patet legenti eam narrationem Imperatoris. Si tubi, aut qualiscumque calor aspirasset Juliani cubiculo, non muri, non parietes maligno gelidoque humore obriguissent, quo fere periit Julianus nocte illa apud Lutetiam Parisiorum; scil. in ea insula, quam nunc Delphinicam vocamus; ita ut vomere cogeretur, invitus et præter morem.

[n] *Suffugium hyemi*] An illud effugium sit hominibus? An vero tantum suffugium et receptaculum frugibus? Puto, utrisque. Nam homines 'rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt;' et fruges ibi abditæ et defossæ ignorantur, 'si quando hostis advenit,' &c. Itaque specus illi sunt suffugium hominibus adversus hyemem, et receptaculum frugibus adversus hostem; forte et alia, quæ corrumpere possint.

Licet illis specubus et fimo frigora mollirent, non obstat, quin et ignem illis locis accenderent. Nam statim habes, 'totos dies juxta focum atque ignem agunt.' Nec forte fimo onerabant specus, ubi fruges abdebant; quod forte illas corrupisset. Locis quippe siccis subterraneis abduntur fruges duplici causa, scil. ne corrumpantur aëre aut curculionibus, et ne abripiantur ab hostibus.

[o] *Receptaculum frugibus*] Plin. lib. XVIII. 30. 'Utilissime tamen servantur in scrobibus, quos siros vocant, ut in Cappadocia et in Thracia, in Hispania et Africa: ante omnia ut sicco solo fiant, curant; mox ut palea substernatur. Præterea cum spica sua conduntur. Ita frumenta, si nullus spiritus penetret, certum est nihil maleficum nasci. Varro auctor est sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium vero centum.' Quod etiamnum usurpatur in quibusdam regionibus Galliæ, sitis præcipue ad meridiem, et ad verbum, ut describit hic Plinius, excepta spica. Nam purgata frumenta conduntur, palea tamen circum involuta et cooperta, ut nullus spiritus noxii aëris pervadat. Sicque fruges defodiuntur in specubus.

Sic Curtius lib. VII. 'Tritici nihil, aut admodum exiguum reperiebatur. Siros vocabant barbari, quos ita solerter abscondunt, ut nisi qui defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fruges erant,' &c.

*Receptaculum frugibus*] Fodiunt Galli nostri etiamnum quasdam foveas, seu antra subterranea, in quibus in-

autem et defossa aut ignorantur,[p] aut eo ipso fallunt,[q] quod quærenda sunt.

17. Tegumen omnibus sagum,[r] fibula,[s] aut, si desit, spina[1] consertum:[t] cetera intecti[u] totos dies juxta focum[v] atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non flui-

*obvia promtaque diripit, occulta autem et humo obruta vel incognita sunt, vel eo ipso latent, quia investiganda sunt.*

*Vestis Germanorum sagum, fibula connexum, vel, si fibula careant, spina: cetera nudi integris diebus sedent ad larem et ignem. Opulentissimi discernuntur toga,*

1 Frustra tentat Lipsius, *pinna.* Brotier.

## NOTÆ

cludunt conduntque annonam suam; ita ut nullus aquæ, aëri, vel humori pateat aditus, paleam tantum interponentes inter terram et frumentum, modo specus non sit humidus, et nullum aërem aut spiritum admittat. Sed id non adversus rigorem hyemis; immo potius adversus ardorem æstatis, et ne invadat insectorum lues infensa frugibus.

[p] *Aut ignorantur*] Aut nescitur, ubi sint defossæ illæ fruges; vel, si sciatur, tamen eo ipso latent et tutæ sunt, quod quærendæ sint; non enim extranei statim hos specus subterraneos ingredi audent, metu insidiarum; aut omnino ignorant, quo loco sint defossi specus.

[q] *Aut eo ipso fallunt*] Aut eo ipso latent, et effugiunt manus hostium; quia non nisi tempore et labore investigari, aperirique, aut extrahi fruges ex illis fossis possunt.

[r] *Omnibus sagum*] *Virgatis sagulis* usi Celtæ, hyeme quidem crassis, æstate subtilioribus, teste Diodoro Siculo v. 9. *Colerus.*

*Sagum* fuisse ex lana confectum, quadrum, densum, villosum exteriore sui parte, communiter Celtis usitatum, Varronis, Strabonis, Hesychii, Juvenalis, Martialis, Persii, et Isidori auctoritate probat Cluverius. *Kirchm.*

[s] *Fibula*] Sic Carolum Magnum, 'festis diebus usum fibula aurea sagum astringente,' tradit Eginhardus. Idque more prisco Germanico. *Rhenan.*

[t] *Spina consertum*] Cur *spina* proprie et quæsite? Annon aptius *pinna?* sive e pisce, sive e ligno, aut alia materie fuit. Certe hodieque ita a tenuibus aut sordidis factitatur. *Lipsius.*

Magis ad manum et in promtu *spina*, quæ nec seritur, nec colitur, aut incude fabricatur; et morem vulgi et inornati populi hic fere describit Tacitus.

[u] *Cetera intecti*] Sine pileo, sine braccis, sine calceamentis: certe nudis sic foco assidere facile per otium; at in bello tota ferocia opus fuit, qua corpora tegerent tuerenturque, adversus sæva elementa missiliaque.

[v] *Juxta focum*] Similis Scytharum vita apud Virgilium Georgicon III. 'Ipsi in defossis specubus secura sub alta Otia agunt terra, congestaque robora, totasque Admovere focis ulmos, ignique dedere.'

tante,[w] sicut Sarmatæ ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente.[x] Gerunt et ferarum pelles,[y] proximi ripæ

*non sinuosa et diffluente, velut Sarmatæ aut Parthi, sed arcta, et quæ singula membra referat atque adumbret. Gestant etiam pelles ferarum, vicini Rheno incu-*

NOTÆ

[w] *Non fluitante*] Proprium hoc verbum vestitus laxi, sinuosi, atque undantis, Tibull. 'Effluit effuso cui toga laxa sinu.' Virgil. 'Fluentes sinus.'

*Non fluitante*] Omnes quadrati et fluitantes amictus, velorum nomine appellabantur, ut paludamenta, chlamydes, pallia, &c. Contra rotunda vestimenta dicebantur, quæ in imo clausa, strictius corpori applicabantur, ut erant togæ Rom. quæ et ipsæ rotundæ et ad corpus magis pressæ, et coactæ circa imam oram, non undabant, neque humeris involitabant, ut chlamydes ac paludamenta, &c. Vela ferme omnia quadrata, ut et pallia, unde et muliebria pallia sive vela, ricæ, ricinia, flammea, et alia hujusmodi quadrata. *Salmasius.*

*Non fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi*] Constat vestem Persarum priscorum fuisse usque ad talos demissam: eam historici *Medicam* vocant, seu *Persicam stolam;* Curtius, *vestem Persicam*, seu *pallam*. De qua Xenoph. lib. VIII. 'Habuit stolam Medicam Cyrus ipse, et sociis persuasit, ut eandem vestem induerent. Hoc enim vestis genus ipsi videbatur recte occultare, si quis in corpore indecorum quippiam haberet, et pulcherrimos ac grandiores ostendere illos qui eam stolam gestarent.'

Et putant originem hujus vestis repetendam a Semiramide. Sic Diodorus: 'Talis ipsi gratia inerat, ut postea Medi, imperantes Asiæ, ferrent vestem Semiramidis; et post illos Persæ similiter.' Et Justinus lib. I. de Semiramide: 'Igitur brachia et crura velamentis, caput tiara tegit, et ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu et populum vestiri jubet; quem morem vestis exinde gens universa tenet.' Erat vero illa longa vestis, saltem regum, pretiosissima multo auro multisque gemmis, distincta purpura et variis animalium figuris. Sic Curtius de Xerxe: 'Pallam auro distinctam, aurei accipitres, velut rostris inter se corruerent, adornabant.' Fuit autem palla Persica figuræ quadrangulæ. Sic Dionys. Halycarn. lib. III. quo referente, Hetrusci legati, inter alia 'insignia principatus,' afferunt Tarquinio, 'Tunicam purpuream auro insignem, et pallium purpureum varie distinctum, qualia gestabant Lydorum et Persarum reges; attamen non fuit figuræ quadratæ, quemadmodum illa regum, sed semirotundum.' *Tetragonum* autem est quadratum constans quatuor lateribus æqualibus, et quatuor rectis angulis, quæ etiam forma fuit pallii Græcorum.

De veste Parthorum sic Justinus XLI. 2. 'Vestis olim sui moris, posteaquam accessere opes, ut Medis, perlucida ac fluida.'

[x] *Sed stricta et singulos artus exprimente*] Sic et Sidonius eleganter in Panegyrico: 'Strictius assutæ vestes, procera coërcent Membra virum: patet iis arctato tegmine poples.' Pars tamen etiam quædam Germaniæ, olim in laxis vestibus, Sarmatico ritu, sive braccis. Lucanus Batavis et Vangionibus hoc tribuit: 'Et te laxis imitantur, Sarmata, braccis Vangiones, Batavique truces.' Quanquam de plebe id tantum cepe-

negligenter,[z] ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras,[a] et detracta velamina

*riose, interiores studiosius, ut quibus nullus ex commercio* sit *ornatus. Feras deli-*

NOTÆ

rim. Ceterum ad *astrictas*, et Sidonii verbo, *assutas* Germanorum vestes, facit Dionis locus l. XL. me quidem interprete: ubi Pannonios dictos affirmat, 'quod tunicas manuleatas ex centonibus quibusdam et Pannis (ita appellant) patrio more conscindunt et coaptant.' Sic describit nostram tunicam, quam etiam nunc ab istis Pannis, *Pantroch* vocamus. *Lipsius.*

Fallit Græcus auctor, qui *Pannonios* a voce Latina, *Pannis* scil. appellatos fabuletur. Quasi vero non habuerint vocabulum Pannonii ante arma Romana; et priusquam Latinus sermo innotesceret barbaris, et nomina daret. Quod tunica illa vetus Germanica ex diversis pannis fuerit assuta, prout membra erant, non arguo. Attamen ex centonibus variis compactam, mendicantium instar, non putem; sed ex eodem panno cum decore scisso in diversas partes, pro ratione et magnitudine artuum; ut etiam nunc fit apud nos.

[y] *Ferarum pelles*] Mela de Scythis et Sarmatis, 'totum braccati corpus, et nisi qua vident, etiam ora vestiti.' Et Ovidius: 'Pellibus et scutis arcent mala frigora braccis.' Pelles hæ, scil. ursorum, taurorum, cervorum, luporum, lyncium, aprorum, &c. Et hoc genus tegumenti omnium antiquissimum, quod Deus ipse Protoplastis adaptavit. Genes. 3.

Patriarchas etiam circumiisse patet, 'in pellibus ovium et caprarum,' Epist. ad Hebr. capite 11. Sic et Apollonii Scholiastes, 'pro more Heroës pellibus induebantur.' *Kirchm.*

[z] *Proximi ripæ negligenter*] Hoc vult Tac. *proximi ripæ* Romanæ (Rheno scil. Danubioque) negligenter pellibus se tegunt. Quare? quia cultum et meliores jam vestes habent a Romanis aut provincialibus, commerciorum beneficio.

Ulteriores autem, sive interiores ac septentrionales Germani, majore in pretio pelliceas vestes habent, iisque vestiuntur exquisitius et elegantius. Quare? causa simili: quia carent aliis vestimentorum generibus, nec ea importantur aliunde, nullo cum exteris intercedente commerciorum usu. Sic etiamnum hodie; et ulteriores Sarmatæ omnesque adeo populi Aquilonares exquisitius, et cum delectu pelliti sunt. *Bernegger.*

[a] *Eligunt feras*] Fuisse arbitror pelles *vulpium*, *castorum*, aliorumque animalium, quæ uno ac generali nomine *mures* appellabantur.

Seneca epist. 91. 'Nonne hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt?' Mures autem erant castores, luttæ, 'et aliæ belluæ quadratam oris formam habentes,' Herodoto teste.

Qui mos duravit. Nam Eginhardus in vita Caroli: 'Ex pellibus lutrinis vel murinis thorace confecto, humeros ac pectus hyeme muniebat.'

Apud posterius ævum fuisse etiam principibus honorarias vestes ex ejusmodi pellibus confectas, argumento sunt, præter alia, septem Electorum prisci operis picturæ.

Helmoldus initio suæ historiæ de Borussis: 'Aurum et argentum pro minimo ducunt: pellibus abundant peregrinis, quarum odor letiferum nostro orbi superbiæ venenum propi-

spargunt maculis[a] pellibusque[b] belluarum, quas exterior

*gunt, et demta spolia distinguunt maculis, et pellibus animalium, quas ulterior*

2 Perperam Lipsius vitium quærit in *maculis*, ut de mastrucis commentetur. *Mastruca* autem, teste Isidoro, Origin. XIX. 23. est 'vestis Germanica ex pelliculis ferarum.' *Brotier.*

## NOTÆ

navit. Et illi quidem, ut stercora hæc habent, ad nostram, credo, damnationem, qui ad marturinam vestem anhelamus, quasi ad summam beatitudinem.' Hæc muliercularum nostrarum hodie etiam pompa. *Coler.*

[b] *Spargunt maculis pellibusque*] *Maculæ* vox non placet; de *Mastrucis* suspicor locutum Isidorus: 'Mastruca, vestis Germanica ex pelliculis ferarum.' Prudentius: 'Mastrucis proceres vestire togatos.'

Ceterum non dubium, quin duplici ornatu eos usos Tacitus velit, sive e feris, sive e piscibus. Justinus clarius paulo idem tradidit de Scythis: 'Lanæ iis usus ac vestium ignotus: pellibus tantum ferinis aut marinis vestiuntur.' *Lipsius.*

Diodorus scribit ἐνδύματα illa horrida fuisse, et ποικιλόχροα. Unde suspicor, vestimenta illa, instar pellium ac macularum belluinarum picta fuisse. Plinius similiter XVI. 41. 'In eadem esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium tigrium maculis.'

Sed quid sibi docti viri volunt de istis pellibus piscium? Et quæ sparsio tantum fit ex pellibus? *Coler.*

Pilos Germanicarum pellicearum antiquitus non introrsum, ut nobis, sed extrorsum fuisse conversos, conjicio etiam hinc; quia maculis eos sparserunt, seu frustulis aliarum pellium versicoloribus distinxerunt, conciliandæ pulchritudini; quæ nulla, si introrsum versa esset.

Deinde quia *reconcs*, pelliceæ vestis genus, quod Germanis Cæsar Gal. VI. 21. et Isidorus Originum XIX. 23. tribuunt, Isidorus ait, intortis villis adeo fuisse hispidos, ut imbres respuerent. Ergo pili foras conversi. *Berneggerus.*

*Spargunt maculis pellibusque belluarum*] Ita ut illæ maculæ et pelles belluarum, aut certe particulæ pellium, unum et idem sint. Maculæ sunt, quia diversi coloris; sed tamen haud dubie longe pretiosiores ipsis pellibus Germanorum. Ad quid enim assuerentur ipsis, nisi quia pretiosiores et pulchriores? nisi ut pretium et novum ornatum adderent? ad quid ex longinquo et exteriori Oceano adveherentur? Et id genus pellium magno commercio usuque celebratur etiamnum apud Polonos et Moscovitas. Intellige non pelles ferarum seu belluarum, quæ in mari nascantur aut vivant; sed quæ sunt in illa regione, quæ Balthico mari obtenditur; vel sic loquitur Tacitus, quia ex illo mari per commercium advectæ illæ pelles belluarum.

*Pellibusque belluarum*] Ichthyophagi Germanis dissimiles in vestitu. Nostri Germani, relictis illis belluarum membranis, quæ nuda spolia erant, pilosum quiddam requirebant, quod pellendo frigori esset. *Colerus.*

Quod certe frigus pelleret, aut saltem novam pulchritudinem ferinis pellibus adderet. Et quidni, ut vult Lipsius, apud Justinum *marinis* legatur? Num sic convenit cum his Taciti, 'Pellibusque belluarum, quas

Oceanus[c] atque ignotum mare gignit. Nec alius fœminis quam viris habitus, nisi quod fœminæ sæpius lineis[d] amic-

*Oceanus, atque incognitum æquor generat. Nec alius cultus mulieribus quam viris,*

NOTÆ

exterior Oceanus, &c. gignit?' Et τὸ *murinis*, forte non perinde opponitur *ferinis*, ac τὸ *marinis*; quasi sic per *ferinas*, intelligat pelles ferarum sylvestrium; et per *marinas*, earum belluarum pelles, quas gignit Oceanus et ignotum mare. Nihil tamen mutandum putem. Nam sic Justinus recte convenit cum eo, quod habet Seneca epist. 91. 'Tergis vulpium induitur, ac murium,' &c. ubi terga vulpium sunt *pelles ferinæ*; ut et terga murium, sunt *murinæ* pelles Justini. Ambo loquuntur de iisdem populis, Scythis nempe; 'Pellibus tantum ferinis ac murinis vestiuntur,' inquit Justinus. *Mures* autem sunt feræ sylvestres minoris formæ, pelle commendabiles: quo in genere sunt *Martes*, et Hermelini, quibus nobiles hyberno tempore pellitas gerunt pænulas. Tales autem feras seu pelles non gignit mare ignotum seu Balticum, sed ora maris Balthici; et hæ dein eodem mari nobis advehuntur. Vanum est, quod hic afferunt de Ichthyophagis, qui piscium voratorum membranas in vestem contexebant. Quasi vero pelles piscium, lupi, seu vituli marini, aut hippopotami assuerentur ferinis pellibus, ut pretiosiores et elegantiores! quis hoc credat?

[c] *Exterior Oceanus*] Id est, septentrionalis Oceanus, vel mare pigrum et ignotum. Vide notas c. 45. infra. *Tillemon.*

[d] *Fœminæ sæpius lineis*] Linigeræ igitur fœminæ, nec tamen solæ. Bene ait, *sæpius.*

Diaconus in viris agnoscit, l. IV. c. 7. 'Vestimenta eis [de priscis Longobardis ait, indubie Germanis] erant laxa et maxime linea, qualia Anglisaxones habere solent, ornata institis latioribus, vario colore contextis.'

Sed profecto, quæ hic de variegatis latisque institis dicit, nos, qui vidimus, scimus etiam nunc proprium amictum esse Germanicarum. *Lips.*

*Lineis*] Plinius: 'In Germania autem defossi et sub terra id opus agunt.'

*Fœminæ sæpius lineis amictibus*] Per amictum illum intelligunt indusium; vulgo *camisiam* vocamus, minus recte, ut puto. Neque enim eos amictus interiores variarent aut purpura distinguerent.

*Lineis*] Plin. XIX. 1. 'Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum existimati Morini, immo vero Galliæ universæ vela texunt. Jam quidem et Transrhenani hostes: nec pulchriorem aliam vestem eorum fœminæ novere.'

*Lineis amictibus*] De lino sic Plutarch. lib. de Iside et Osiride. Sacerdotes Isiaci 'linum gestant, ob colorem, quem flos lini habet, similem nitori ætheris mundum ambientis ... Ex excrementis nascuntur lana, villi, &c. At linum e terra nascitur immortali, et fructum fert esui aptum; vestem exhibet tenuem ac puram, quæ gerentes non gravat, et est apta omnibus anni temporibus, minimeque pediculos gignit, ut aiunt; sacerdotes autem ita abhorrent, ab excrementorum natura,' &c. Sic et Apuleius Apolog. 1. 'Purissimum est rebus divinis velamentum. Quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, jam inde Orphei et Pythagoræ scitis profanus vestitus est: sedenim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta,' &c.

tibus velantur,[e] eosque purpura variant,[f] partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia[g] ac lacertos:[h] sed et proxima pars pectoris patet.[i]

*nisi quod mulieres sæpius induuntur vestibus lineis, easque ornant miscentque purpura, nec porrigunt in manicas partem superioris amictus, intectæ brachia et lacertos: sed etiam propinqua pars pectoris aperta est.*

## NOTÆ

Quod linum tamen non fuit ejusdem speciei cum nostro. Nam fructum quendam, in quo lanugo fuit, ferebat, et colore præcelluit, ut et mollitia. Sic autem describitur: 'Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui Gossipion vocant, &c. parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur, nec ulla sunt ei candore mollitiave præferenda.' Ex eo lino aut simili texebatur vestis adeo pellucida, ut *nebula* appellaretur. Sed ab eo luxu procul abfuere veteres matronæ Germanicæ, ad pudorem a natura, ut tali solo cœloque genitæ.

Fragm. Petronii: 'Palam prostare nudam in nebula linea.' Sic leg. Vestis tenuis ac subtilis, sic dicta *nebula*, quod transpareat sub illa corpus, ut cœlum sub nebula. Hesychius: *Φάρη, ἱμάτια, νεφέλαι.* Fulgentius Mythol. l. I. 'Astiterant itaque Syrmate nebuloso lucidæ ternæ viragines.' Ammian. l. XIV. 'Sudant sub ponderibus lacernarum, quas collis insertas singulis ipsis annectunt, nimia subtemnum subtilitate perflabiles.'

[e] *Velantur*] Forte non aliud habuere indusium seu camisiam interiorem fœminæ, et partem istius indusii superiorem non extendebant in manicas, quæ tegerent *brachia et lacertos;* neque etiam pectus lino illo velabant. Forte quia moris fuit, aut quia sic magis decebat sexum formæ curiosum, licet castum et sanctum.

[f] *Eosque purpura variant*] Linum nasci potuit in ipso Germaniæ solo. At unde purpura apud Germanos? quo commercio? Quippe Persis, aut Romanis Phœnicum ora maritima suppeditavit: ibi enim imperabant, et illic purpuræ baphia imperatores Romanos, Constantinopolitanosque habuisse constat. An suo Oceano ipsis advecta? An ex Indis? nam posterioribus sæculis invaluit apud Persas quoddam purpuræ genus ex Sandice Indica; ad quam, teste Vopisco, ceteræ Romanorum purpuræ comparatæ, 'cineris specie decolorari videbantur, divini comparatione fulgoris.' An a mercatoribus Romanis? qui spe lucri interiora Germaniæ penetrabant, ut testis est Tacitus hic, et alibi. Omnibus omnino fœminis Germanis tale genus vestis, non autem solis vicinis ripæ tribuit. Hæ autem vestes Germanarum mulierum lineæ, haud dubiæ albæ fuerunt, quæ distinctæ purpura, miram pulchritudinis speciem ac varietatem amœnissimam exhibebant, præsertim apud gentes nondum luxu perditas.

*Eosque purpura variant*] Intelligunt limbos, seu institia serica, sed coloris vegetioris.

[g] *Partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia*] In manicas non extendunt vestes, scil. more Rom. quem morem a Persis desumserant, qui ferebant Candyn seu amiculum Chirodotum suspensum ex humeris, utebanturque tunicis prolixis ultra brachia, et usque in primores manus, ac prope in digitos.

18. Quanquam severa illic matrimonia; nec ullam morum partem[j] magis laudaveris: nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem, plurimis nuptiis ambiun-

*Licet sancta et casta illic conjugia* sint; *nec ullam institutorum partem magis celebraveris: nam fere soli exterorum singulas uxores ducunt, demtis paucissimis, qui non ob voluptatem, sed ob claritudinem multis matrimoniis prensantur. Dotem*

NOTÆ

Istiusmodi tunicas Græci vocabant χειριδωτοὺς, id est, *manicatas:* quod nomen vestemque assumsere mox Romani, sed molliores, quod probro vertebat. Severioribus Romanis istiusmodi tunicæ substrictæ, et circa humerum desinentes; ut et fere ibi loquitur Tacitus de fœminis Germanis.

[h] *Nudæ brachia ac lacertos*] Sic coërcebatur luxuria et inertia. Sic indutæ et magis expeditæ ad opus, et ministeria penatum suorum fœminæ: his enim bellicosissimi viri omnem familiæ curam remittebant, dum ipsi torperent ad focum, aut inter epulas: nec ulli famuli per ministeria descripti in penatibus, sed alibi domum propriam regebant servuli, et domino quotannis certam mensuram tritici exsolvebant, ut et vestis, quæ haud dubie partim linea, partim ex lana, unde illa sua saga: et forte illa hæc saga multis coloribus varia, et fuerunt distincta ad instar amictus fœminei, non sine specie ac decore. Forte fœminea vestis sic aptata, et ea pars pectoris patebat, ut ubera præbere infantibus facile possent: nam ut ait infra 20. 'Sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur.'

[i] *Proxima pars pectoris patet*] Pars pectoris patet, quamvis 'severa illic matrimonia.' Sic addit, quia scil. peccatur in sanctitatem pudicitiæ, cum pars aliqua corporis consulto publicatur. Tacitus de Poppæa Neronis: 'Modestiam præferre et lascivia uti: rarus in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat.' Ubi simplicitas fuit ingenii et morum et *septa pudicitia*, debuit patere *pectus* innoxie et potuit; ut patebat simpliciter animus ac virtus, ita et cetera. At in nostris nunc vulgatur pectus, sunt exertæ mamillæ, aperta omnia in libidinem; cum interim ingenium ac cerebellum nulli apertum est, aut certe soli amasio, nusquam viro. Nec mirum si per pectus tam castum purumque jurare sanctissimis his olim fœminis concessum erat, quod diu observatum erga Germanas matronas.

Leges Alaman. tit. 56. § 2. 'Tunc liceat illi mulieri jurare per pectus suum, et dicat,' &c. An manu pectori apposita, quomodo apud nos Presbyteri? Ovidius Amor. III. de nuptiis fluvii Amonis: 'Supposuisse manus ad pectora lubricus amnis Dicitur, et socii jura dedisse tori.'

*Patet*] Sic et Romanæ olim fœminæ. Varro de Vita populi Rom. 'Neque id ab orbita matrum familias instituti, quod eæ pectore ac lacertis apertis, nec capitia habebant.'

[j] *Nec ullam morum partem*] Horatii vera et seria vox Od. III. 6. 'Fœcunda culpæ sæcula, nuptias Primum inquinavere, et genus et domos: Hoc fonte derivata clades In patriam populumque fluxit.'

tur.[k] Dotem non uxor marito,[1] sed uxori maritus, offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus nova nupta comatur; sed[2] boves[m] et frænatum equum[n] et scutum

*non affert sponsa viro, sed vir sponsæ. Adsunt parentes et cognati, ac dona spectant æstimantque: dona non ad luxum fœmineum comparata, nec quibus nova conjux ornetur; sed boves et phaleratum equum, et scutum cum lancea et ense. In hæc*

1 A Mss. Bamberg. et Arundel. abest, *marito.*—2 Mallet Pichena, *sed binos boves;* quod mox sequatur, *hoc juncti boves, &c.*

## NOTÆ

[k] *Plurimis nuptiis ambiuntur*] Sic Ariovistus rex, memorante Cæsare, uxores duas, *Suevam* unam, alteram *Noricam* habuit.

[l] *Dotem non uxor marito*] Solonis etiam lex in eam rem promulgata fuit: quia nolebat, 'mercede conductum aut emtitium esse matrimonium.' Similis lex Lycurgi apud Plutarchum, in alium certe finem. Sed eadem mens, quæ Soloni, procis illis Teutonis fuit haud dubie. *Colerus.*

*Dotem non uxor marito, sed uxori maritus*] Hinc barbara vox, *Morganegiba, Morgingab;* id est, dos a marito profecta, seu *donum matutinale: dotis* vero nomine donabatur, licet revera aliud esset a dote. Glossarium Saxonicum Ælfrici: *Dos, morgen giba,* vox formata ex Saxonico et Germanico *morgen,* aut *morghen mane,* et *gibe:* id est, *donum, munus;* quod ita, scil. appellarent donum illud, quod maritus uxori offerebat in die nuptiarum ante *nuptiale convivium,* ut est apud Kilianum: seu ut est in Speculo Saxonico l. 1. art. 20. § 1. 'Quod unusquisque militaris ordinis suæ uxori, sine hæredum assensu, nomine dotis erogare valet, antequam cum ea ad prandium discubuerit.'

Verum Libellus dotis, qui ex tabulario Casauriensi descriptus est a Gallandio in tractatu de Franco Alodio p. 323. prorsus indicat, donum istud matutinale factum *mane,* post primam noctem nuptialem, quasi ob pretium virginitatis; cujus spolia vir proxime præterita nocte retulerat; uti fuere apud Græcos διαπαρθένια.

[m] *Boves*] Intelligit *junctos boves,* seu duos boves eodem jugo devinctos, quo conjugium et par concordia viri et fœminæ in jugo nuptiali ferendo designari potuit. *Boves* etiam opes pacis, quibus liberi et carissima pignora domi juvantur, aluntur. Equus vero et arma sunt opes, quibus imperii fines defenduntur, quibus hostes arcentur terris procul ac repelluntur. Potuerunt dari uxori plura paria boum; sed in ritum matrimonii, forte sufficiebat unum par boum sic vinctorum, quemadmodum et unus frænatus equus.

*Sed boves*] Binos intelligunt *boves,* quia *juncti* illi: sed certe juncti esse boves poterant, et tamen plures, quam bini afferri in dotem. Opulentæ puellæ, plures forte in dotem marito boves offerebant, seu plura paria boum.

*Boves*] Similia dona Scytharum apud Curtium Alexandro Magno oblata: 'Dona a nobis data sunt, ne Scytharum gentem ignores; jugum boum, aratrum, et sagitta, et patera. His utimur cum amicis, et adversus

cum framea gladioque.[o] In hæc munera uxor accipitur; atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert:[p] hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos conjugales Deos[q] arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in prælio passuram ausuram-

*dona conjux assumitur; et vicissim ipsa aliqua arma marito offert: hoc præcipuum sacramentum, hæc sanctissima mysteria, hos nuptiarum Deos esse credunt. Ne se fœmina existimet extra curas et meditamenta fortitudinis, extraque præliorum accidentia, ipsis cœptantis conjugii auspiciis docetur, adventare se laborum discriminumque comitem ac participem, idem toleraturam in pace, idem in certamine*

NOTÆ

inimicos: fruges amicis damus, boum labore quæsitas. Patera cum his vinum Diis libamus. Inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus.'

[n] *Frænatum equum*] Id est, instructum omni ornatu necessario ad bellum. Diceremus *phaleratum:* nam infra habet: 'paratus equus.'

[o] *Cum framea gladioque*] Plutarch. Problem. Roman. 'Cur eorum, qui uxores ducunt, comam hastæ cuspide discernunt ac discriminant? An signum est, prima connubia violenta fuisse? An statim discunt uxores viris fortibus et bellicosis conjunctæ, severum et minime effœminatum et tenuem cultum ac virilem ornatum approbare?' &c. An divortium ea re significatur, quod solo ferro nuptiæ dirimendæ sint? An illud magis, quod pleraque ad connubium pertinentia Junoni attribuant? Nam et hastam Junoni consecratam esse existimant, et ejus statuæ ut plurimum hastæ innixæ cernuntur, quippe quam Curim appellabant veteres. Hinc et Curim Martem nominatum esse dicunt.'

Forte sic admonebatur sponsa, in eo statu debere se stare, quasi in procinctu ad bellum, quasi Junonem armatam, quasi Minervam alteram; et de virili virtute, et quasi, desolata viro forte deberet, utriusque pondus et curas armaque et bella sustinere, quasi viram aut viraginem fortissimam. Sic forte et admonebatur de bello intestino et graviori. Nec inscite dixit Montanus noster, 'gravius difficiliusque ferri puellis pudicitiam ac sanctitatem, quam militi galeam aut loricam.' Forte sic admonebatur puella, nuptam habere suas munditias, elegantiam, delicias, at certe non puras, non sinceras, sed præliis adversisque mixtas; quod et hic voluit Tacitus.

*Framea*] Frameæ forte fuerunt *Angones*, lingua Francica, tela, seu hastæ, quibus Franci utebantur. De quibus Agathias lib. I. 'Brevia,' inquit, 'tela, quæ ipsi angones vocant; cujus pars major ferro obducta est, ita ut ex ligno aliquid præter membrum vix extet; in superiori ferro tanquam hami utrimque sunt, et deorsum vergunt.'

[p] *Affert*] *Affert*, et *offert*, pro eodem sunt apud Tacitum.

[q] *Hos conjugales Deos*] Hæ res sunt ipsis auspicia, sacra, arcana, Dii, omnia: aut si vis, sunt hæc dona Germanarum matrimoniis, quæ sunt arcana, et Dii conjugales Romanis. Neque enim puto Germanos pro Diis isthæc coluisse, quamvis, ut scribit Justinus XLIII. 3. 'Per ea adhuc tempora reges, hastas pro diademate

que: hoc juncti boves, hoc paratus equus,[r] hoc data arma denuntiant.[3] Sic vivendum, sic pereundum:[4] accipere se, quæ liberis inviolata ac digna reddat,[s] quæ nurus accipiant, rursusque[5] ad nepotes referant.[6][t]

*ausuram: id jugo pressi boves, id ornatus equus, id oblata arma declarant. Sic vivendum, sic moriendum* esse: *assumere se* dona, *quæ soboli intemerata ac digna referat, quæ nurus recipiant, vicissimque ad posteros transmittant.*

3 Cod. Kapp. et quidam edd. *renunciant.*—4 Sic bene Mss. Vatic. 1518. et 4498. In Ms. Vatic. 2964. *sic viventes, sic parientes.* Ms. Vatic. 1862. *sic pariendum.* Brotier.—5 Ita bene Rhenanus. Perperam in veteribus editionibus, *rursus quæ.* Idem.—6 In Mss. Vatic. et editionibus veteribus, *referantur.*

NOTÆ

habebant, quas Græci sceptra dixere: nam et ab origine rerum, pro Diis immortalibus veteres hastas coluere.'

*Conjugales Deos*] Sic Dionysius lib. I. refert, 'Chrysen Palantis filiam, cum Dardano nuberet, ei attulisse in dotem munera Minervæ, et effigies ipsius Palladis, et sacra magnorum Deorum, quorum cærimonias edocta erat.' Dos uxoris optima hæc, labor, sanctitas, Deus.

[r] *Paratus equus*] Qui alacritatem et promtitudinem quandam non obscure significabat: quamvis, inferiori ævo, hoc etiam honorarium munus principum ac nobilium fuerit. *Coler.*

Paratus ac frænatus equus dos gratissima bellatori viro, læta et uxori, quæ adjutorem talem viro parasset, qui illum servaret in periculis, et quo gloriose sederet inter nobiles ac pares duces spectandus: quo etiam insignis et conspicuus foret suisque et hostibus, et quo præcipue elegantior et pulchrior puellæ amanti videretur.

[s] *Quæ liberis inviolata ac digna reddat*] Sensus est: Quæ salva et honesta liberis, atque iisdem digna (generosæ scilicet matris donum dignumque magna indole ac spe filiorum munus) olim restituat: quæque dona eadem nurus olim ab his filiis ipsis, sponsis suis, rursus in dotem accipiant; et dein suis filiis, illius nepotibus, pari cura sarta tecta præstent exhibeantque. *Gronovius.*

*Ac digna reddat, quæ nurus accipiant*] Quid tantopere refert, an legas, *inviolata ac digna reddat, quæ nurus accipiant;* an sic: *inviolata reddat dignaque quæ nurus accipiant?* Num eadem verba? num idem sensus est?

*Ac digna*] Sic intellige: *quæ liberis inviolata reddat, ac digna quæ nurus accipiant.* Non quod ea dona præcise reddant fœminæ aut efficiant *digna*, sed quod ea dona conservent inviolata, dignaque quæ nurus accipiant olim, et sic ea reddant transferantque ad alias nurus nepotesque; nempe, cum pristina dignitate ac sanctitate matrum, seu prisco suo pretio, quomodo et ipsæ acceperant antea a parentibus. Quod forte magis intelligitur de virtute ac decore matrum reddentium ea dona, quam præcise de pretio donorum ipsorum.

*Inviolata ac digna reddat, quæ nurus accipiant*] Illa inviolabilitas, seu sanctitas ac dignitas donorum repeti certe videtur ex sanctitate et castimonia harumce matrum, hæc munera reddentium nuribus, velut in exemplum paris virtutis ac sanctitatis. Nam statim addit Tacitus: 'Ergo

19. Ergo septæ[t] pudicitia agunt,[u] nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ. Li-

*Igitur stricta severaque castimonia agitant, nullis ludorum voluptatibus, nullis epularum irritamentis convulsæ aut labefactæ. Literarum arcana viris perinde ac*

1 Brotier. cum Gronov. et Ryckio *septa:* et sic Ed. Rom. et Norimb. In

NOTÆ

septæ pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, &c. corruptæ.' Sed inquiunt, quomodo ea dona reddant nepotibus? Nam boves et equi non durant ad tres ætates. Sed arma tamen et phaleræ durant. Et boves et equi novo fœtu renovantur, ita ut sic eadem dici dona possint. Sed dignitas non repetitur præcise ex donis ipsis, sed ex donantium virtute. 'Te potius, quam tua dona sequor,' ait apud Ovid. Helena Paridi.

[t] *Ad nepotes referant*] 'Equum' tamen 'et arma patrum senioribus suis dare' tenebantur majorum Valvasorum filii, qui in eorum beneficia succedebant; ut est in constitutione Conradi et Henrici II. Imp. lib. III. legis Longob. tit. 8. §. 4. et lib. III. Feudor. Sed id inferiori ævo.

[u] *Ergo septæ pudicitia agunt*] De *custodibus* nihil ibi cogites, quibus hic minus opus fuit, quam apud Persas: attamen reginis Spartiatarum aut Persarum nulli custodes appositi, et citra ullam custodiam, *solo* pudore, in fide retinebantur; et tamen nulla unquam suspicio orta, ex alio quam ex rege esse susceptos liberos, qui reginarum partu nascebantur. Sic Plato in Alcibiade: 'Rex vero Persarum tantopere præcellit, ut nullam unquam suspicionem habeat, ex alio posse nasci regem, quam ex se ipso: quare nullatenus custoditur uxor Regis, nisi metu et pudore.'

*Septa pudicitia agunt*] Livium imitatur libro III. 'Postquam omnia pudore septa animadverterat.' Est autem *septa pudicitia*, tuta et inexpugnabilis, sive custodiis, sive moribus gentis, sive ingeniis ipsarum. *Gronovius.*

*Septa pudicitia*] Hinc apud Valer. Max. lib. I. 'Teutonorum conjuges Marium victorem orarunt, ut ab eo virginibus Vestalibus dono mitterentur; affirmantes, æque se atque illas virilis concubitus expertes futuras. Eaque re non impetrata, laqueis sibi, nocte proxima, spiritum eripuerant.'

Impudicitia odiosa semper, et præcipue in statu populari et libero, qualis fuit Germanorum gens vetus. Sic olim Romæ propter Lucretiam violatam et Verginiam abductam, statim immutata Respublica Rom. pulsi Reges, abdicati et occisi Decemviri. Et talem gentem inimicam libidinum comparare liceat cum apum pariter huic vitio infestarum Republica: de quibus sic Plutar. lib. de Causis Nat. Cur apes citius pungunt eos qui stuprum dudum fecerunt? 'An quod animal est munditiæ et elegantiæ studiosum? Præterea olfactus sensu valet plurimum: quare libidinosos et impuros, ut immundos odio persequuntur.' Infra, 'et Pindarus: Parvula favorum fabricatrix, quæ Rhœcum pupugisti aculeo, Domans illius perfidiam. Et apud Theocritum Venus remittitur ad Anchisem, ut aculeis apum ipsa pungatur, propter adulterium commissum.'

terarum secreta[v] viri pariter ac fœminæ ignorant. Paucissi-

*mulieribus incognita. Paucissima* perpetrantur *stupra*, ut *in tanta multitudine*

NOTÆ

[v] *Literarum secreta*] Quare hoc matrimoniis, aut *pudicitiæ* interserit? quia scil. et literis occulte missis corrumpi fœminæ solent, sicut de ludis et conviviis præivit. *Lipsius.*

*Literarum secreta*] Prussi veteres Deorum instar coluerunt, quos legendi et scribendi peritos videbant, testis Hennegebert. lib. de vet. Pruss. et hoc arcanum *miraculum* dictum est, ab antiquis etiam Latinis. quod miraculum eos primus docuit Evander.

*Literarum secreta*] Nulla scripta historia: narrabant patres filiis, hi patrum nepotibus. C. Fannii fragmentum est apud Nonium, quod de illo Annalium genere possit intelligi: 'Si quid a parentibus acceptum, protinus antiqui memoriæ tradiderunt.'

Carmina illa, quæ passim historiæ suæ interseruit Saxo, ex ejusmodi saxosis rupibus desumta esse ac versa ipse fatetur.

Sero apud Germanos Latinæ etiam literæ receptæ sunt sub Frederico II. ut scribit Aventinus. Nam et ipsi Annales suos filo quodam poëtico contexebant. *Colerus.*

Non de studiis, sed literis ipsis et earum scriptura accipiendum. Nec obstat vocabulum *secreta*. Nam etiam absque studiis consideratas literas aliquid mysterii et secreti præ se ferre, patet ex eleganti narratione historica Petri Ciezæ to. II. hist. Peru. capite 34.

Raras et vix ullas literas Germanicas elegantiores inveniri ante tempora Cæsaris Rudolphi, easque majorem partem Latinis literis scriptas; qui querelis Germanicæ nationis permotus, quod cogerentur veluti sub jugo exterorum scribarum, qui linguæ Latinæ notionem habebant, magna cum jactura rerum suarum servire, comitia habuit Norimbergæ, anno 1272. ubi omnium ordinum imperii unanimi consensu decretum est, ut deinceps in cancellariis et contractibus Germanicum idioma reciperetur, observavit Camerarius subsec. cent. 3. capite 65. *Berneggerus.*

*Secreta*] Quibus usæ in lasciviam fœminæ Romanæ. Suetonius de Nicia: 'Cum codicillos Memmii ad Pompeii uxorem de stupro pertulisset,' &c. Notus, 'libellus parvus aliunde allatus in senatum' altercanti cum Catone Cæsari, quem ille cum poposcisset, quærens inde adversario invidiam, 'agnovit esse epistolam impudicam, quam scribebat Servilia soror Catonis ad Cæsarem, amans illum, et ab ipso ad stuprum pellecta;' testis Plutar. Martialis: 'Cum se venturam scribet amica tibi.' *Gronovius.*

Literas et studia, sed præcipue forensia, summo odio habuere Germani; et maxime sæviere in advocatos et rabulas Rom. cum Varianas legiones profligarunt, teste Floro. Utinam rabulas omnes uno illo prælio confecissent boni Barbari!

*Literarum secreta*] Sic vocat, quia per literas commeant arcana, quæ haud dubie hic posuit Tacitus, inter irritamenta, seu occasiones stuprorum et adulteriorum. Cur enim *secreta?* cur post illecebras et irritamenta epularum statim illa hæc adjungit. Et certe potuit hic repetere quæ supra dixit de auro et argento: literas 'propitii an irati dii negaverint, dubito:' quis enim non remittat beneficium arti et inventori suo, si adverterit ad tot lites æternas et exitiales, tot domestica bella, tot re-

ma in tam numerosa gente adulteria;[o] quorum pœna præsens,[2 w] et maritis permissa.[x] Accisis crinibus,[y] nudatam,

*mortalium; horum flagitiorum supplicium præsens, et viris concessum. Abrasis*

Ms. Turic. *septæ*. In Arund. *separatæ*. Bipont. recepere *septæ*.—2 Mss. Bamberg. et Arundel. *pœna parentibus et maritis*. Prætulere Bipont. *parentibus*. Sed librorum consensus est in *præsens;* et noster eo verbo uti amat.

NOTÆ

ligionum sectas, tot adulteria, tot falsa instrumenta, et ad ceteram flagitiorum colluviem, quam mortalibus invexit hoc literarum secretum?

[o] *Paucissima.... adulteria*] Tacite dicit: Non advocantur ibi stupra in subsidium curiositati sciendi arcana eorum Reipub. non hac arte irrumpitur ad secreta virorum altius certiusque rimanda, quod mire agebat Augustus florente Triumviratu, forte et postea.

*Paucissima.... adulteria*] Causam pudicitiæ tuendæ tribuit Tacitus ignorantiæ literarum. Duo famosissimi in historia illustres Grammatici, de quibus Suet. lib. de illust. Grammaticis, cap. 13. 'Q. Cæcilius Epirota, Tusculi natus, libertus Attici Satrii, equitis Rom. ad quem sunt Ciceronis epistolæ, cum filiam patroni nuptam M. Agrippa doceret, suspectus in ea, et ob hoc remotus,' &c. Et c. 15. 'Curtius Nitia hæsit Cn. Pompeio et C. Memmio; sed cum codicillos Memmii ad Pompeii uxorem de stupro pertulisset, proditus ab ea Pompeium offendit, domoque ei interdictum est.' Sed duorum Grammaticorum luxuria, etsi certa foret, nihil literis, nihil decori artis officere debuit. Non ex Grammaticis, aut literis causa præcise adulterorum, sed ex libidine adulterorum, et mala fide pravoque ingenio fœminarum, quæ utilissimum secretum in arcana cupidinum abutuntur.

[w] *Adulteria; quorum pœna præsens*] Fere omnibus legislatorum institutis pœna præsenti vindicata adulteria. In sorore, filia, uxore, adulterum occidi licuit lege Solonis. Apud Ægyptios paulo mitius actum. Diodor. Sicul. Hist. lib. II. 'Ei, qui mulierem liberam violasset, virilia exsecabantur, quoniam uno crimine tria haud parva scelera complexus esset; injuriam, corruptelam, et liberorum confusionem.'

Idem Diodorus: 'In adulterio spontaneo deprehensus virgis cædebatur ad mille plagas; mulier naso mutilabatur. Quo dedecore vultus incontinentia maculatus, ea muletaretur parte, qua maxime facies exornatur:' de Ægyptiis loquitur.

*Quorum pœna præsens*] Ad jus et Romanos mores propius in cod. Bamberg. scriptum, *quorum pœna parentibus et maritis*. Nam maritos solos hic esse arbitros, satis crudum. Tamen e Tacito non aliter apparet. *Lips.*

De *maritis* tantum scripsisse videtur Tacitus; ita tamen ut maritus puniret, aut pœnam sanciret coram parentibus, qui forte et arbitri simul cum marito. Nam statim addit: 'Nudatam coram propinquis expellit domo maritus,' &c.

[x] *Maritis permissa*] Nescio an etiam in adulteros, ut apud quosdam. Lex Frothonis Daniæ regis apud Saxonem Grammaticum libro v. 'Adulteros, a veris conjugibus, corporum parte spoliandos constituit, quominus continentia flagitiis elideretur.' *Colerus.*

[y] *Accisis crinibus*] Pœna duplex;

coram propinquis,[2] expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere[3] agit:[a] publicatæ enim[4] [b] pudicitiæ[5] nulla

*comis, spoliatamque, in conspectu proximorum, vir e penatibus ejicit, ac per totum vicum fuste abigit: prostitutæ enim pudicitiæ nulla gratia: non pulchritudine, non*

*Oberl.*—3 Ms. Arundel. *verberans agit.*—4 Lipsius mallet *etiam.*—5 Ms. Vatic. 2964. *impudicitiæ.* Mallet Lipsius, *publicatæ etiam pudicitiæ.* Et bene quidem. Id de innuptis, non de adulteris dicitur. Nec ita indiligens Tacitus, ut scripserit, *publicatæ enim, &c.* et mox, *nemo enim, &c.* Brotier.—

## NOTÆ

crines accisi, et fustigatio, quam reperio etiam alias usurpatam Germanis in hoc sexu.

In legibus Luitprandi Regis Longobardorum hæc est in fœminas violentas, et quæ sæviunt aut feriunt. 'Publicus, in quo loco factum fuerit, comprehendat ipsas mulieres, et faciat eas decalvare et fustare per vicos vicinantes ipsius loci.' *Lipsius.*

[2] *Coram propinquis*] Scil. ut privata animadversione averteretur dedecus a nobilissimis familiis, ne noxia capita multitudini ludibria fierent, et posteritati exempla, aut labes. Datur enim virtuti meritisque majorum, ne vulgentur supplicia probrosæ posteritatis. Etiam ut celeritate pœnæ quandoque obviam iretur periculo publico et privato.

Sic P. Attilius Philiscus filiam suam, eo quod se stupri crimine commaculasset, interemit. Cæs. lib. VI. bell. Gall. Teste Æschine in Tim. 'Quidam deprehenso filiæ suæ stupro, . . . eam una cum equo in desertam domum inclusit; a quo, in illo carcere, haud dubie fame efferato, discerpi debuit. Solum illius domus adhuc in vestra urbe extat. Et locus ille ad equum et puellam vocatur.'

Idemque etiam Romæ sexus verecundiæ datum, ut intra domum animadverteretur. Attamen 'si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur.' Sic Tac. At Ann. lib. II. 'Tiberius Apuleiam lege majestatis liberatam, postquam ei adulterii graviorem pœnam deprecatus est; ut exemplo majorum, propinquis suis, ultra ducentesimum lapidem removeretur, suasit.'

Sic imperante Tiberio, Livilla, uxor Drusi, quæ maritum ipsum veneno necarat, reaque connexa adulterii cum Sejano, permissa est Antoniæ minori aviæ suæ, ut intra domum eam morti adigeret. At hæc potestas obliterata nunc et legibus prohibita. Credo, cum tantum a priscorum virtute recesserimus, indignum visum est rerum publicarum rectoribus, et legum conditoribus, ea licere nobis, quæ sæculo virtutum feracissimo concedebantur. Tunc ut erant pauca delicta; ita et paucæ leges. Nam ut emergunt crimina, ita et leges: sicque longe feliciora ea sæcula, quibus nullæ vel paucissimæ leges erant, quibus pauciores literæ, pauciora vitia. Tum magis observatæ leges, quia vetita ignorabantur: nam quasi irritatur in vitium mens humana, quia legibus prohibitum est, cum vetant leges mala, simul et docent, aut irritant.

[a] *Per omnem vicum verbere agit*] Apud Saxones adulterii pœna qualis fuerit, docet his verbis Bonifacius Moguntin. Archiep. in Epist. ad Athelbaldum Regem: 'In antiqua Saxonia [id est, Germania] si mulier maritata, fracto fœdere matrimonii, adulterium perpetraverit, aliquando

NOTÆ

cogunt eam propria manu per laqueum suspensam, vitam finire : et super bustum illius incensæ et concrematæ, corruptorem ejus suspendunt. Aliquando congregato fœmineo exercitu, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis cædentes, et pungentes minutis vulneribus, cruentatam et laceratam de villa ad villam mittunt ; et occurrunt semper novæ flagellatrices, zelo pudicitiæ adductæ, usque quo, aut eam mortuam, aut vix vivam derelinquant.' Et *trotari* dicebantur adulteri, qui per urbem nudi traducebantur. Ea enim fuit apud Francos nostros recepta in adulteros et adulteras pœna : quemadmodum olim apud Pisidas, ut auctor est Nicolaus Damascenus apud Stobæum ser. 42. p. 292. Charta Aymonis de Sabaudia D. Baugiaci pro villa de Sagiaco. an. 1266. apud Perardum : ' Pro adulterio 6. sol. tam in adultero quam in adultera nobis.... retinemus ; aut trotabuntur nudi per villam, si dictam pœnam pecuniariam voluerint evitare.' Consuetudo Valentiæ in Aginnensi provincia ab Edwardo I. Rege Angliæ indulta quæ habetur in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 142. ' Adulter et adultera, si in adulterio reperiuntur, et clamor factus fuerit ; vel videbitur per homines fide dignos, vel in judicio ostensum fuerit, in 100. sol., quilibet pro justitia, puniatur ; vel nudi currant villam, et sit optio eorundem.'

Aliquando etiam cœno mergebant, sepeliebantque tale cœnum. Hinc barbara vox *necare*, *negare ;* id est, submergere, ut Italis *annegare*. Lex Burgund. tit. 34. §. 1. ' Si qua mulier maritum suum, cui legitime juncta est, dimiserit, necetur in luto.' Gesta Regum Francor. cap. 11. ' Uxoremque ejus ligato saxo ad collum, in aqua necare præcepit.' Alii codd. habent, *negare*.

Hodieque etiam Tholosæ, in Gallia nostra, hasce publicarum libidinum victimas hac pœna afficiunt : erigunt, scilicet, caveam ferream, quæ corpus mulieris magnitudine adæquat, eamque movent machinamento quodam (Tollenonem vocant,) suspenduntque in littore Garumnæ fluminis. Damnata prostitutæ pudicitiæ fœmina, auctoritate et jussu Octovirorum, seu Capitolinorum procerum, qui nobis *Scabini* sunt, includitur ea cavea, manu tortoris, et ter immergitur profundo amne, terque attollitur : dein dimissam stillantibus vestimentis passim per vicos derident, convitiisque, ut madidam gallinam, incessunt.

*Per . . . vicum verbere agit*] Plutarch. Problem. Græc. ' Quamnam Onobatim apud Cumæos fuisse dicemus ? Si qua in adulterio mulier deprehensa fuisset, hanc in forum deductam, et saxo impositam spectandam omnibus proponebant. Inde super asino collocatam, et circum urbem pervectam, in eundem locum restitui oportebat. Ex illo infamia notatam Onobatim appellandam censuerunt ; et ab eo tempore lapidem, tanquam impurum ac detestabilem vitabant.'

[b] *Publicatæ enim*] Scribam, *publicatæ etiam*. Non enim hoc ad adulteras refero : sed ad eas, quæ adhuc injuges, vulgo tamen se vulgabant. *Lipsius*.

*Pudicitiæ*] Id possit indistincte accipi, et de fœminis quæ injuges, et de iis quæ collocatæ viro erant ; ita ut nuptæ fœminæ, publicata pudicitia, et ob id matrimonio depulsæ, nullo modo, ut neque etiam injuges, semel prostituto pudore, virum reperiant.

*Publicatæ enim pudicitiæ*] Referenda hæc sunt ad maritas, quæ secutæ compressus alienos, a viris crinium sectione et fustibus domo expelluntur ; has enim nemo Germanorum,

venia:[c] non forma, non ætate, non opibus maritum invenerit.[6] Nemo enim illic vitia ridet:[d] nec, corrumpere et[7] corrumpi, sæculum vocatur.[8] Melius quidem adhuc eæ civitates,[e] in quibus tantum virgines nubunt, et cum spe

*juventa, non divitiis virum reperiat. Nemo quippe illic flagitia joco spernit: nec depravare aut depravari, sæculum appellatur. Sanctius quidem etiam eæ nationes, in quibus solummodo virgines ducuntur; et cum spe desiderioque matrimonii semel initur*

6 Sic Edd. et Codd. At Puteolanus *invenit*.—7 Ms. Vatic. 2964. *nec corrumpi.*

NOTÆ

quascumque divitias speret, uxores ducat: 'quod apud eos plus boni mores valent, quam alibi bonæ leges.'

At lex Julia Romæ illos quoque ulciscebatur, qui adulterii damnatas in matrimonium accipiebant. 'Damnatam adulterii si quis duxerit uxorem, ea lege tenetur.' *Salinerius.*

Recte, *enim:* et indistincte intelligendum de quibuscumque fœminis, quæ *pudicitia publicata* infames sint, quibus *nulla venia.* Nam et ipsæ nuptæ ob culpam expulsæ et repudiatæ a viro, peterant aliis maritis absolute denubere; quamvis forte repudium rarum esset eo solo cœloque, ut et Romæ olim. Itaque potuissent absolute alios invenire maritos. Sed Germanicis moribus, *publicatæ* semel *pudicitiæ nulla venia* quibuscumque mulieribus, sive nuptæ, sive innuptæ forent.

[c] *Nulla venia*] Potuit de his dici quod habet Horatius: 'Nec dotata regit virum Conjux, nec nitido fidit adultero. Dos est magna parentium Virtus, et metuens alterius viri Certo fœdere castitas: Et peccare nefas, aut pretium est mori.'

[d] *Nemo enim illic vitia ridet*] Ut Romæ; quod vitium egregie ridet magna ex parte Petronius: 'Quædam enim fœminæ sordibus calent, nec libidinem concitant, nisi aut servos viderint, aut statores altius cinctos. Harenarius aliquas accendit, aut perfusus pulvere multo, aut histrio scenæ ostentatione traductus. Ex hac nota domina est mea, usque ab orchestra quatuordecim transilit, et in extrema plebe quærit, quod diligat. Itaque oratione blandissima, plenus, Rogo, inquam, numquid illa, quæ me amat, tu es? Multum risit ancilla post tam frigidum scema, et Nolo, inquit, tibi tam valde placeas; ego adhuc servo nunquam succubui, nec hoc Dii sinant, ut amplexus meos in crucem mittam. Viderint matronæ, quæ flagellorum vestigia obosculantur; ego etiam si ancilla sum, nunquam tamen nisi in equestribus sedeo. Mirari equidem tam discordem libidinem cœpi, atque inter monstra numerare, quod ancilla haberet matronæ superbiam, et matrona ancillæ humilitatem.'

*Vitia ridet*] Seneca: 'Desinit esse remedio locus, ubi, quæ fuerant vitia, mores sunt.' Certe vitia non sæculo, sed moribus hominum tribuenda sunt. Martialis in Cæcilianum: 'Non nostri faciunt, tua quod tibi tempora sordent, Sed faciunt mores, Cæciliane, tui.' Sed quid sæculum hic, nisi mores sæculi, quo scil. sic vivitur? sunt tamen sæpe vitiosi sine more, sine sæculi sui exemplo. Quidam sunt sibi vitii et exitii auctores, ut sunt monstra et prodigia sui sæculi, forte et sequentium ætatum.

votoque uxoris semel[f] transigitur. Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus unamque vitam, ne[9] ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum,[10 g] sed tanquam matrimonium, ament. Numerum libero-

*fœdus. Sic unum assumunt virum, quo modo unum corpus, unumque spiritum, ne ullum ultra votum* sit, *ne longius* divagetur *cupido* fœminarum, *ne* virum *diligant,*

—8 Cod. Kapp. *vocantur.*—9 Mallet Groslotius, *nec ulla* .... ac mox, *nec longior* .... *nec tanquam.* Quod primo quidem loco probat Ernestus, non reliquis: nisi etiam corrigatur, *amant.*—10 Frustra quidem emendant, *meritum.* Nec bene Grotius sententiam ita invertit, *ne tanquam matrimonium, sed tanquam maritum ament;* ut discerent, inquit, mulieres conjugium amare conjugis

NOTÆ

[e] *Melius quidem adhuc eæ civitates*] Inter quas civitates fuisse *Erulos* reperio: apud quos adeo secundo matrimonio non locus fuit, ut uxor marito mortuo laqueo sese statim juxta sepulcrum indueret: nisi invisa vivere mallet et infamis. Procopius tradit libro II. de bello Gothorum. *Lipsius.*

Romanorum matrimonia lacessit eleganter Quintil. decl. 2. 'Nullas ego facilius perire crediderim, quam corporum caritates. Et licet matrimoniis paulatim reverentia gravitatis accedat, possunt tamen distrahi facilitate, qua coëunt. Uxor est, quam jungit, quam diducit utilitas, cujus hæc sola reverentia est, quod videtur inventa causa liberorum. Aspicimus matrimoniorum singula momenta rixantia; mutant quotidie domos, et per amplexus lectulosque discurrunt.' Et Tacitus hic, toto libro, dum mores Germanorum describit, mores Romanos carpit arguitque perpetuo.

[f] *Cum spe votoque uxoris semel*] Id est, Cum spe votoque unius mariti uniusque scil. matrimonii, semel transigitur: eæ *civitates* haud dubie Germanicæ gentis.

[g] *Ne tanquam maritum*] Sensus est: Uxores matrimonium, potius quam maritum amare. *Pichena.*

Melius hoc modo legas: *ne tanquam matrimonium, sed tanquam maritum ament.* Interdictæ erant apud quosdam Germanos regulos secundæ nuptiæ; ut discerent mulieres conjugium amare conjugis causa, non conjugem, conjugii causa; sive ut personæ, non rei, affectus manciparetur. *Grotius.*

*Ne tanquam maritum*] Sic, scil. quia maritus potest ipsis auferri mille casibus, possunt fœminæ maritum non admodum diligere, præcipue si mutare possint. At diligunt matrimonium, nec certe possunt non amare matrimonium indefinite: ergo ideo *nulla cogitatio* ultra primum nuptiarum votum, *ne* scil. *tanquam maritum,* qui mutari et odio haberi præcise potest, *ament, sed tanquam matrimonium,* quod unum et individuum, quod fœminæ non amare non possunt ex natura rei et ex necessitate mutua conjugum. Quæ affectio aut necessitas reciproca, sed major in sexu, qui semel nuberet.

*Ne tanquam maritum*] Id est, Ne tanquam virum, a quo separari aliis nuptiis possint, ut Romanæ fœminæ; sed tanquam matrimonium suum, quod unum tantum posse contrahi, ipsæ penitus animo hauserant.

rum finire,[h] aut quenquam ex agnatis[11] necare,[i] flagitium habetur: plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.

20. In omni domo nudi ac sordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt. Sua quemque mater

*velut conjugem, sed velut conjugium. Scelus reputatur, definire numerum sobolis, vel aliquem ex filiis interficere: et magis ibi pollent boni mores, quam alibi bonæ leges.*

*In omnibus penatibus intecti et squalidi, evalescunt in hæc membra, in hanc pro-*

causa, non conjugem conjugii causa. *Brotier.*—11 Frustra tentat Lipsius *ex gnatis.* Brotier.

## NOTÆ

Plut. in Erotico: ‘ Par est Cammæ Galaticæ mulieris facinus referre. Hæc cum esset forma venustissima, uxor Sinati Galatiæ Reguli, adamata fuit a Synorige Galatarum potentissimo, qui cum, marito vivente, neque persuasurum se mulieri adulterium, neque vim inferre posse videret, Sinatum interfecit. Erat Cammæ refugium, et solamen calamitatis sacerdotium Dianæ avitum, in cujus æde plerumque commorabatur,’ &c. ubi, epoto veneno, simul eadem potione interfecit interfectorem mariti, qui nuptias ipsius ambierat, in ipso ritu nuptiarum, primum maritum desiderans et invocans.

[h] *Numerum liberorum finire*] Quod poterat fieri, vel impediendo conceptionem, vel abigendo fœtum, vel præcipue post ortum necando, vel etiam exponendo, more Græcorum et veterum Latinorum.

[i] *Ex agnatis necare*] *Agnati* hic, id est, liberi, qui adnascuntur. Miror Tacitum omittere insignitum illum ritum et peculiarem Germanis, de exploratione liberorum; prolem enim natam ad Rhenum ferebant, clypeoque imponebant. Si undis abriperetur, notham censebant: si innataret, vere suam. Claudianus in Rufinum: ‘ Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.’

Julianus in epistola ad Maximum: ‘ Prorsus neque Rhenus fallit Celtas, qui spurios filios submergit et vorticibus abripit, velut impudici tori vindex eximius. At quoscumque agnovit ex puro semine procreatos, supra aquas eos erigit, et paventi matri in manus restituit; quasi sic ipsi reddens incorruptum testimonium puri et irreprehensibilis matrimonii, nempe prolis ipsius salutem.’

Addo, Valerium Flaccum, ad Scythas et ad Phasim hunc ritum (nescio an ex vero) transferre: ita enim ibi quispiam; ‘ subitam sævi duravimus amne Progeniem natosque rudes?’ *Lipsius.*

Omisit Tacitus veterem hanc fabulam, quæ Græcorum commentum fuit, ut cetera: cujus haud dubie nullum vestigium reperiebat suo ævo apud Germanos. Et scribebat Tacitus historiam ex vero, non autem res in fabulam et miraculum compositas, quæ Græculos et poëtas magis deceant.

*Ex agnatis*] Id est, liberis procreatis; ea vis est vocis, *agnatio.* Edictum Theodorici Regis §. 65. ‘ Quoties se ancillæ ingenuus, aut originarius, aut servus forte miscuerit, necesse

uberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac servum[j] nullis educationis deliciis dignoscas.[1] Inter eadem pecora, in eadem humo degunt:[k] donec ætas separet ingenuos, virtus agnoscat.[l] Sera juvenum Venus; eoque inexhausta pubertas: nec virgines festinantur;[m] eadem juventa,

*ceritatem, quæ admirationi est. Sua quemque parens proprio lacte filios nutrit, nec famulis aut altricibus mandantur. Nullo nutritionis blandimento discernas dominum a servo. Vivunt inter eadem armenta, humique et eodem loco: donec ætas distinguat liberos, et fortitudo approbet. Seræ juvenum nuptiæ; ideoque haud ef-*

1 Antiquissimi libri *dinoscas*: et cod. Kapp. et ed. Spir. *Ernest.* Ed. Norimb.

NOTÆ

est, ut omnis matrem sequatur agnatio; id est, filii omnes ad dominum ancillæ pertineant.'

*Quenquam ex agnatis*] Cicero de Orat. 'Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo. Quia constat adnascendo rumpi testamentum.'

*Necare, flagitium habetur*] Sic de veteribus Romanis Dionys. l. II. 'Romulus necessitatem colonis imposuit educandi quicquid esset masculum, et, e filiabus primogenitas. Nullam autem prolem necari permisit minorem triennio; nisi, si quid mutilum, aut alioqui monstrosum in ipso partu esset editum: tales enim fœtus exponi a parentibus non vetuit, sed ostensos prius quinque viris e vicinia proximis, si illi quoque exponendos esse censuissent,' &c.

j *Ac servum*] Id est, servi filium; nam statim, *donec ætas separet*, &c. Nullos, aut certe paucissimos fuisse servos in domo domini docet aperte Tacitus. Domini, ac servi filius forte non in eadem domo, sed tamen similiter educabantur, 'inter eadem pecora, in eadem humo,' &c.

k *In eadem humo degunt*] Mela de populis Africæ, c. 8. 'Humi quies epulæque capiuntur.'

l *Donec ætas separet ingenuos, virtus agnoscat*] Sic Plinius l. v. epist. 17. 'Mireque cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum, nisi imagines habeant: quæ nunc mihi hos adolescentes tacite laudare, adhortari, et, quod amborum gloriæ satis magnum est, agnoscere videntur.'

Seneca epist. 120. 'Effice, ut possis laudari; sin minus, ut agnosci.' *Agnoscat*, id est, approbet: cum, scil. ex virtute agnoscuntur ingenui.

m *Virgines festinantur*] Propiores, puto, trigesimo, quam vigesimo anno. Cur autem ita? 'Longum quippe marium robur et diutius permanet: Fœminea vero pubes citius transit puellamque deserit,' ut Euripides dixit. Horrida illa ac bellicosa terra pari robore atque vi mentis fœminas ac viros producebat.

Varro de re Rust. II. 1. 'Necnon etiam hoc, quas virgines ibi appellant nonnunquam annorum viginti quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias, ut succumberent quibus vellent, et incomitatis vagari ut liceret et filios habere.' Loquitur de virginibus Illyricis.

Sed quid miri aut novi in illo numero deprehendit? Nonne videtur scripsisse potius, *annorum triginta?* Lipsius. Seneca, 'Septimus quisque

similis proceritas: pares validæque[2] miscentur; ac robora parentum liberi referunt. Sororum filiis[n] idem apud avunculum, qui apud[3] patrem honor. Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis[o] arbitrantur, et in accipiendis obsidibus[4 p] magis[5] exigunt; tanquam ii et animum firmius,[q] et domum latius, teneant.[r] Hæredes tamen successoresque sui cuique liberi: et nullum testamentum. Si

*fœta juventus: nec puellæ maturantur; eadem ætas, par statura: æquales robustique junguntur, et robur parentum soboles exhibet. Filiis sororum eadem apud avunculum dignatio, quæ apud patrem. Nonnulli existimant sanctius* esse *strictiusque hoc vinculum necessitudinis, et magis exposcunt in sumendis obsidibus; tanquam illi, et affectum constantius, et familiam latius, extendant. Hæredes tamen et successores sua cuilibet soboles: et nullæ supremæ tabulæ. Si proles desit, proximus*

omnino *dinoscas:* contra ed. Rom. *noscas.* Puteol. *dignoscas.* Oberl.—2 Ita veteres et recentiores edd. Lipsius *validi:* et ita scribunt Ryckius et Gronovius.—3 Cod. Kapp. s. ed. Nor. item Rom. et ed. Rhagii *ad patr.*—4 Ms. Longol. *obsidiis.*—5 Ms. Arundel. *maxime.*

NOTÆ

annus ætati notam imprimit:' intellige, ætati marium. Nam sextus quisque annus in fœminis mutationem facit. Duodecimo anno sunt maturæ viro: at mares quarto decimo tantum anno puberes sunt.

*Virgines festinantur*] Macrob. l. I. 6. 'Post annos autem bis septem ipsa ætas necessitate pubescit. Tunc enim moveri incipit vis generationis in masculis, et purgatio fœminarum. Ideo et tutela pueris, quasi virile jam robur absolvitur: de qua tamen fœminæ propter votorum festinationem, maturius biennio legibus liberantur.'

[n] *Sororum filiis*] Lex singularis atque æternus honor sequioris sexus apud Xarthios; apud quos filii, matrum, non patrum nomina sortiuntur.

[o] *Sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis*] An quia fœminis Germanis inest aliquid divinum et providum, ut supra dixit, nec consilia aut responsa illarum spernunt? an quia ob discrimen sexus cariores sorores, dilectioresque filii sororum? an quia ex ipsis geniti magis referunt patres fratresque; magisque ex alvo ingenium naturæ hauriunt; eoque sensu 'animum firmius, et domum latius' tenent? per *animum*, intelligam naturam, ingenium et mores: per *domum*, sanguinem, stirpem, genus, progeniem: per *animum* tamen et affectus parentum intelligi possit, qui et ideo strictius obligantur.

[p] *In accipiendis obsidibus*] Athen. 13. 'Cleonymum Spartiatam, ego quidem sentio, hominum primum fecisse, quod natura suadet, qui obsides a Metapontinis acceperit ducentas virgines, genere nobilissimas, et eximia specie; ut scribit Duris Samius l. III. historiarum Agathoclis.' Sic et Etrusci Romam obsidentes, puellas deditionis pignus accepere.

[q] *Animum firmius*] Ingenium, indolem, forte virtutem animi ac fortitudinem gentis aut familiæ, insitam a natura.

[r] *Domum latius, teneant*] Apud Arabes lege cavetur, ut fratres, gentilium

liberi non sunt,[s] proximus gradus in possessione fratres, patrui, avunculi. Quanto plus propinquorum, quo major affinium numerus,[t] tanto gratiosior[6] senectus, nec ulla orbitatis pretia.[u]

*gradus hæreditatem adit, fratres* nempe, et *patrui, et avunculi. Quanto plures propinqui, quo amplior consanguineorum numerus, tanto majori dignatione et gratia senectus, nec ulla orbitatis præmia.*

6 Ita Ms. Vatic. 1518. et recentiores editiones. In Mss. Vatic. 2964. et 4198. veteribusque editionibus, *tanto gratior.*

NOTÆ

hæreditatum successores, antecedant filios, qui natu grandiores sunt. Lycii populi filias, non filios, hæredes nuncupant, et a matribus cognomenta ferunt: qui etiam apud Cantabros vetus erat mos, ut, maribus omissis, filias ex asse instituerent.

[s] *Si liberi non sunt*] Nullum itaque testamentum, nulla his adoptio. Itaque de Germanis non est intelligendum quod habet Diodor. Sicul. Hist. v. 2. 'Juno, [ut adoptaret Herculem consilio Jovis,] cum in lectum ascendisset, sumtum juxta corpus Herculem, per vestes inferius in terram demisit, verum partum imitata; sicut et nunc usque in filiorum adoptatione observant barbari.'

[t] *Quo major affinium numerus*] Eo gratiosior senectus, quo pluribus munimentis præsidiisque nititur. Pater numerosæ familiæ eo majus præsidium habet in bello, decus in pace: tanto plures habet vindices, si privatæ inimicitiæ vindicandæ; plures comites, quos ipse ducat, vel principi offerat, si prælia ineunda sint; eo major globus seu cuneus cognatorum ac propinquorum, cum pugnandum erit. Quippe 'id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat: expetuntur enim legationibus,' &c.

[u] *Nec ulla orbitatis pretia*] Apud Germanos non erant, qui senes *orbos* captarent, quales multi Romæ. Ammianus Marcellinus l. XIV. refert: 'Suo sæculo vile existimatum quicquid extra urbis pomœrium natum fuisset, præter orbos et cœlibes: nec credi posse, qua obsequiorum diversitate colantur homines sine liberis Romæ; ut his, qui patres sunt, tanquam in capita mendicorum acerbius cœlibes dominentur.'

Captatorem notat in Paradoxis Cicero: 'Quem nutum locupletis orbi senis non observat? loquitur ad voluntatem; quicquid denuntiatum sit, facit, assentatur, assidet, miratur.'

Tacitus Annal. XIV. de Pompeio Silvano; 'valuitque pecuniosa orbitate et senecta, quam ultra eorum vitam produxit quorum ambitu evaserat.' *Rhenanus.* Sic Tac. XIV. 13. de Seneca: 'Romæ testamenta et orbos velut indagine ejus capi.' Plinius IV. epist. 15. 'Plerisque etiam singulos filios orbitatis præmia graves faciunt.'

De his facete Petronius: 'Quoscumque in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos: nam aut captantur, aut captant.' Et paulo post: 'videbitis oppidum, tanquam in pestilentia campos, in quibus nihil aliud est, nisi cadavera quæ lacerantur, aut corvi qui lacerant.'

21. Suscipere tam inimicitias, seu patris, seu propinqui, quam amicitias, necesse est: nec implacabiles[v] durant. Luitur[w] enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero,[x] recipitque satisfactionem[y] universa domus: utiliter[1] in publicum;[z] quia periculosiores sunt inimicitiæ

*Subire ac sustinere perinde oportet odia, seu parentis, seu proximi, atque amicitias: nec inexorabiles manent. Exsolvitur quippe etiam cædes hominis certa copia jumentorum ac pecorum, et tota familia satisfactionem admittit: non sine utilitate*

1 Cod. Kapp. *utilitate.*

## NOTÆ

Seneca ipse Consolat. ad Martiam: 'Ut minime probabili, sed vero solatio utar: in civitate nostra plus gratiæ orbitas confert, quam eripit. Adeoque senectutem solitudo, quæ solebat destruere, ad potentiam ducit; ut quidam odia filiorum simulent, et liberos ejurent et orbitatem manu faciant.'

[v] *Nec implacabiles*] Quintil. declam. 9. 'Decuerat quidem simultates, quas maxime omnium mortales esse voluere sapientes, in his desinere, in quibus nascerentur. Nam sic quoque immodicas serit discordiarum fortuna causas, etiam si non hæreditaria subeamus odia, nec diutius inimicitiæ maneant, quam inimici.'

[w] *Luitur*] Luebatur homicidium apud Germanos mulcta pecuniaria. Ita receptum apud Cimbros fuit, usque ad Christianum III. regem, qui *Capital* serio introduxit. *Colerus.*

*Luitur ... certo armentorum*] Sic lex XII. Tab. 'Si quis hominem sine dolo malo occiderit, pro capite occisi et natis ejus in concione arietem substituto.'

[x] *Certo armentorum ... numero*] Qui mos olim Romæ. Plin. XVIII. 3. 'Mulctatio quoque non nisi ovium boumque impendio dicebatur: non omittenda priscarum legum benevolentia; cautum quippe est, ne bovem, prinsquam ovem, nominaret, qui indiceret mulctam.'

[y] *Recipitque satisfactionem*] Male vertit Interpres Gall. quasi tota familia reciperet illa armenta, quæ exsolverentur pro homicidio propinqui. Puto, recipiebat satisfactionem tota familia, id est, approbabat illa pecora seu pretium homicidii, et sic reconciliabatur; attamen armenta erant liberorum et fratrum occisi aut violati, velut jure successionis; non autem totius familiæ, quæ aliquando in immensum pateret.

Forte tamen tota familia recipiebat et participabat pretium cædis, ut et ferebat exsolvebatque partem damni, si aliquis suorum patraret cædem: si tamen excipis eos qui se separabant a parentela, ita ut hi neque pretium neque damnum communicarent; quod tamen jus sic se separandi forte repertum est post Taciti ævum.

*Recipitque satisfactionem universa domus*] Et etiam solvit similiter pretium cædis familia omnis, cum aliquis propinquorum homicidium patravit. Et inde disces, quid sit apud Tac. c. 21. 'Suscipere tam inimicitias, seu patris, seu propinqui, quam amicitias necesse est.'

[z] *Utiliter in publicum*] Debent re-

juxta libertatem.[a] Convictibus et hospitiis[b] non alia gens effusius indulget. Quemcumque mortalium arcere tecto,[c] nefas habetur: pro fortuna quisque apparatis epulis excipit.[2] Cum defecere,[3] qui modo hospes fuerat,[d] monstrator hospitii et comes, proximam domum non invitati adeunt: nec interest; pari humanitate accipiuntur. Notum igno-

*in remp. quia perniciosiores sunt offensiones et iræ proportione libertatis. Convivia et hospitia non alia natio largius lautiusque celebrat. Quemcumque mortalium prohibere penatibus, illicitum existimatur: pro opibus et facultate quisque convivia parat atque exhibet. Cum exhaustæ sunt* opes, epulæ, *qui jam hospes fuerat, ostensor hospitii et comes, propinquas ædes non vocati adeunt: nec refert; simili*

2 Ita vulgo Mss. et libri editi. In Ms. Vatic. 2964. *recipit.*—3 Sic veteres et recentiores editiones. Lipsius, *defecerit.*

## NOTÆ

mitti inimicitiæ Reipub. causa. Plutarch. Apophth. de Phocione: 'Cum cicutæ calix jam allatus esset, interrogatus, num quid ad filium diceret: Ego tibi, inquit, mando rogoque, ne quid Atheniensibus harum rerum memoria irascaris.'

[a] *Periculosiores sunt inimicitiæ juxta libertatem*] Id est, quo acrius libertatem tuentur æmulanturque Germani, eo *periculosiores inimicitiæ;* ideoque utiliter in publicum non sunt implacabiles, luunturque tandem certo pretio, quod approbat tota familia, ne in ultionem ultra prorumpant. Tota domus recipit satisfactionem, ne singuli ulcisci velint injuriam, et ut cesset in omnibus odium.

*Juxta libertatem*] In liberis populis inimicitiæ periculosæ, quibus vis et unio civium dissolvitur; qua concussa semel et sublata, externi hostes repelli vix possunt.

[b] *Hospitiis*] Nonne et reliquæ gentes Arctoæ? De Scythis ac Sarmatis, nulli ignotum: de Sclavis, testatur Leo Imperator, et Helmoldus. Salvianus l. VII. 'Franci mendaces, sed hospitales. Saxones crudelitate efferi, sed castitate mirandi.' Vindicant sibi hodieque laudem priscam Franci mei Orientales. Illud mirere quod Nicolaus scribit de Celtis, id est, Gallo-Germanis: 'Major decernitur pœna adversus eum qui peregrinum, quam qui civem occiderit. Cædes extranei morte punitur, civis, exilio tantum.'

[c] *Arcere tecto*] Propterea 'fores domorum nunquam claudunt,' ut idem Nicolaus narrat. Lex Salica, tit. 43. §. 46. 'Si quis Romanum hominem convivam Regis occiderit.' Lex Burgund. tit. 38. 'Quicumque hospiti venienti tectum aut focum negaverit 3. solidorum illatione mulctetur: si conviva Regis est, 6. solid. mulctæ nomine solvat.'

[d] *Cum defecit, qui modo hospes fuerat*] Certe rectus sensus sic efficitur; nam qui alias hospes fuerat, si forte absit, aut vita concessit, tunc *monstrator hospitii et comes,* simul proximam domum adeunt, &c. Sed verbum *defecit* non placet, et alia usus dictione foret hoc loco Tacitus: præterea ad quid iste *monstrator hospitii?* si scriptum fuit, *defecit,* aut *defecerit,* posset forte sic intelligi, *cum defecit fortuna,* et unde epulentur.

tumque, quantum ad jus hospitii, nemo discernit. Abeunti, si quid poposcerit,[4] concedere moris: et poscendi invicem eadem facilitas. Gaudent muneribus: sed nec data imputant, nec acceptis obligantur.[e]

22. Victus inter hospites comis.[1] Statim e somno, quem plerumque in diem[f] extrahunt, lavantur, sæpius calida,[g] ut apud quos plurimum hyems occupat. Lauti cibum capiunt: separatæ singulis sedes[h] et sua cuique mensa:[i] tum ad ne-

*comitate excipiuntur. Nemo distinguit notum ab ignoto, quod ad sanctitatem hospitii* pertinet. *Discedenti, si quid postulaveris, largiri solent: et postulandi mutuo eadem* est *facultas. Lætantur donis: sed nec datis* te *obligatum putant, nec iis quæ acceperint* ipsi *devinciuntur.*

*Vivendi ratio inter hospites plena humanitatis. Confestim a somno, quem sæpius in diem producunt, lavantur* aqua, *plerumque tepida, ut apud quos diu multumque sævit hyems. Lavati convivium ineunt: divisæ singulis sellæ, et sua cuilibet mensa:*

4 Sic bene Mss. Arundel. Vatic. 1518. 2964. et 4498. et veteres ac recentiores editiones. Rhenanus emendaverat, *poposceris*, quod et edunt Ryckius et Gronov. In Ms. Vatic. 1862. *poposcerunt*. Brotier.

1 Hæc, *victus inter hospites comis*, omnino spuria censet Cl. de la Bleterie: ideoque ea in sua interpretatione omisit. Nihil tamen mutaverim in tanto

## NOTÆ

*Cum defecere*] Epulæ nempe: tum qui domi exceperat, et *modo hospes* erat, monstrator *novi* hospitii et *comes, proximam domum non invitati* simul *adeunt*.

*Cum defecerit, qui modo hospes*] Sive legas, *defecerit*, vel *defecerint*, supple, *opes, epulæ*, idem sensus est. Sic infra 24. 'Tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo jactu de corpore contendant.'

e *Nec acceptis obligantur*] Carpit mores Romanorum, qui muneribus et pecunia corrupti prodebant Rempub. Sic olim notatus fuit M. Scaurus, qui ab senatu missus in Syriam, manus suas coinquinavit acceptis 400. talentis; quod munus erat Aristobuli et Hircani Regum Judææ. Et ea occasione dicere fas sit, quod Martialis: 'Odi dolosas munerum et malas artes; Imitantur hamos dona.'

f *Plerumque in diem*] Somniculosum genus Germani, Sarmatæ etiam et alii septentrionales, opinione Italorum veterum. Causa in natura magis, quam consuetudine. Nescio quid Aristoteles de locis palustribus et frigidis, Problem. ὅσα περὶ κράσεος. *Colerus*.

g *Sæpius calida*] Res ea ipsis exitio fuit apud aquas Sextias. Plutarchus Mario: 'Adversus eos primum pauci hostium pugnabant. Multi quippe tum prandebant post balneum, alii vero adhuc lavabantur. Hoc quippe loco erumpunt calidarum aquarum fontes.'

h *Separatæ singulis sedes*] Quæ sedes e gramine aut frondibus, et proprie tori. Strabo suggerit, qui de Gallis: 'sedentes cibum capiunt in toris gramineis.'

Posidonius apud Athen. fœnum eos sibi substravisse scribit: 'Celtæ,'

gotia, nec minus sæpe ad convivia, procedunt armati. Diem noctemque[j] continuare potando, nulli probrum. Crebræ, ut inter vinolentos,[2] rixæ,[k] raro conviciis, sæpius cæde et vulneribus transiguntur. Sed et de reconciliandis[3] invicem inimicis[l] et jungendis affinitatibus et asciscendis Principibus, de pace denique ac bello, plerumque in conviviis[m] consultant: tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incales-

*tum ad res* obeundas *contendunt armati, et sic etiam plerumque* adeunt *epulas. Diem noctemque absumere bibendo, nulli flagitio* vertitur. *Frequentes, ut inter temulentos, altercationes, raro contumeliis, sæpius nece et vulneribus dirimuntur. Sed sæpe et inter epulas deliberant de reconciliandis mutuo inimicis, et contrahendis necessitudinibus, et eligendis principibus, et de pace tandem belloque* agitant: *tanquam nulla* alia *magis occasione mens, vel ad sinceras meditationes aperiatur, vel ad*

librorum consensu; neque ea absona crediderim. *Brotier.*—2 Male tentat Rhenanus, *violentos.* Licet ulterioribus Germanis vinum non fuerit, alius erat potus, qui ebrietatem faceret. *Idem.*—3 Sic bene Mss. Vatic. Turic. et Rhenanus. In Ms. Arundel. et veteribus editionibus, *sed de reconciliatis.* Brotier.

## NOTÆ

inquit, 'pateras et libamina exhibent, fœnum subjicientes ac substernentes, et super mensas ligneas paulum e terra sublimes.' *Lipsius.*

[j] *Sua cuique mensa*] Igitur et sua cuique vasa ac fercula, et sibi quisque minister. Hoc de vulgo dictum putem. Sic tamen etiam hodie obtinet apud Sinas.

[j] *Diem noctemque*] Uti et de Persis Xenophon scribit in Pædia, l. VIII. extremo; qui, mirum, quam in pleraque omni ratione vitæ, immo et lingua, consentiant cum Germanis. *Lipsius.*

[k] *Crebræ, ut inter vinolentos, rixæ*] Hoc de Germanis, qui Rheno propiores sunt, accipiendum. Sic Annal. I. de Marsis, 'ac ne pax quidem, nisi languida et soluta, inter temulentos.' *Rhenanus.*

[l] *Reconciliandis invicem inimicis*] Sic ad duo valde diversa vino utebantur; nam ex vino rixæ et cædes, dein vino et epulis etiam ipsa hæc odia reconciliabantur.

[m] *De pace denique ac bello plerumque in conviviis*] Hæc eadem fere Persæ. Herod. l. I. 'De summa rerum inter pocula deliberant. Quod autem sibi consiliantibus placuit, id domus dominus, ubi convenerunt, iisdem sobriis postridie proponit: et si sobriis etiam placuerit, utuntur; sin minus, missum faciunt; postera die retractatur:' irritando scilicet, et sanciendo.

*In conviviis*] Plut. l. I. Sympos. 'Fuit vero Græcus, qui dixit: Consilium melius capiatur ventre repleto. Antiquissimi vero ipsum Bacchum, tanquam nil Mercurii egentem, Eubulem, hoc est, bonum consiliarium, et ejus gratia noctem Euphronem, quasi prudentiæ aptam appellaverunt.'

cat.[n] Gens non astuta,[o] nec[4] callida, aperit adhuc[5] secreta[p] pectoris licentia joci.[6][q] Ergo detecta et nuda omnium mens postera die retractatur,[r] et salva[7] utriusque temporis ratio

*magnas accendatur. Gens non vafra, nec subtilis, detegit etiam animi* sui *arcana, libertate loci. Igitur simplex et aperta omnium consultatio postridie rursus agita-*

—4 Vet. cod. apud Groslotium *aut callida.*—5 Ms. Arundel. cod. Kapp. *ad hoc.* Vet. ed. apud Jac. Gronov. *ad hæc.*—6 Sic bene Mss. Vatic. editiones veteres et recentiores. Male Lipsius, *loci.* Brot.—7 Frustra tentat Lipsius, *et sua utriusque temporis.* Idem.

## NOTÆ

[n] *Ad magnas incalescat*] Hor. Od. I. 18. 'Siccis omnia nam dura Deus proposuit, &c. Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?' Legatus Scytharum apud Plin. l. XIV. 22. 'Quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos.' Sic firmius deliberant.

[o] *Gens non astuta*] Prisca illa virtus Europæ jam diu infracta est, ingenuitas simplicitasque detrita. Nunc enim quantum vitiorum cujusque gentis proprium fuit, id ubique dispalatum, et ita cum aliis communicatum est, ut jam omnes fere gentes vivant moribus permixtis. Venit hæc flagitiorum servitus ab astutissimarum gentium moribus, quos admiramur, cupide sectamur et affectamus, dum nostros fastidimus et dediscimus. Sic dum exotica vituperia captamus, proprias laudes amittimus, dum vitiorum venena haurimus, germen virtutis propriæ exstinguimus. Experimur, quanta sit æquitas in judiciis, fides in negotiis, virtus in bellis, quæ verius latrocinia dixeris. Certe frequentium legationum commercia, gentium simplicitatem mutarunt in versutiam, dum vitia externa effundunt, virtutes sibi proprias relinquunt. *Paschalius in Legato.*

[p] *Aperit adhuc secreta*] Recte, *adhuc:* Quamvis, inquit, a se apertus Germanus, magis tamen *adhuc* mentem labiis gestat, hilaratus poculis. *Adhuc* notat, amplius, præterea, et insuper. *Gruterus.*

[q] *Licentia loci*] Non dicit cujus loci. An ipsius convivii, quo solos amicos vocari putabant? Forte potius, quia tales epulæ, quæ veluti concilia seu conventus nationis erant, celebrabantur in aliqua sylva sacra, ubi *licentia loci* fuit; et quia sacer locus ille et arcanus, ideo secreta pectoris facilius aperiebant. Sic enim supra Hist. IV. 14. 'Civilis primores gentis, et promtissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitia incaluisse videt, a laude gloriaque gentis orsus,' &c. Vertunt tamen, licentia ac libertate, in ea regione, id est, Germania, usurpari solita; non pravo sensu, sed qui tamen non est Taciti, ut puto. Ad mentem aperiendam confert ingenium hominum seu gentis simplicitas, sed non *locus* præcise aut regio, et aliter mentem suam declarasset Tacitus. Igitur dicit *licentia loci:* vel quia soli compotores et amici aderant, vel quia in specubus subterraneis epulabantur, vel quia in sacris sylvis et arcanis, ut diximus. Licentia loci, id est forte convivii: quasi sacra mensæ defendant contra dolum et insidias malamque fidem.

[r] *Postera die retractatur*] *Retractari* hic, non est *refutari*, aut *repudiari*,

est.[x] Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt.

23. Potui humor ex hordeo aut frumento,[s] in quandam similitudinem vini corruptus.[1] Proximi ripæ et vinum mer-

*tur, et constat ratio utriusque temporis. Consultant, dum dissimulare nesciunt; decernunt, dum errare nequeunt.*

*Potui* suppetit *liquor ex hordeo vel tritico, in speciem quandam vini maceratus.*

1 Ms. Arundel. *corrupti.*

NOTÆ

sed denuo sive diligentius tractari, in manum resumi, recognosci.

Sic Plinius lib. IX. epist. 10. 'Orationculam unam et alteram retractavi.' Sueton. Aug. 34. 'Leges retractavit et quasdam ex integro sanxit.' *Berneggerus.*

[x] *Et salva utriusque temporis ratio est*] Ego scribo, *et sua utriusque temporis.* Interpretor: Germani in conviviis et compotationibus deliberant quidem agitantque res graves: sed easdem sobrii recoquunt et retractant.

Utrique rei *sua* quædam *ratio est.* Rationem autem addit, 'deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt.' Ex quo discimus, Germanos in convivii illa licentia proposuisse quidem seria: sed eadem conclusisse et finisse, non nisi matutinos et serios. Idemque mos fuit Persarum; testis Strabo: '*In* vino,' inquit, 'de rebus gravissimis deliberant; et hæc firmiora putant, quam quæ jejuni statuerunt.' Fuit et mos Cretensium, et Græcorum omnium veterum. *Lips.*

*Salva utriusque temporis*] Recte, *salva.* Ita Plinius in Paneg. cap. 92. 'Salva diligentiæ tuæ ratione,' id est, Ut tibi ratio diligentiæ tuæ constet, ut nihil tibi videaris contra consuetam diligentiam tuam fecisse. Romani et Græci convivantes *in crastinum res serias* proferunt, ita ut eis alterius temporis ratio non constet, nec salva sit, quippe quod tantum per lusum et lasciviam trahatur.

At boni Germani temperant suas ferias utili negotio deliberandi, atque adeo non tantummodo, cum retractant consulta sobrii, sed etiam dum consultant uvidi ac saucii, temporis salvam rationem habent. *Gronov.*

[s] *Potui humor ex hordeo aut frumento*] Cervisiam intelligit, quæ etiam hodie in usu frequenti apud Germanos, Sarmatas, Belgas, et Anglos. Dio Cassius l. XLIX. de Pannoniis ait: 'Hordeum et milium edunt, et potum ex eis conficiunt.' Plinius l. II. capite ultimo in fine: 'Ex iisdem [frugibus] fiunt et potus, Zythum in Ægypto, Cælia et Ceria in Hispania, Cervisia et plura genera in Gallia aliisque provinciis.'

Ulpianus in l. IX. D. de tritico, vino vel oleo legato: 'Si quis vinum legaverit, Zythum, quod in quibusdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, non continebitur. Simili modo nec carnum, nec cervisia continebitur.'

Ammian. Marcel. l. XXVI. hujusmodi potum, *Sabaiam* vocat, his verbis: 'Est autem Sabaia ex hordeo vel frumento, in liquorem conversus, paupertinus in Illyrico potus.' *Pichen.*

*Ex hordeo*] Diodor. Sicul. Hist.

cantur.[t] Cibi simplices:[u] agrestia poma, recens fera,[v] aut lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis, expellunt famem. Adversus sitim non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati,[w] suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis,[z] quam armis, vincentur.[x]

24. Genus spectaculorum[y] unum atque in omni cœtu

*Vicini Rheno* etiam *et vinum emunt. Cibi faciles paratu: sylvestres fructus, recenter occisa bellua, aut lac coagulatum. Sine luxu, sine delinimentis abigunt famem: contra sitim non eadem abstinentia. Si concesseris temulentiæ, suppeditando quantum cupiunt, perinde facile intemperantia, atque bello superabuntur.*

*Species oblectamentorum una atque eadem est in omni conventu. Intecti ado-*

—2 Ms. Bamberg. *vino, quam armis.* Quod nonnulli probant, sed immerito. Frigidum enim est. Hic agitur de ebrietatis vitiis. *Brotier.*

NOTÆ

l. I. 'Si qua regio vitibus inepta esset, docuit [Osiris] ex hordeo potum fieri, haud multum virtute gustuque vino inferiorem.'

[t] *Vinum mercantur*] Diodorus Sic. l. VI. 'Vino præter modum adeo delectantur, ut a mercatoribus importatum purum bibant: nimioque potu ebrii, aut in somnum incidant, aut insaniam. Quo fit ut mercatores Italici plures, quæstu ducti, vinum tum navibus, tum per terram curribus deferentes, pincernam puerum mercentur pro vini amphora.'

[u] *Cibi simplices*] Pultiphagos etiam fuisse constat. Plinius XVIII. 17. 'Primum omnium frumenti vitium avena est, et hordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti fit instar: quippe cum Germaniæ populi edant eam, neque alia pulte vivant.'

[v] *Recens fera*] Puto, quia nondum carnes sale condiebant, nec forte assabant aut igni coquebant; idcirco *recenti fera* vescebantur. Sic apud Melam c. 8. de populis Africæ: 'Cibus est caro plurimum ferina. Nam gregibus (quia id solum optimum est), quoad potest, parcitur.' *Recens*, id est, a cæde rubens. Mela l. III. 3. de Germanis: 'Victu ita asperi inculti-que, ut cruda etiam carne vescantur, aut recenti, aut cum rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis, manibus pedibusque subigendo, renovarunt.'

[w] *Si indulseris ebrietati*] Attamen est aliqua vis cerebri et mentis. Sic exploratur bibendo merum, an valida, an cauta, an firma satis sit mens hominis. Apud Xenoph. Cyrus junior inter alias dotes prædicat se vinum bibere egregie, et ferre fortius quam fratrem: et Strabo l. XV. dicit inscriptum fuisse monumento Darii Histaspis filii hunc titulum: 'Potui large vinum bibere, idque egregie sustinere.'

[x] *Vitiis, quam armis, vincentur*] Frustra vox, *vino*. Nam *vitiis*, id est, nimio vino, et *τὴν οἰνοφλυγίαν* seu ebrietatem consequentibus malis.

*Vinci* autem suis eos *vitiis* dicit; ut apud Justinum Scythæ, 'prius ebrietate, quam bello vincuntur.' *Gronov.*

[y] *Genus spectaculorum*] Julian. Misopog. de se loquitur, et de Gallis Germanisque: 'Vixi inter ferocissimos et bellicosissimos populos, qui Venerem, nuptiarum Deam, conjugii prolisque gratia, et Bacchum lætitiæ datorem, vini, quantum cuique suffi-

idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios[2] se atque infestas frameas saltu jaciunt. Exercitatio artem paravit,[1] ars decorem: non in quæstum tamen, aut mercedem; quamvis audacis lasciviæ pretium est, voluptas spectantium. Aleam (quod mirere)[2] sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut, cum omnia defecerunt,[3] extremo ac novissimo jactu de libertate et de corpore[a]

*lescentes, qui tale spectaculum exhibent, saltu se immittunt per enses, et infensas lanceas. Exercitium artem fecit, dexteritas speciem et elegantiam: non in lucrum tamen aut pretium; licet audacis petulantiæ præmium est, oblectatio intuentium.* Ludi *aleam (quod stupeas) sicci, velut rem* gravem et *seriam usurpant, tanta lucrandi aut perdendi, audacia, ut, cum omnia amiserunt, ultima ac suprema fortuna,*

1 Ita bene Rhenanus e Cod. Kapp. In veteribus editionibus, *parat*. Brotier. *parat* placet Bipont.—2 Sic bene Ms. Vatic. 4498. et libri omnes editi. In Ms. Vatic. 1518. *miretur*. Ms. Vatic. 2964. *Aleam quidem, quod mirere*. Brotier.—3 Ms. Turic. *defecerint*.

## NOTÆ

ciat, potandi causa, tantum norunt. Petulantia vero nulla est in theatris, neque insolentia, neque in scenam cordax admittitur.' Et infra, cum saltatores inducti essent in aulam cujusdam regis Celtarum, sic addit: 'Saltatores cum artem suam exhibuissent in aula, statim illos deseruerunt spreveruntque viri fortissimi, quod furentibus et fanaticis similes viderentur. Et mihi similiter hic visum est theatrum perridiculum,' &c.

[2] *Inter gladios*] Sic fere, qui Cybisteteres a Græcis, quasi urinatores, dicti sunt saltatores quidam, qui in caput convolvi, manibus pedibusque adductis, didicerunt. Quod genus saltationis aut exercitii Cybistema dicitur a Luciano in capite de Gymnasiis. Factitari id hodie a Petauristis videmus, cum corpore in spiram contracto in caput provolvuntur: Trinabola lingua populari dicitur. A cubo, id est, tessera, verbum id deductum; qui, cum in alveolum jacitur, hoc modo convolvitur. *Budæus*. Sic saliunt per transversos enses.

[a] *De libertate et de corpore*] Hoc aleæ studium pertinax Hunnis attribuit D. Ambrosius de Tobia cap. 11. 'Ferunt Hunnos, cum sine legibus vivant, aleæ solius legibus obedire, in procinctu ludere; tesseras simul et arma portare, et plures suis, quam hostilibus ictibus, interire. In victoria sua captivos fieri, et spolia suorum perpeti, quæ pati ab hoste nequiverint.'

Et statim: 'Frequenter autem tanto ardore rapi, ut cum ea quæ sola magna æstimant, arma victus tradiderit, ad unum aleæ jactum vitam suam potestati, vel victoris, vel fœneratoris, addicat. Denique constat, quod quidam et Imperatori Romano cognitus, in fide pretium servitutis, quod sibi tali sorte superatus intulerat, suppliciis imperatæ mortis exsolverit.' *Lipsius*.

*De libertate et de corpore*] Fere unum et idem est, et vix distinguas inter libertatem amittere, et corporis sui

contendant. Victus voluntariam servitutem adit: quamvis juvenior,[4] quamvis robustior, alligari se ac venire patitur: ea est in re prava pervicacia: ipsi fidem vocant.[b] Servos conditionis hujus per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriæ exsolvant.[c]

25. Ceteris servis,[d] non in nostrum morem, descriptis per

*de libertate et de persona certent. Superatus spontaneum servitium subit: licet junior, licet validior, vinciri se ac venundari sinit: tanta est in re mala pertinacia; ipsi* constantiam seu *fidem appellant. Hujus sortis mancipia mercatoribus vendunt, ut se etiam rubore* talis *victoriæ liberent.*

*Ceteris famulis, non pro ritu nostro, utuntur, ad præscripta per domum munia.*

4 Sic Mss. Vatic. et Cod. Kapp. Libri editi cum Brotier. Gronov. et Ryck. dant *junior*.

NOTÆ

dominium perdere. Quamdiu durat servitus, tamdiu corpus alteri mancipatur. Vita, corpus, vires, opes, omnia sunt possidentis.

*De libertate*] Sic et Romani vitam ludebant. Athen. IV. scribit 'apud Romanos, iis qui se percuti securi velint, ut ad hæredes merces ea perveniat, minas quinque promitti, ac sæpiuscule complures, perscriptis nominibus apud judices, litigare, unoquoque disceptante, æquissimum esse, sic se cruciari et ad supplicium trahi.'

Idem Athen. 24. 'Seleucus ex Thracibus quosdam in conviviis scribit suspendium ludere, tereti laqueo altiori cuidam loco adoptato, subjectoque ad perpendiculum saxo volubili, si quis ascendisset. Illos ergo sortiri, et cui sors evenisset, falcem eum manu tenentem insistere lapidi, ac collo restim innectere, aliumque tum accedentem, saxum pellere; quo fugiente, nisi mox falce laqueum abscindat, qui pendet, strangulatur; aliis ridentibus, qui mortem ejus pro joco haberent.'

[b] *Ipsi fidem vocant*] In re dissimili jactarunt Frisii: 'Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse.' Tac. Ann. XVI. Suet. Claudio.

[c] *Ut se quoque pudore victoriæ exsolvant*] Quasi diceret, Ut non solum victum captivumque pudore talis servitutis exsolvant, sed etiam seipsos, qui vicerunt, probro talis victoriæ liberent; vel etiam ut se pudore et verecundia victi viventis videntisque exonerent. Nam qui sine pudore vicinum forte et amicum, cum quo modo ex æquo luserint, sorte iniqua sibi servientem videant? Ideoque illos extraneis vendunt.

[d] *Ceteris servis*] Non utuntur ceteris servis Germani, ut nos, ad ministeria diversa intra domum cuilibet præscripta. Quilibet servus Germanorum suam propriam domum regit, nec se immiscet domini penatibus. Domestica ministeria, seu officia, uxor et liberi exequuntur. Intelligit, non habuisse Germanos domi eam multitudinem servorum, quales habuere Romani per nationes, colores, et ætates descriptos. Sed quidni nobiles et ditiores habuere aliquos etiam servos ad ministeria penatum? Describit vulgus et morem gentis in universum, non principes, aut potentiores, ut plurimum.

familiam ministeriis,[1] utuntur. Suam quisque sedem, suos Penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, ut colono, injungit: et servus hactenus paret. Cetera domus officia uxor ac liberi exequuntur. Verberare servum ac vinculis et opere coërcere, rarum.[2] Occidere solent, non disciplina et severitate,[e] sed impetu et ira,[f] ut inimicum, nisi quod impune.[3] Libertini[4] non multum supra servos sunt, raro aliquod[5] momentum in domo, nunquam in civitate; exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur.[6] Ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini[g] libertatis argumentum sunt.

26. Fœnus agitare et in usuras extendere, ignotum: ideoque magis servatur,[1h] quam si vetitum esset. Agri, pro

*Suum quisque prædium, suam domum gubernat. Frumenti mensuram dominus imperat, vel* numerum *pecorum, aut vestis, tanquam agricolæ, præscribit: et servus huc usque obedit. Reliqua ministeria, conjux et liberi exhibent. Raro plagas infligunt servo, aut catenis et labore cohibent. Necare solent, non lege et disciplina, sed impetu et iracundia, ut hostem, nisi quod sine pœnæ metu. Liberti non admodum servis præeminent, raro aliquam auctoritatem habent in familia, nunquam in rep. demtis tantum iis nationibus, quæ reges habent. Illic enim etiam liberos et illustres antecellunt: apud reliquos inferiores liberti libertatis specimen ostendunt.*

*Usuram exercere et fœnore opes augere inusitatum* est; *ideoque magis observatur,*

1 Ms. Vatic. 1862. *ministris.* Ms. Vatic. 2964. *ministeriis suis.*—2 Cod. Kapp. sic: *verberant servum, ac vinculis et opere coercere, rarum occidere solent.* Ernest.—3 Mss. Vatic. et Turic. *impune est.*—4 Libri omnes ante Ernestum, *liberti.* Recte emendavit, *libertini:* sic enim mox infra legebatur, *impares libertini.* Atque hic non de singularum domorum libertis, sed de ipso hominum ordine, qui *libertini* vocantur, ut videre est apud Ciceronem, Verr. I. 47. *Brotier.*—5 Ms. Arundel. *aliquid momenti.*—6 Ita bene Mss. Vatic. 1518. et 4498. libri quoque omnes editi. In Ms. Vatic. 2964. *regnant.* Brotier.

1 Frustra tentat Lipsius, *spernitur* aut *spernatur.* Emendat Salmasius, *aversantur.* Ferri potest vulgata scriptura. Nempe non agitare fœnus, in

NOTÆ

[e] *Non disciplina et severitate*] Quemadmodum Romani, qui habuere olim jus vitæ et necis in servos, et quos in exemplum occidebant, ut ceteram familiam tali severitate continerent.

[f] *Impetu et ira*] Hoc ita in Septentrionis tractu, ut Holsatia, atque alibi; etiam hodie Germani: et per mores licet. *Lipsius.*

[g] *Impares libertini*] Apud ceteras nationes liberti seu orti ex libertis, impares liberis et ingenuis. Et sic quid libertas sit, aut valeat, ostendunt. At non ita in 'gentibus, quæ regnantur;' ubi libertini magni *momenti* sunt, et se efferunt supra ingenuos.

[h] *Ideoque magis servatur*] Capien-

numero cultorum, ab universis in vices[2] occupantur,[i] quos mox inter se, secundum dignationem, partiuntur:[j] facilita-

*quam si prohibitum esset. Arva, pro multitudine colonorum, ab omnibus vicissim occupantur, quæ deinde dividunt inter se, juxta* cujusque *dignitatem: agrorum am-*

usuras non extendere, id, cum sit ignotum, magis servatur, quam si vetitum esset. Sic supra c. 19. 'Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.' *Brotier.*—2 Brotierus cum Gronov. et Ryck. *per vices;* et ita Puteolanus, ac deinde ceteri omnes. Mss. Vatic. 1862. et 2964. et Cod. Kapp. *in vices;* et sic Bipont. Ms. Vatic. 1518. et edit. Spir. *universis vices.* Ms. Vatic.

NOTÆ

dum, quasi de interdicto præivisset. *Lipsius.*

*Ideoque magis servatur*] Respicit ad vocem, *ignotum.* Illa, inquit, ignorantia magis *servatur*, id est, minus facit peccare, quam legum auctoritas. Fit enim, nescio quo humani ingenii vitio, ut magis vetita legibus persequamur vitia. *Colerus.*

Lege: *ideoque magis aversantur.* Salmasius.

Quomodo *aversantur*, si sibi est *ignotum?* Loquendi ratio elliptica est. Magis servatur mos ille non *agitandi fœnoris* et *in usuras extendendi*, quam si vetitum esset. Quare magis *servatur?* quia iis est *ignotum.* Heraldus.

*Ideoque magis*] Magis valent boni mores, quam multæ leges. Plus valet non nosse vitia, quam didicisse leges, quæ vetant.

[i] *In vices occupantur*] Vulgo *per vices occupantur.* Quomodo id factum sit, Cæsarem declarare existimo l. IV. ubi de Suevis: 'Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, suis ex finibus educunt. Reliqui domi manent, pro se atque illis colunt: hi, rursus invicem, anno post, in armis sunt.'

An enim hoc non est agros per vices occupari a pagis seu *vicis?* Colerus.

Satis placet *per vices.* Cæsar l. VI. Gall. 'Agriculturæ non student: neque quisquam agri modum certum ac fines proprios habet: sed magistratus in annos singulos gentibus nationibusque hominum, qui una coierunt, quantum eis, et quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno post alio transire cogunt.'

Ergo, quia nulla perpetua possessio est, et quotannis alia tribus paterve familias in alterius tribus arationem succedit, ideo *vices* dicuntur. Idem de veteribus Ægyptiis tradit Herodotus l. II. Simile et de Dalmatis narrant: sed *vices* istorum tantum post octo annos redibant. *Gronovius.*

[j] *Inter se, &c. partiuntur*] Quod intelligo intra eundem pagum, vel ad summum intra eandem nationem: nam si vicissim gentes omnes illæ Germanicæ sedes et agros permutarent, quæ turba? Et cur gentes hæ invicem decertarent, ita ut sexaginta millia perierint uno prælio, teste Tacito? Quæ causa belli, si terræ invicem permutarentur? Puto, intra eundem pagum aut certe civitatem unam, sistendæ illæ permutationes, quæ fiebant auctoritate Magistratuum. Rationem reddit Tacitus, cur id facile possent; scil. quia immensa camporum spatia; quia seges tantum terræ mandabatur, nec pomaria serebant, neque prata aut hortos rigabant. Difficultas tantum foret de

tem partiendi camporum spatia præstant.[3] Arva per annos mutant:[k] et superest ager; nec enim cum ubertate[l] et amplitudine soli labore[4] contendunt,[m] ut pomaria conserant et prata separent[5] [n] et hortos rigent: sola terræ seges impera-

*plitudo exhibet copiam et facilitatem distribuendi. Terras singulis annis permutant: et solum abunde sufficit; nec enim cum fertilitate et spatio agri* opera aut *labore certant, ut viridaria conserant, et prata dividant, hortosque irrigent: solæ*

4498. *vice.* Ms. Bamberg. *ab universis vicis occupantur.*—3 Mss. Vatic. 2964. et 4498. *præbent.* In Ms. Vatic. 1518. *præstant:* at scriptum quoque supra, *præbent.*—4 Ms. Vatic. 2964. et editiones veteres, *laborare.* Bene Mss. Vatic. 1518. et 4498. ac Rhenanus, *labore.* Brotier.—5 Rhenanus et Lipsius, *sepiant.* Mallet Cluverius, *prata rigent, et hortos sepiant.*

## NOTÆ

tectis et receptaculis armentorum, quæ forte non mutabant. Si intra eundem pagum terræ sibi assignarentur, permutabant forte terras, non domos, non pecora, aut servos.

*Per vices*, et *per vicos*, fere in eundem sensum recidit. *Per vices* designat tempus; *per vicos*, loca et agros: at scripsit Tacitus *per vices*, et sic aliis populis etiam usurpatum; quod forte statim explicat: 'arva per annos mutant.'

[k] *Arva per annos mutant*] Mutatio ista jussu magistratuum fiebat, ut colligitur ex Cæsare l. VI. 'Atque anno post alio transire cogunt:' ne scilicet agriculturæ studio homines caperentur. *Pichena.*

*Mutant arva ... superest ager*] Quod describit Seneca epist. 90. 'Statum quidem generis humani, non alium quisquam suspexerit magis, nec si cui permittat Deus terrena formare, et dare gentibus mores, aliud probaverit, quam quod apud illos fuisse memoratur, apud quos nulla subigebant arva coloni: 'Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant; ipsaque tellus Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.' Quid hominum illo genere felicius? in commune rerum natura fruebantur: sufficiebat illa, ut parens, in tutelam omnium.'

*Per annos*] Hoc a Scythis habuere Germani Hor. Od. III. 24. 'Campestres melius Scythæ, Quorum plaustra vagos rite trahunt domos, Vivunt, et rigidi Getæ; Immetata quibus jugera liberas Fruges, et Cererem ferunt; Nec cultura placet longior annua; Defunctumque laboribus Æquali recreat sorte vicarius.'

[l] *Cum ubertate*] Ubertatem et amplitudinem soli sequi, æmulari, aut suo labore et opera adæquare non contendunt.

[m] *Amplitudine soli labore contendunt*] Columella, de re Rust. I. 3. 'Acutissimam gentem Pœnos dixisse convenit, imbecilliorem agrum quam agricolam esse debere: quoniam, cum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum.'

[n] *Prata separent*] Frustra *sepiant.* Recte *separent.* Sensus est: Populos illos, in magna soli ubertate atque amplitudine, solitos non fuisse pomaria conserere, hortos rigare, et prata a reliquis agris separare animi causa; sed segeti tantum operam insumere: ideoque semper supererat ager. *Pichena.*

Non tantum animi causa separan-

tur.[o] Unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species: hyems et ver et æstas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur.

27. Funerum nulla ambitio; id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis[p] crementur. Struem rogi nec vestibus,[q] nec odoribus,[r] cumulant: sua cuique arma,[s] quorundam igni et equus adjicitur. Sepulcrum ces-

*terris fruges mandantur. Quare annum etiam ipsum non in totidem distinguunt tempestates: hyems et ver, et æstas,* quid sint, *re et nomine cognoscuntur: autumni vocabulum et opes perinde nesciuntur.*

*Exequiarum nulla ostentatio; id unum* ex more *celebratur, ut cadavera illustrium virorum certis lignis comburantur. Molem,* seu congeriem *busti nec pannis, nec aromatis, complent; sua cuique arma, nonnullorum rogo* etiam *et equus subjicitur.*

## NOTÆ

tur prata, sed ne grassentur pecora, et ut gramen servetur ipsis in hybernum tempus, quo sæviunt nives et hybernæ glacies. Sicque separantur prata, fructus et emolumenti causa.

*Prata separent*] Alii volunt, *prata rigent, hortos sepiant;* sed ea simul sumi debent et intelligi; ita ut prata et hortos separent, simul et rigent: nam eadem ratio est prata separandi et rigandi, sicut et hortos. Sic supra Tac. 'Donec ætas separet ingenuos, virtus agnoscat.' At virtus debet et separare simul et agnoscere ingenuos, et ætas item separare et agnoscere; quia sine illa virtus existere aut enitere nequit.

[o] *Sola terræ seges imperatur*] Virg. 'Ut quamvis avido parerent arva colono.' Mandat agricola et imperat, paret ager.

[p] *Certis lignis*] Idem Saxo: 'Deinde rogum exstruit, Danis inauratam Regis sui puppim in flammæ fomentum conjicere jussis.'

[q] *Struem rogi nec vestibus*] Sic enim Romani vestes odoresque congerebant, et una cum corpore per honorem cremabant; et Persæ, suo luxu et opulentia, talia multa in sepulcrum simul cum mortuo rege inferebant; a quibus suam magnificentiam mox Romani sumsere et ignem, totamque imperii gloriam. Refert Arrianus ubi de Cyri monumento: 'Lectum fuisse ad tumulum regis, cujus pedes auro solido conflati erant, et tapetem Babylonio ritu contextum, et hypostromata purpurea, et stragulas inesse et candys, et alias tunicas operis Babylonii et braccas Medicas, et vestes hyacinthinas; quarum aliæ essent purpureæ et aliæ variorum colorum intextorum: ibi esse et torques et armillas et acinaces; et inaures auri, et lapillorum, et mensam auream.' Quæ, scil. omnia, sic disposita, ut exornarent corpus et sepulcrum regis, non autem, ut igni urerentur: nam mortuos non cremarunt Persæ, ne ignem, quem Numinis loco habebant, polluere viderentur.

*Struem rogi*] Obrui cadavera, non ostentari, neque onerosa pompa proponi debent. Horat. Od. l. II. 20. 'Compesce clamorem, ac sepulcri Mitte supervacuos honores.'

[r] *Nec odoribus*] Respicit hic simulque carpit luxum Romanorum, qui vestes odoresque et aromata varii generis in rogum et ambitiose cumulabant, officio in mortuos sumtuoso et inani.

[s] *Sua cuique arma*] Saxo Gramma-

pes erigit.[t] Monumentorum arduum[u] et operosum[1] hono-

*Cespite* seu aggere *tumulus exstruitur. Sepulcrorum excelsam et laboriosam glo-*

1 Ita bene Rhenanus e Cod. Kapp. In veteribus editionibus, *peroperosum.*

NOTÆ

ticus l. VIII. 'Cumque superjectum ignis cadaver absumeret, mœrentes circuire proceres, impensiusque hortari cunctos cœpit, uti arma, aurum et quodcumque optimum esset, liberaliter in nutrimentum rogi sub tanti taliterque apud omnes meriti regis corpore transmitterent.'

*Sua cuique arma*] Usurpatum simile decus olim in fœminis. Plut. lib. de Socratis Dæmonio, ubi de sepulcro Alcmenæ: 'Inventa est cum reliquiis corporis armilla ænea, non magna: et duæ fictiles amphoræ, terram intus habentes,' &c.

*Sua cuique arma*] Quintilianus Declam. 369. 'Quidam arma de sepulcro viri fortis, suis consumtis, sustulit, victor reposuit, reus est violati sepulcri.' Notum illud Virg. VI. Æneid. 'At pius Æneas ingenti mole sepulcrum Imposuit, suaque arma viro,' &c. De armis et equis mos duravit. Leges Henrici I. c. 83. 'Ipsum corpus solito defunctorum more componat: ... super clypeum, si habeat, et lanceam suam figat, et arma circummittat, et equum adregniet.' Nec solum ad sepulcra virorum illustrium, sed etiam in delubris Deorum dicata sunt. Messalla Corvinus lib. de progenie Augusti: 'In templis arma et insigne armorum suspendit: nam post exactam militiam, laboresque militiæ, mos fuit suspendere arma. Ideo arma fixit Troja; Troja fuit inter arma templis affixa, armorum insigne,' id est, *sus.* Livius: 'Samnites præter ceteros apparatus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus fecerunt. Duo exercitus erant; scuta alterius auro, alterius argento cœlaverunt,' &c. ubi *insignia armorum* sunt scutorum et clypeorum picturæ, ac cœlaturæ. Olim in clypeis eorum, quorum essent, vel etiam avorum imagines effingi solitas, colligitur passim ex veteribus scriptoribus. Tito Livio l. V. Hist. Plinio l. XXXV. c. 2. Silio Italico l. XVII. et aliis: qui pridem clypei, si quidem in templis appenderentur, aurei ut plurimum erant; quod de Lucii et Caii Cæsaris clypeis observat Xiphilinus ex Dione, et auctor Panegyrici Constantino dicti, de ipsiusmet Augusti scuto, sub finem: 'Merito, igitur tibi, Constantine, ut nuper senatus signum Dei dedit, et paulo ante Italia scutum et coronam, cuncta aurea, dedicarunt, ut conscientiæ debitum aliqua ex parte relevarent. Debetur enim et divinitati simulacrum aureum, et virtuti scutum, et corona pietati.'

Atque in clypeorum ejusmodi dedicationibus epulas datas civibus docent inscriptiones aliquot veteres. Ex quibus colligitur, scuta virorum nobilium tumulis jam olim appensa, ac proinde eorum, quibus illa decorari solebant, armorum insignia; quod etiamnum passim fieri novimus. Idque olim pariter in usu fuisse, ut arma mortui sepulcro imponerentur.

[t] *Sepulcrum cespes erigit*] Quod non duravit. Nam postea ponticulum seu porticulum in tumulis, forte nobilium, exstruxere. Pactus legis Salicæ tit. 58. 'Si quis aristatonem super mortuum missum capulaverit, aut man-

rem, ut[a] gravem defunctis, aspernantur. Lamenta ac lacrymas cito,[v] dolorem et tristitiam tarde, ponunt.[3] Fœminis lugere honestum est;[w] viris meminisse.[x] Hæc in commune

*riam, tanquam importunam mortuis, contemnunt. Luctum fletumque statim omittunt, desiderium et mœstitiam sero. Mulieribus flere decorum est; viris recordari.*

Brotier.—2 Male Beroaldus, *et gravem.* Idem.—3 Ms. Arund. *deponunt;* quod e repetitione præcedentis syllabæ ortum. *Ernest.*

## NOTÆ

dualem, quod est structura, sive selave, qui est ponticulus [alii leg. *porticulus*] sicut more antiquorum faciendum fuit.'

[u] *Monumentorum arduum*] Contra sepulcra magnifica exstruebant populi Orientis. Diod. Siculus l. II. 'Ægyptii sane omnino parvi faciendum præsentis vitæ tempus esse putant: futuræ vero gloriam, quæ virtute comparatur, magni æstimandam. Domos nostras diversoria appellant, tanquam brevi tempore a nobis inhabitandas. Defunctorum sepulcra sempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum sit tempus, vocant. Ideo domus ædificandæ curam contemnunt. Circa sepulcrorum magnificentiam summum studium operamque impendunt.' Alibi: 'Domos ex arundinibus conficiebant: cujus rei vestigia penes pastores permansere, cum huc usque nulla alia nisi ex calamis facta habitacula probent.'

[v] *Lacrymas cito*] Plut. libello de Consolatione ad Apollonium. 'Eum, qui Lyciis leges posuit, aiunt mandasse civibus, ut, in luctu, veste uterentur muliebri. Significare volebat rem eam muliebrem esse, neque convenire viris moderatis, et liberali doctrinæ deditis. Est enim revera muliebre, imbecillisque et degeneris animi luctus, et ut ad eum mulieres viris, ita Barbari Græcis, ac deteriores præstantioribus sunt propensiores. Ac de ipsis Barbaris, si qui luctum exercent, non animosissimi, non Celtæ, non Galli, aut qui alii generoso sunt pleni spiritu, id faciunt, sed Ægyptii, Syrii, Lydi, aliique horum similes.'

[w] *Fœminis lugere honestum est*] Seneca epistola 64. 'Annum fœminis ad lugendum constituere majores, non ut tamdiu lugerent, sed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum.'

Nihil Tacitus hic de opinione Germanorum circa animæ statum: quod miror. Credebant enim cum Gallis animas esse immortales, ob quam causam fortissime dimicabant. Appianus de illis: 'Per ferociam audacissimi sunt, et mortem spernunt, propter spem, quam habent, reciperandæ vitæ.' Mela de Druidis III. 2. 'Unum ex iis, quæ præcipiunt in vulgus, effluit; videlicet, ut forent ad bella meliores, æternos esse animos, vitamque alteram apud manes.' *Colerus.*

*Fœminis lugere*] Seneca lib. de consol. ad Helviam, c. 15. 'Non ex intacto corpore tuo sanguis hic fluxit. Non est, quod utaris excusatione nominis muliebris, cui pæne concessum est immoderatum in lacrymas jus, non immensum tamen: et ideo majores decem mensium spatium lugentibus viros dederunt; ut cum pertinacia muliebris mœroris, publica constitutione deciderent: non prohibuerunt

de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus: nunc singularum gentium instituta ritusque, quatenus differant, quæ nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

28. Validiores[y] olim Gallorum res fuisse, summus auctorum D. Julius tradit:[z] eoque credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos.[a] Quantulum enim amnis obsta-

*Hæc in genere de universæ Germanicæ gentis initiis atque institutis comperimus: nunc persequar cujuslibet nationis mores cærimoniasque, quatenus discrepent, et qui populi e Germania transierint in Gallias,* ibique consederint.

*Potentiores firmioresque olim Gallorum res extitisse, præcipuus scriptorum D. Julius memorat: ideoque verisimile est, Gallos quoque in Germaniam transvectos*

NOTÆ

luctus, sed finierunt. Nam et infinito dolore, cum aliquem ex carissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est, et inhumana duritia. Optimum inter pietatem et rationem temperamentum est, et sentire desiderium, et opprimere.'

[x] *Viris meminisse*] Senec. epist. 99. 'Sic aves, sic feræ fœtus suos diligunt. Quarum concitatus est amor, et pæne rabidus; sed cum amissis totus exstinguitur. Hoc prudentem virum non decet: meminisse perseveret; lugere desinat.'

[y] *Validiores*] Virtutis Gallorum testis illa pecunia, tamdiu asservata in sanctiore ærario Romæ, in templo scil. Saturni, si forte bellum Gallicum ingrueret; quod ærarium tandem perfregit Cæsar, cum jactaret nihil amplius metuendum esse a Gallis, quos ipse devicisset. Testis illa vox Romanorum, qua fatentur, se cum aliis gentibus pugnavisse *pro gloria*, cum Gallis *pro salute*.

[z] *Divus Julius tradit*] Ejus verba sunt Comm. VI. 'Ac fuit antea tempus cum Germanos Galli virtute superarent, et ultro bella inferrent; ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent.'

Et paulo post: 'Nunc quod in eadem inopia, egestate, patientiaque Germani permanent, eodem victu et cultu corporis utuntur; Gallis autem, propinquitas, et transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atque usus largitur; paulatim assuefacti superari, multisque victi præliis, ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.' *Rhenanus.*

[a] *Gallos in Germaniam transgressos*] Sane tradit Livius l. v. 34. cum Ambigatus Biturix, rex Celtarum, magno natu ipse, regnum, prægravante multitudine, exonerare cupiens, quæ jam vix regi videbatur posse, Bellovesum ac Sigovesum sororis filios, impigros juvenes, missurum se esse, in quas Dii dedissent auguriis sedes, ostendisset, Sigoveso sortibus datos Hercynios saltus.

Ceterum quos Gallorum populos secum eduxerit, non commemorat nominatim, propter institutam de primum transcensis Alpibus narrationem; id quod a Belloveso factum.

At mihi fit probabile e Celtis Sigovesum habuisse et Andegavos, quando horum nomen hodieque extat in Hercynio saltu, qua Galliam aspectat.

Siquidem amœnissimam vallem eam

bat, quo minus, ut quæque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes, promiscuas adhuc[b] et nulla regnorum potentia divisas?[1] [c] Igitur inter Hercyniam sylvam[d] Rhenum-

esse. *Quantulum enim Rhenus arcebat, quominus, ut quælibet natio increverat, invaderet mutaretque terras, communes adhuc, et nullo regum imperio discretas? Ergo Helvetii occupavere* agros sitos *inter Hercynium saltum, Rhenumque et Mæ-*

1 Ita Rhenanus e Cod. Kapp. ac deinde ceteri omnes. In Ms. Bamberg.

## NOTÆ

illam, quæ est oppidulo Noppenaugiæ vicina, subjecta Cniebiso monasteriolo Benedictinæ factionis, vernacula Germanorum lingua *Andegast* appellat: in cujus extremo thermæ repertæ sunt ætate patrum nostrorum, recentibus vulneribus sanandis mirum in modum conducibiles.

Quod si liqueret Belovacos quoque e Belgis una cum illo transisse Rhenum, tribueremus illis vicinam vallem, quam vulgus *Volvacensem* vocat, quasi dicas Belvacensem, a Volvaco, seu fluvio, seu oppidulo, hoc est, Belovaco: ut Senonibus Gallis proximam Hercynii saltus partem, quam hæc ætas *Simonis nemus* cognominat.

Porro de *Tectosagibus Gallis*, qui trans Rhenum coloniam miserint, testatur Cæsar comment. VI. 'Itaque ea, quæ fertilissima sunt Germaniæ loca, circum Hercyniam sylvam (quam Eratostheni et quibusdam Græcis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant) Volcæ Tectosages occuparunt, atque ibi consederunt.'

Ceterum penitioribus illos cultioribusque locis habitasse ad Nicrum fluvium, argumento Decensis arcis, in nostris rerum Germanicarum libris annotavimus.

Atque hic observandum ab idoneis esse relatum auctoribus, inde nomen Alpium ortum, quod sua lingua montes Galli vocent *Albas*.

Itaque montis, qui Nicro fluvio vicinus est, et haud procul Rutelinga ascenditur, illa longe lateque patens planities, tritici inprimis ferax, indubie etiamnum *Albæ* nomen a cultoribus olim Gallis retinet, &c.

Igitur de numero fertilissimorum Germaniæ locorum circum Hercynium saltum, in quibus Tectosages, seu ceteri Galli consederunt, ista *Alba* est, pars postea *Martianarum sylvarum*. Sic enim plurative Marcellinus appellat, indicans per has Julianum Aug. transisse, cum Danubium ex Rauracis adiret, navigaturus in Illyricum. *Rhenanus*.

[b] *Sedes, promiscuas adhuc*] Seneca lib. consol. ad Helviam c. 6. 'Videbis gentes populosque mutasse sedem. Quid sibi volunt in mediis barbarorum regionibus Græcæ urbes? quid inter Indos Persasque Macedonicus sermo? Scythia, et totus ille ferarum indomitarumque gentium tractus, civitates Achaiæ Ponticis impositas littoribus ostentat. Non perpetuæ hyemis sævitia, non hominum ingenia, ad similitudinem cœli sui horrentia, transferentibus domus suas obstiterunt. Atheniensis in Asia turba est: Miletus LXXV. urbium populum in diversa effudit. Totum Italiæ latus quod infero mari alluitur, major Græcia fuit. Tuscos Asia sibi vindicat. Tyrii Africam incolunt, Hispaniam Pœni, Græci se in Galliam immiserunt, in Græciam Galli.

que et Mœnum[2] amnes[x] Helvetii,[e] ulteriora Boii,[f] Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc *Boihemi*[3] nomen,[g]

*num fluvios; ulteriora Boii, utraque natio Gallica,* insedere. *Durat etiam nunc*

et editionibus veteribus, *diversas,* quod probat Lipsius.—2 In Lipsiensibus Actis Eruditorum, anno 1711. p. 27. Cl. Schwartz emendat, *Œnum.* Ms. Arund. *Mœnim.*—3 Sic Mss. Vatic. 1862. et 2964. Ms. Vatic. 1518. et libri editi *Boiemi:* et sic scribunt Brotier. Gronov. et Ryck. Ms. Vatic. 4498. *Bohemi.* Corrupte Ms. Bamberg. *Boiis e munere nomen.* Unde ten-

NOTÆ

Pyrenæus Germanorum transitus non inhibuit; per invia, per incognita, versavit se humana levitas. Liberos conjugesque, et graves senio parentes traxerunt.'

[c] *Nulla regnorum potentia divisas*] Quia nempe dum incerta possessio agrorum remanet inter gentes, quæ quotannis permutant sedes, tum occupare terras facile fuit; at cum stabilita semel est potentia regum, qui terras populis diviserint, pacis et obsequii causa, tum ii suos fines vi et armis tuentur, ne quis irrumpere audeat.

[d] *Hercyniam sylvam*] Germanicum vocabulum *Hirtzenwald,* in saltum *Hercynium* corrupere. Significat autem *cervorum sylvam.* Colerus.

[x] *Hercyniam*] Hercynia, sylva Germaniæ magnæ ad meridiem circa Albim fluvium, &c. hodie multis in locis excisa est, major pars regnum Bohemiæ circumdat, et ab incolis vocatur *Bohemer waldt,* id est, sylva Bohemiæ. *Tillemonius.*

[x] *Mœnumque amnes*] Guntherus, Regino, aliique posteriores *Moganum* vocant: hinc *Moguntiaci* nomen, quamvis veteres maluerint *Maguntiacum.* Colerus.

*Mœnus*] Fluvius Hermundurorum et Marcomannorum Germaniæ populorum, atque Vangionum, qui Galliæ populi, in Rhenum fluvium se exonerat: hodie *Mein:* labitur per circulos Franconiæ, Rheni superioris et inferioris, in imperio Allemaniæ. *Tillemonius.*

[e] *Helvetii*] Populi provinciæ Lugdunensis: hodie diœcesis Episcopatus *Lausanne,* et pars diœceseos Episcopatus *Constance.* Vel, secundum divisionem temporalem, regio *Suisse* fere omnis, et pars dominii temporalis Episcopatus *Constance.* Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[f] *Ulteriora Boii*] Hæc *Boiemia* est, quæ ultra Mœni fontes continuo incipiebat, Hercyniæque sylvæ late insinuabatur. Strabo lib. VII. ex Posidonio: 'dicit autem Boios Hercyniam sylvam habitasse olim.' Eo autem commigraverant Boii, cum a Camillo pulsi, Pannoniam et vicinas regiones occupavissent. *Colerus.*

*Boii*] Populi, aliquando pars Arvernorum, Biturigum, Cuborum, et Æduorum, in Aquitania prima et Lugdunensi prima, Galliæ provinciis: hodie pars diœceseos Archiepiscopatus *Bourges,* et pars Episcopatuum *Clermont* et *Autun.* Vel, secundum divisiones temporales, hic nunc est provincia *Bourbonnois,* et pars septentrionalis provinciæ *Auvergne.* Tillemon.

[g] *Manet adhuc Boihemi nomen*] Scribo, *manet adhuc Boiiasmi e re nomen:* vel, *Boyasmum e re.* Strabo quidem clare Βοΐασμον regiam Marobodui nominat: quam dictam a Boiis, vult

significatque loci veterem[4] memoriam, quamvis mutatis cultoribus. Sed utrum Aravisci[5] [h] in Pannoniam ab Osis,[6] [i] Germanorum natione, an Osi ab Araviscis in Germaniam, commigraverint, cum eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est: quia, pari olim inopia ac libertate,[j] eadem utriusque ripæ[k] bona[l] malaque erant. Tre-

*vocabulum* Boihemi, *designatque antiquam loci memoriam, licet mutatis incolis. Sed dubium est, an transierint Aravisci ab Osis, populo Germanico, in Pannoniam, an Osi ab Araviscis in Germaniam* transmiserint, *cum eadem adhuc lingua, moribus, et ritibus utantur:* ambigitur, *quia, simili olim egestate ac licentia, eadem utriusque littoris commoda et incommoda erant. Treveri et Nervii multa ambitione*

tabat Lipsius, *Boiiasmi e re nomen*, vel *Boyasmum e re nomen.*—4 Male adhuc Ms. Bamberg. *veterem viæ memoriam.* Inde tamen Colerus conjiciebat, *viciniæ.* Brotier.—5 Veteres editiones, *Aranisci;* ac mox, *Araniscis.*—6 Male

NOTÆ

nunc noster. Possis et *Boyaimum* scribere, verius propiusque ad etymon, quasi Boiorum domum. *Lipsius.*

*Boihemi nomen*] Vell. Paterculus *Bojohemum* vocat: *heimum* sive *heim*, Germanica vox, *patriam* significat et *domicilium;* unde nusquam non obviæ locorum appellationes in Germania.

Depravatum puto Pauli Diaconi codicem, in quo sic legitur historiæ Langob. I. 13. 'Dicuntur post hæc Anthaib et Banthaib pari modo Nurgundaib per annos aliquot possedisse.'

Tu sic emenda: *Dicuntur post hæc Anthaim et Banthaim, pari modo Burgundhaim*, et hoc est, *Antarum, Vandilorum*, (ut sit *Banthaim* pro *Vandhaim*) atque Burgundiorum regiones. Loquitur de Langobardis e Scandinavia progressis.

Quemadmodum enim Tacitus hic *Boihemum* dixit, sic possemus juxta Latinam inflexionem, *Anthemum* et *Burgundhemum* usurpare. Sunt autem hæ veteres Burgundiorum sedes, priusquam per Germaniam in Sequanos commigrarent. *Rhenanus.*

*Boihemi*] Boiohæmum, ubi Boii, tum Marcomanni et tandem Boæmi, regio et populi Germaniæ magnæ versus medium et meridiem: hodie regnum *Bohème* proprie dictum. *Tillemonius.*

[h] *Aravisci*] Populi Pannoniæ inferioris: hodie pars *Hungariæ* inferioris inter Danubium fluvium et amnem *Sarwize*, circa Budam urbem, sub Turcico imperio Europæo. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[i] *Osis*] Osi, populi Germaniæ ad Viadrum fluvium: hodie pars ducatus *Silesiæ* versus meridiem, in regno Bohemiæ late sumto. *Tillemonius.*

[j] *Pari olim inopia ac libertate*] Legunt, *inopia ac ubertate.* Sed qui hæc simul conveniant? inopia et libertas maxime impellunt ad permutandas sedes: et potest fieri, ut neque Aravisci ab Osis in Pannoniam, neque Osi ab Araviscis in Germaniam transierint; nam sufficit vicinitas, ut eodem sermone et iisdem moribus uterentur; idque propter frequens commercium, eadem connubia, eosdemque ritus: quæ utrimque facile commeant inter finitimos.

veri[m] et Nervii[7 n] circa affectationem[8] Germanicæ originis ultro ambitiosi sunt, tanquam, per hanc gloriam sanguinis, a similitudine et inertia Gallorum[o] separentur. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones,[p] Triboci,[9 q] Nemetes.[r] Ne Ubii[10 s] quidem quan-

*ultro Germanicam originem sibi vindicant, tanquam, per illud decus stirpis, distinguantur a similitudine et ignavia Gallorum. Ipsum Rheni littus procul dubio habitant Germanorum nationes, Vangiones, Triboci, Nemetes. Ne Ubii quidem,*

Mss. Vatic. *a Boiis.* Nam mox Ms. Vatic. 4498. *Osi;* et Ms. Vatic. 1518. *Osci.* Brotier.—7 Veteres editiones, *Neruli.*—8 Codd. Kapp. *affectionem.*—9 In veteribus editionibus, *Treboci.* In veteri Inscriptione apud Cl. Schoepflin, 'Alsatia illustrata,' Vol. I. 550. memoratur CIV. TRIBOCORUM, id est, civitas Tribocorum. *Brotier.*—10 Mss. Vatic. Turic. Cod. Kapp. et Edd. veteres, *Nubii.* Male emendaverat Puteolanus *Ubii.* Bene Gruterus, *ne Ubii*

## NOTÆ

*Quia pari olim inopia ac libertate*] Hæc duo fere se comitantur invicem; et ex inopia præcipue oritur libertas et audacia. Quod patet infra c. 29. 'Levissimus quisque Gallorum et inopia audax, dubiæ possessionis solum occupavere.'

[k] *Utriusque ripæ*] Puta, Danubii.

[l] *Bona*] Inter bona emicat præcipue *libertas*, et inter mala, extremum est *inopia;* sic eadem utriusque ripæ bona malaque erant.

[m] *Treveri*] Populi provinciæ Belgicæ primæ, ad Mosellam et Rhenum fluvios, in Gallia: hodie diœcesis Archiepiscopatus Treverensis, *Treves.*

Vel, secundum divisiones temporales, pars est ducatus *Luxembourg*, aliquid Archiepiscopatus et Electoratus *Cologne*, pars Archiepiscopatus et Electoratus *Treves*, pars *Palatinatus Rheni*, aliquid status Lotharingiæ, *Lorraine*, *&c.* in circulis Burgundiæ, Rheni superioris et inferioris. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[n] *Nervii*] Populi provinciæ Belgicæ secundæ, in Gallia: hodie diœcesis Archiepiscopatus Cameracensis, *Cambray.* Vel, secundum divisionem temporalem, pars est comitatus Hannoniæ, *Haynaut*, et omnis tractus Cameracensis, *le Cambresis*, in Belgica Regia. *Tillemonius.*

[o] *Inertia Gallorum*] Tac. in Agric. 'Nam Gallos quoque floruisse in bellis accepimus; mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate.'

*A similitudine et inertia Gallorum*] Quæ *similitudo* non pertinet ad eundem oris aut corporis habitum cum Gallis, sed ad similitudinem ingenii morumque: quod explicat ipse Tacitus his verbis, 'et inertia Gallorum.' Carpit Gallos, ut jam longa pace, centum scil. annorum et amplius, fractos et emollitos, qui cum cetero orbe serviebant, ignavumque stipendium conferebant, jam tributis contemti et attriti: quod non ita factum olim. Infra 43. 'Coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur.'

[p] *Vangiones*] Cæsar alio ordine *Triboces, Vangiones, Nemetes.* Appellatio populi Germanica, quasi *captores hostium* denotat *Vanger*, sive *Fanger.*

Gaudebant majores illi nostri nominibus a militari aliquo facinore sumtis et ad terrorem factis.

In illum finem *Angrivarii* et *Usipe-*

quam Romana colonia esse meruerint, ac libentius *Agrippinenses*,[t] conditoris sui[11] nomine,[u] vocentur, origine erubes-

*licet coloniæ Romanæ jus adepti sint, et libentius* Agrippinenses *appellentur, vocabulo fundatoris sui,* hanc *originem spernunt, transmissi olim, et spectata proba-*

*quidem.* Ryckius et Gronovius omisere *ne.*—11 Frustra tentat Lipsius *suæ.*

NOTÆ

*tes* composita sunt vocabula, quorum illos *Angrifer*, hoc est, excursores, et in principiis consistentes, hos *Uspieter*, id est, prælii aut certaminis postulatores, interpretari non verear.

Vangionum urbs Βορβητόμαγος Ptolemæo est. In veteri Itinerario *Borbitomagum:* quod imperite quidam confuderunt cum Brotomago, inter Tres Tabernas et Argentoratum sito; ut in Itinerario videre est, et apud Ammianum.

Hodie est *Vormatia*, detritis et detortis literulis, ut fit. *Colerus.*

*Vangiones*] Populi Germaniæ superioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœceses Archiepiscopatus *Mayence* et Episcopatus *Wormbs.* Vel, secundum divisiones temporales, pars est major dominii temporalis Archiepiscopatus et Electoratus *Mayence*, omne dominium temporale Episcopatus *Wormbs*, pars *Palatinatus Rheni* late sumti, pars provinciarum *Hassiæ* et *Vetteraviæ*, in circulis Rheni superioris et inferioris. *Tillemonius.*

[q] *Tribocci*] Sunt inferioris Alsatiæ populi, a tribus forsan pagis, quos habitant, ita dicti. Terminatio erat frequens *Bach* locorum et civitatum. Inde Triboci sonant, quasi *Tribachi.* Fallor, an illis ipsis Tribus Tabernis ab eadem causa nomen? In Tribocis enim sitæ fuerunt. *Colerus.*

*Tribocci*] Populi Germaniæ superioris, in Belgica: hodie diœcesis Episcopatus Argentoratensis *Strasbourg*, in provincia *Alsatia*, ad utramque ripam Rheni fluvii. *Tillemon.*

[r] *Nemetes*] Ita dicti populi inter Vangiones et Tribocos positi, quasi dicas, raptores hostium. Minus notum est, *Nemetum* etiam *Noviomagum* dictum fuisse. Sic vetus Itinerarium.

In eo iter a Mediolano Moguntiacum usque hoc urbium ordine distinguitur et continuatur; *Argentoratum, Saletionem, Tabernas, Noviomagum, Bauconicum, Maguntiacum.* Et contraria via a Treveris Argentoratum: *Maguntiacum, Brotomagum, Noviomagum, Argentoratum.* Colerus.

*Nemetes*] Populi Germaniæ superioris, in Belgica: hodie diœcesis Episcopatus *Spiræ.* Vel, secundum divisiones temporales, pars *Palatinatus Rheni* et Lotharingiæ, *Lorraine*, omne dominium temporale Episcopatus *Spiræ*, et Marchionatus *Badæ*, in circulis Rheni superioris, inferioris, et Sueviæ. *Tillemonius.*

[s] *Ubii*] Uvii dicti apparent, quasi *Ripenses* dicas, vel a *transitu Rheni*, *Uber* quippe Germanis *transitum* significat. *Colerus.*

*Ubii*] Populi provinciæ Germaniæ inferioris, in Belgica regione: hodie pars diœceseos Archiepiscopatus Coloniensis, *Cologne.* Vel, secundum divisionem temporalem, dominium Archiepiscopatus et Electoratus *Cologne*, cum urbe *Cologne*, atque ducatus *Juliers, &c.* in circulis Rheni inferioris et Westphaliæ. *Tillemonius.*

[t] *Agrippinenses*] Colonia Agrippi-

cunt,[v] transgressi olim et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.[12]

29. Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi,[w] non multum ex ripa,[x] sed insulam Rheni[y] amnis, colunt,

*taque fide, super ipsum Rheni littus constituti, ut prohiberent* Barbaros, *non ut* ipsi *custodirentur.*

*Omnium horum populorum fortitudine præstantissimi Batavi, non multum ex littore obtinent, sed insulam* habent *Rheni fluminis,* ipsi *olim natio Cattorum, et*

Id enim ad Agrippam refertur. *Brotier.*—12 Ms. Turic. *custodirent.*

NOTÆ

na, urbs Ubiorum populorum ad Rhenum fluvium, in Germania inferiore, &c. Hodie *Coln* incolis, *Cologne* Francis, urbs imperialis circuli Westphaliæ, sed tamen sita in Archiepiscopatu Coloniensi. *Tillemonius.*

[u] *Conditoris sui nomine*] Agrippam intelligit, qui Rhenum eos primus traduxit, et in iis sedibus collocavit. Ille tamen non est Coloniæ conditor, neque auctor nominis: sed ab Agrippina id habent, ejus nepte, ut Tacitus clare in Annal. XII. scripsit. *Lipsius.*

Fuit quasi duplex conditor Coloniæ, Agrippa et ejus neptis Agrippina. Forte ideo nobiliori genere expressit denominavitque hoc loco conditorem. Vel etiam sic intellexit Agrippinam matrem Neronis. Nam sic Ovidius de Venere: 'Sponsor conjugii stat Dea picta sui.'

[v] *Origine erubescunt*] Quamvis, inquit, *Ubii* nomen mutarint, et colonico jam jure, libentius *Agrippinenses* dicantur, a conditore, tamen nec Germanicæ originis eos pudet, libenterque se iis inserunt. *Lipsius.*

Cum restet in editionum prima, *Nubii quidem;* dictio illa resolvenda est in duas; nempe, *Ne Ubii quidem,* optime.

Neque obstat quod sequitur; 'transgressi olim et experimento fidei super ipsam ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.'

Referendum quippe id non ad causam, cur erubescant, sed cur facta fuerit colonia Romana: scitur enim plerasque colonias tali titulo donatas, ut custodirentur, non ut arcerent: in pœnam, non in præmium. *Gruterus.*

Sic capio: *Ne Ubii quidem,* inquit, patriam ejurant, aut Germanum sanguinem, sedemque veterem diffitentur: etsi ad id nobilitatis evecti sint, ut jus coloniæ, meritis suis et beneficiis erga populum Romanum impetraverint, placeantque sibi magis, cum *Agrippinenses,* quam cum *Ubii* salutantur. *Gronovius.*

[w] *Batavi*] Populi provinciæ Germaniæ inferioris, in Belgica, &c. Hodie major pars Archiepiscopatus *Utrecht,* et forsan pars Episcopatuum *Bos-le-Duc* et *Ruremonde.* Vel, secundum divisiones temporales, pars est comitatus *Hollandiæ* et ducatus *Gueldriæ,* omne dominium *Utrecht,* in regione dicta, *les pays-Bas.* Tillemonius.

[x] *Non multum ex ripa*] Tacitus lib. Hist. 'Extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupavere.'

Varii illic libri veteres: sed infra sic et locutus est Tac. de Æstyis: 'Succinum inter vada, atque in ipso

Cattorum[z] quondam populus et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani Imperii fierent. Manet honos et antiquæ societatis insigne: nam nec tributis contemnuntur,[1 a] nec publicanus atterit: exemti oneribus et collationibus, et tantum in usum præliorum[b] sepositi, velut tela atque arma,[c] bellis reservantur. Est in eodem obsequio et Mattiacorum gens.[d] Protulit enim mag-

*discordia civili in eas terras transvecti, in quibus portio Romanæ Reip. fierent. Durat decus, et prisci fœderis specimen: quippe nec vectigalibus spernuntur, nec publicanus* eos *exhaurit aut premit: immunes tributis et portoriis, et tantum in ministerium bellorum selecti, velut tela atque arma, prœliis destinantur. Est in eadem fide etiam Mattiacorum natio. Quippe amplitudo populi Rom. prolatavit*

1 In Ms. Turic. *conteruntur*. Mallet Pighius *contenuantur*. At minime

NOTÆ

littore legunt.' *Colerus.*

[y] *Insulam Rheni*] Insula hæc Batavorum populorum, in Germania inferiore, &c. Hodie pars tractus *Betuve* in ducatu Gueldriæ, partesque dominii *Utrecht* et comitatus *Hollandiæ*, omnia in provinciis Unitis seu Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

[z] *Cattorum*] Catti, vel Chatti, populi Germaniæ magnæ, ad Visurgim fluvium: hodie comitatus *Waldeck*, pars Landgraviatus *Hassiæ*, Abbatia *Hirschfeld*, et Abbatia *Fuld*, in circulo Rheni superioris. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[a] *Nec tributis contemnuntur*] Recte sic. Nam quibus tributa imponuntur, hoc ipso, ut victi, pro *contemtis* habentur et despretis.

*Tributis contemnere*, est tributa imponere, quod est insultantium victis et pro vilibus ignavisque eos habentium et contemnentium.

Velleius II. 39. de Galliis: 'Quippe ejus ductu auspiciisque infractæ pæne, idem quod totus orbis, ignavum conferunt stipendium.' *Gronov.*

*Nec tributis contemnuntur*] Ubi recte, *contemnuntur*: quod explicat ipse Tacitus statim, *nec publicanus atterit. Atteri* quippe, et contemni pro eodem est. Sic in Agric. vita: 'Procul a contentione adversus procuratores: et vincere ingloriosum, et atteri sordidum.' Id rarum in *dominis* rerum, quod, 'ut superiores agant, non per injurias assequantur.'

[b] *In usum prœliorum*] Sic libro IV. Hist. 'Nec opibus Romanis, societate validiorum attriti, viros tantum armaque imperio ministrant.' Et alibi gloriantur; 'sibi non tributa sed virtutem et viros indici.'

[c] *Velut tela atque arma*] Sæpe *tela* et *arma* pro eodem: at proprie *telis* ferimus, *armis* tegimur. Sallust. in Jug. 'Neque his, secus atque aliis armis, adversus tela hostium muniti.' Livius libro I. 'Arma his imperata, galea, clypeum, ocreæ, lorica, omnia ex ære; hæc, ut tegimenta corporis essent; tela in hostem, hastaque et gladius.' *Pichena.*

[d] *Mattiacorum gens*] In Zelandia quidam Geographi historicique hos reposuerunt. Sed primum, non ratione situs, sed reverentiæ in Romanos et obsequii, jungit Batavis Mat-

nitudo Populi Romani ultra Rhenum, ultraque veteres terminos, Imperii reverentiam.[e] Ita sede finibusque[f] in sua ripa, mente animoque nobiscum, agunt, cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terræ suæ solo et cœlo acrius animantur.[g] Non numeraverim[2] inter Germaniæ populos,

*extra Rhenum, atque extra priscos limites majestatem et decus imperii. Sic agitant, sic sedem et terras obtinent in suo littore,* ut tamen *mente, animoque nobiscum* sentiant, *ceteroqui similes Batavis, nisi quod ipso adhuc patriæ suæ solo cœloque ferocius incitantur. Non recensuerim inter Germaniæ gentes, hos*

displicet vulgata scriptura. *Brotier.*—2 Sic bene Rhenanus e Cod. Kapp. Sic quoque Ms. Vatic. 4498. In Ms. Vatic. 1518. *numeravimus.* Veteres

NOTÆ

tiacos Tacitus. Deinde non modo citra medium Rheni alveum, sed et citra Mosam sita Zelandia est. Tertium non tam *solo suo*, quam salo potius, Oceanoque circumfusos undique Zelandos *acrius animari*, dicere debuisset noster.

Adde quod Plinius libro XXXI. 2. calidas trans Rhenum partes in Germania Mattiacis assignet: quod ad Zelandos trahere attributum nequeas. Erunt igitur Mattiaci quærendi trans Rhenum, ex adverso Moguntiaci. Plura Pontan. Orig. I. 6. Cluver. III. 7. *Kirchmaier.*

*Mattiacorum*] Mattiaci, populi Germaniæ magnæ, inter Rhenum et Visurgim fluvios: hodie pars Landgraviatus *Hassiæ*, et pars regionum *Westerwaldiæ* et *Wetteraviæ*, in circulis Rheni superioris et inferioris. *Tillemonius.*

[e] *Imperii reverentiam*] Scil. ex quo tempore Drusus Germanicus illos Transrhenanos populos debellaverat. Strabo libro VII. 'Est vero et Selas fluvius, inter quem et Rhenum, bellum gerens, vincensque, Drusus fato concessit.' Nam falsus ille Domitiani triumphus, ut infamis victoria: et illa limitis et imperii Romani amplificatio Trajani, ad Orientem potius et rubrum mare, quam ad Germanos spectat.

Orosius libro VII. de Trajano: 'Mox Germaniam trans Rhenum in pristinum statum reduxit.' Ita est: non limitem promovit, sed præsidia nova imposuit. *Colerus.*

[f] *Ita sede finibusque*] Ita sedes suas, finesque, seu terras habent in sua ripa, et hic vivunt; at mente et animo nobiscum concordes agunt: ita sunt fines dispositi, ut inter barbaros hostesque nostros habitent, attamen 'mente animoque nobiscum agant.'

[g] *Acrius animantur*] Quia mari et frigori propiores. Neque opinor equidem, vel ex hoc Taciti loco, hos Zelandos esse, sed *ultra Rhenum*, et Septentrionem versus populos: qui nunc in Frisiis, aut *Northollandis* censentur. At mare multa abrasit. *Lips.*

*Acrius animantur*] Id est, ferociores sunt, ex soli cœlique natura. Althamerus recte ait: Ut solum ipsum frigidius, et aër crassior est, ita homines crassiores, duriores, ac tolerantiores gignere. Plinius Paneg. 'Cum feræ gentes, non telis magis, quam suo sidere armantur.' *Pichena.*

quanquam trans Rhenum Danubiumque consederint, eos, qui Decumates agros[h] exercent. Levissimus quisque Gallorum,[i] et inopia audax, dubiæ possessionis[j] solum occupa-

populos, *qui Decumanos campos colunt, licet migraverint trans Rhenum et Danubium. Audacissimus quisque Gallorum, et egestate promtus, incerti dominii*

NOTÆ

[h] *Qui Decumates agros*] Ego communiter *Decumates* agros interpreter, qui decumas solvunt. Cicero *Decumanos* dixit: 'Omnis,' inquit, 'ager Siciliæ decumanus est.' Nam hi agri non aliud sunt, quam trans limitem capti ab hoste, et militibus dati, si qui ex iis fructus: qui haud multi, nec uberes, quoniam hostibus expositi; et ut Tacitus ait, *dubiæ possessionis* id *solum*. Tacitum de his ipsis loqui ego sentio Annal. XIII. 'Frisii imbellem ætatem admovere ripæ, agrosque vacuos et militum usui sepositos insedere.'

Hos ipsos agros non fructu tantum, sed mancipio militum esse jussit imperator Alexander: de quo Lampridius; 'Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donavit; ita ut hæredum essent, si hæredes militarent, nec unquam ad privatos pertinerent. Addidit sane his animalia et servos, ut possent colere, quod acceperant.'

Videntur autem id securitatis causa fecisse Romani, et ne hostes aut suspecti prope colerent. Itaque vacua loca, ad multa milliaria, sæpe relinquebant. In fragm. Dionis 74. Commodus imperator Buris populis Germaniæ ea lege, inter alias, pacem dat: 'Ne incolerent unquam, neve pascerent, in quadraginta stadiis terræ, quæ Daciæ proxima esset.' De Germanis priscis Cæsar simile quid libro VI. *Lipsius.*

*Decumates agros*] Non id nomen regionis. Sed Galli inopia audaces occupabant hos agros, ut vastos ab omni cultu et desertos, ut *dubiæ possessionis solum*, inter Romanos Germanosque. Et *decumas* exsolvebant, forte militibus præsidiisque Romanis, seu limitaneis ducibus. Unde puto dictos fuisse *decumates agros*. At 'limite acto promotisque præsidiis,' jam intra fines Rom. clauduntur, et pars imperii facti sunt tum agri cum populi isti. De his agris Tac. Annal. l. XIII. 'Quotam partem campi jacere, in quam pecora et armenta militum aliquando transmitterentur?' Ubi *jacere* est, manere incultos, et suis colonis destitutos.

[i] *Levissimus quisque Gallorum*] Inconstantissimus quisque, cui nullæ propriæ sedes fixæ, inopia promti, audaces facile et expediti, paratique ad commigrandum.

[j] *Dubiæ possessionis*] Ferax et fœcundus inter Danubium Rhenumque ac Mœnum amnes ager, audaciores levitate et inopia, Gallos ad occupationem sui ἀλλοπροσάλλους illexit.

Jam enim Sequani, jam Rauraci, jam Helvetii aliique incursionem fecerant in *dubiæ possessionis solum*; quod ita dicitur, non quasi ad Germaniam non spectasset liquido, (continebatur enim intra Germanorum limites Danubium Rhenumque,) sed quod a compluribus Galliæ nationibus, alias superantibus identidem aliis, aliquamdiu teneretur. *Kirchmaier.*

*Dubiæ possessionis*] Puto, dubia fuit ea possessio inter Romanos Germanosque, ac forte etiam sæpe *vacui* illi agri, *mutuo metu*, et Galli inopia audaces aliquando occupabant, et solvebant tributum seu decimas Romanis, vel forte etiam interdum Ger-

vere. Mox limite acto,[3] promotisque præsidiis,[k] sinus Imperii[l] et pars provinciæ habentur.

*terras insedere. Dein prolatis terminis, et promotis castellis legionum, sinus imperii, et pars provinciæ censentur.*

editiones, *numeramus.* Brotier.—3 Ita Mss. Vatic. et libri editi. Frustra emendat Lipsius, *aucto,* [quod tamen edunt Ryckius et Gronovius.] *Idem.*

## NOTÆ

manis, prout hi vel isti præpollerent, aut victoriam promovissent.

[k] *Mox limite acto, promotisque præsidiis*] Emendavit Lipsius, *aucto.* Male vulgo, *acto:* ostendit enim Tacitus, Trajani tempore, quo ipse hunc libellum scripsit, *auctos* imperii limites ad Danubium, et ulterius quam antea Romana præsidia promota.

Sic Ann. l. II. 'Exin ventum Elephantinem ac Syenem, claustra olim Romani imperii, quod nunc rubrum ad mare patescit.' Huc refertur etiam quod dixit Ann. l. IV. 'Qui socii reges, quanto sit angustius imperitatum:' scilicet, præ quam hoc ævo Trajani. *Pichena.*

Certe *promotis præsidiis,* dixit Tacitus; et tamen, *limite acto,* non *aucto:* proprium enim verbum, *acto,* nec potest sine culpa mutari. Agrimensores p. 3. 'Sabinorum ager, qui dicitur quæstorius, eum limitibus actis diviserunt:' p. 19. 'Itaque, limitibus actis, cum centuriæ eximerentur.'

Frontinus Strateg. I. 3. 'Limitibus per 120,000. passuum actis;' et c. 5. 'Ab altera limitem agere cœpit, tanquam per eum erupturus.'

Hoc ergo significat, extra præsidia Romana, quippe trans Rhenum Danubiumque, jacuisse spatium campi diu incultum, dum et Romani omittunt, neque barbari (quippe nimis vicinum castellis Rom. et præsidiis ripensibus) vindicare audent: donec ab hominibus quibusdam temerariis, et inopia audacibus occuparetur, concessu quodam et conniventia, hinc Romanorum, inde Germanorum.

Et innuit tandem transgressos esse utrumque amnem Romanos, nec contentos naturalibus terminis, vindicasse alteram ripam, et quatenus ipsis visum fuit, *limitem* egisse manu, qui Barbaricum a Romano discerneret; intra quem *limitem,* intra quæ *præsidia promota,* recepti *decumates* isti agri, cultoresque, et hi jam pars provinciæ Germaniæ, quæ parebat Romanis, et *sinus imperii,* hoc est, extremum et quasi reconditum aliquid habebantur. *Gronovius.*

Certe proprium in ea materia nomen *acto.* Sed nonne jam *actus* limes ante Trajanum? Certe jam imperante Augusto *actus* ea parte limes imperii. Igitur hic, apud Tacitum, non *actus* sit limes ille, sed *auctus.* Nisi forte cum dicit, *acto,* simul innuat ulterius esse *actum;* ita ut *acto* hic indistincte significet, simul esse *actum,* et *auctum:* quod clare explicat per *promota præsidia, &c.* Certe *actus* limes imperii antea per Nerones et Germanicos, et ante ipsum Trajanum. Sed forte non omnino *actus,* non perfectus: quod difficile et arduum, ut inter gentes feroces et periculorum avidas. Tacit. lib. Ann. de Germanico: 'Cœptum a Tiberio limitem scindit,' nempe, cum bellum inferret Germanis. Ergo cœptus adhuc tantum limes, qui forte perfectus per Germanicum et alios qui successere duces; quod voluit Tacitus his verbis, *limite*

30. Ultra hos Catti initium sedis ab Hercynio saltu inchoant, non ita effusis[m] ac palustribus locis ut ceteræ civitates, in quas Germania patescit: durant siquidem colles, paulatimque[l] rarescunt:[n] et Cattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit.[o] Duriora[p] genti corpora,

*Ultra hos Catti principium regionis capiunt a sylva Hercynia, non perinde vastis et humentibus terris, ac ceteræ provinciæ, in quas extenditur Germania: quippe perseverant montes, sensimque vanescunt: et sylva Hercynia Cattis suis adhæret, simul et relinquit ac finitur. Robustiora nationi* huic *corpora, pressi firmique artus,*

1 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Cod. Kapp. et veteribus editionibus, *in quas Germania patescit, durant. Siquidem colles paulatim rarescunt.* Brot.

NOTÆ

*acto, &c.* et per hæc quæ sequuntur, *promotisque præsidiis,* satis innuit, esse omnino *actum,* seu perfectum auctumque limitem imperii. Forte, *limite acto,* id est, constituto forte et fixo; ita ut in posterum et in perpetuum, seu pace seu bello, arceret barbaros, adeo ut limes ille scindendus esset, si quis erumpere aut irrumpere vellet.

[l] *Sinus Imperii*] *Sinus* hoc loco est pars ultima, et extrema velut lacinia. Sic in vita Agricolæ noster: 'Nos terrarum et libertatis extremos, recessus ipse ac sinus famæ [id est, recessus oræ habitabilis] defendit:' ubi *sinus,* partem secretam et locum maxime remotum notat. *Kirchmaier.*

*Sinus* ibi est pars remotior in finibus imperii. Sic Agric. 'Longinquitas ac secretum ipsum (en *sinus,* en recessus) quo tutius, eo suspectius.' Et idem hic intelligit, quod supra, de Batavis: 'in eas sedes transgressi, in quibus pars Rom. imperii fierent.'

[m] *Non ita effusis*] Id est, non tam late patentibus ac aliæ civitates seu regiones Germaniæ.

*Non ita effusis*] Vertit Interpres Gallicus, *non perinde planis:* sed potius est, non perinde vastis, non tam late patentibus ac ceteræ nationes: quod statim explicat his verbis, *in quas Germania patescit.* Et hæc verba, *durant siquidem colles,* non tam evincunt fuisse plana illa loca, quam non esse palustria, quamvis *colles* etiam propius finirent terras Cattorum: sicque colles illi efficiebant, ut non essent perinde *effusa* loca, et simul non æque *palustria.*

[n] *Paulatimque rarescunt*] Aut humiliores fiunt, aut non amplius apparent, et paulatim desinunt in plana, sensimque vanescunt.

[o] *Prosequitur simul atque deponit*] Nempe, ut regio Cattorum, ita et porrigitur Hercynius saltus, continuaturque simul cum Cattis suis, simulque cum ipsis finem invenit.

[p] *Duriora*] Id est, robustiora et validiora. Et *stricti* illi *artus* sunt, veluti causa majoris roboris et virium corporis, simulque et majoris vigoris animi; et consequenter vividioris istius *rationis ac solertiæ,* qua ceteras nationes Germanicas præcellunt: quia, scil. pressa illa et stricta membra non excrescunt in eam altitudinem et proceritatem, qua laxetur, et veluti resolvatur vigor hominis: hinc majus robur, hinc acrior vis ingenii.

stricti artus,[q] minax vultus et major animi vigor. Multum (ut inter Germanos[r]) rationis ac solertiæ: præponere electos, audire præpositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus,[s] disponere diem,[t] vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare: quodque rarissimum, nec nisi ratione disciplinæ[2 u] concessum, plus repo-

*trux ac torva facies, et majus animi robur. Multum, ut inter Germanos, prudentiæ atque industriæ: præficere electos, obsequi præfectis, scire ordines, nosse opportunitates, non sequi impetum, ordinare diem, munire castra per noctem, reputare fortunam inter ambigua, fortitudinem inter certa* et explorata: *quodque raro admodum contingit, nec nisi ordini et disciplinæ tribuitur, plus fidere duci, quam agmini. Tota*

—2 In Mss. Bamberg. et Arundel. *nec nisi Romanæ disciplinæ concessum.*

NOTÆ

[q] *Stricti artus*] Ideoque, firmi, validi, nervosi. Gall. *le corps plus fort et plus remassé.*

[r] *Ut inter Germanos*] Sic supra 22. 'Gens non astuta, nec callida:' et Hist. IV. 'Civilis, ultra quam barbaris solitum, ingenio solers.'

[s] *Differre impetus*] Non sequebántur inconsultum ardorem aut cæcum impetum, sed prudentiam et rationem belli: et plus reponebant in consiliis et disciplina, quam in viribus aut ferocia; plus in duce, quam in exercitu.

[t] *Disponere diem*] Suetonius in Tib. 11. 'Forte quodam in disponendo die, mane prædixerat, quicquid ægrorum in civitate esset, visitare se velle.' Seneca de Consol. ad Polybium 25. 'Non licet tibi tuo arbitrio diem disponere.'

*Disponere diem*] Scil. ordinare negotia et imperia diurna, disponere de die stationes et excubias, et per noctem vigilias, ceteraque vallandis castris necessaria.

*Disponere diem, vallare noctem*] Sic dictum, *vallare noctem*, ut supra Ann. l. VI. 'Qualem diem Tiberius induisset, pari habitu;' de Caligula: et Hist. II. sic Vespasianus: 'Quis ille dies foret, quo LX. ætatis annos... bello permitteret,' &c.

[u] *Nec nisi ratione disciplinæ*] Bámberg. *Romanæ disciplinæ*, quod retineo: *concessum*, est a fatis datum: ut l. XIII. 'Otho sibi concessam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium et gaudia felicium.'

Nec mirum, Romanos scriptores fatorum erga se indulgentiam prædicare. Livius in persona Asdrubalis: 'Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari: populum Romanum invictum esse, quod in secundis rebus sapere et consulere didicisset.'

Ita ergo ait etiam, *Romanæ disciplinæ* a fatis maximum telum ad res gerendas datum; prudentiam scil. ducum, et obsequium militum. Livius l. II. 'Ut facile appareret ducibus validiorem quam exercitu rem Romanam esse.' *Gronovius.*

Quæ hic afferunt de disciplina Rom. et de prudentia, quasi a Diis concessa, mera figmenta sunt, de quibus ne quidem per somnium cogitavit Tacitus. Et vero, quis dicat militarem disciplinam concedi a Diis, aut fatis? An a fatis præcise ratio, ordo, virtus, et aliæ bonæ artes? An a for-

NOTÆ

tuna virtus? quid magis opponitur? Singulæ suas partes habent foventque. Quandoque domina rerum fortuna virtuti imperat; quandoque et virtus trahit ad se fortunam, licet invitam et renitentem; sic et fors sæpe virtutem deserit, et prudentiam profligat. Num et eandem hanc disciplinam didicere mox Germani ipsi continuis bellis, et magistra rerum omnium experientia? Sæpe et Romani centuriones, ipsos barbaros instituere *in usum præliorum;* et ipsi Romani hanc belli prudentiam acceperant a Pyrrho rege. Potius disciplina militaris inciperet ab ingenio et a natura, dein consummaretur ab arte; quam daretur a fortuna seu fatis, proprie et præcise. An hoc soli *Romanæ disciplinæ concessum* a fatis? quid Pyrrhus? quid Philippus? quid Alexander et phalanx Macedonum? quid Annibal et Pœni, qui disciplinam Rom. sæpe in exitium ipsorum et ludibrium vertere? quid Græci? quid Spartani antiquiores et doctiores olim in re militari? Quid Persæ, aut Parthi? qui sæpe legiones Romanas profligarunt, qui magna imperia, et magnos exercitus habuere, priusquam bellaret populus Rom. Intelligit hic Tacitus in genere et indefinite de disciplina militari.

Non male igitur habet: *quod non nisi ratione disciplinæ concessum.* Bona fortuna a Diis certe et fatis conceditur: sed *bona mens*, sed sapere, ac recte et prudenter consulere, hæcne a fatis præcise, aut a fortuna dantur homini? nisi forte remote, et quatenus in universum omnia bona malave sunt a Diis fatisque seu providentia. Certe Assyriorum, Medorum, imperiumque Cyri, Alexandri, et mox Romanorum, ipsis a Numine, a fatis concessum, et opus (si sic loqui fas est) id fortunæ fuit, ut fatetur ipse Tacitus, non uno loco. Sed certe simul conspirabat et virtus ac disciplina, suasque partes certatim sustinebat; sine qua fortuna nihil nisi temere ausa foret, et statim, mole sua, in se ipsa ruisset. At illa virtus etiam a fatis data et ex providentia fuit: hoc fatemur. Attamen distingui virtus debet a forte et a fatis præcise: et certe suas partes agit seorsim virtus, ut rem concipimus, et experientia sæpe comprobat. Nec satis recto sensu dici potest, virtutem prudentiamque belli dari a fatis, nisi remote; et quatenus a fatis et providentia est, quod populi tali cœlo soloque nati aut educati sint: quod videtur fortuitum respectu virtutis, quæ certe præcise nullius ætatis aut sexus, nullius cœli aut soli est, quæ nullis terris aut regionibus definitur, aut includitur. Omnis quippe regio virtutum virorumque ferax. Certe dedit Hispania principes imperio, ut ipsa Italia, dedit et Gallia, Thracia, dedit et Africa: et sic de ceteris. Attamen aliæ aliis terræ uberiores et feliciores, nec tanta perinde copia virtutum promiscue et passim exuberat. Sunt gentes, quæ a natura insitam virtutem sæpius et generosius exerant: et hinc provinciis quibusdam arma, viros, virtutemque pro tributo imperabant Romani. Sæpe rebus in humanis ludit dominaturque fortuna; at sæpius et certius virtus: ex utraque victoria et imperium est. Optimumque illud et felicissimum commercium, quo simul conveniunt seseque osculantur invicem, providentia Numinum, et ratio virtusque mortalium. Forte tamen verior lectio, *nec nisi Romanæ disciplinæ concessum*, non quidem a fatis, ut volunt, sed indefinite id *concessum*, id est, permissum: quasi diceret, Hoc soli disciplinæ Rom. licet et datum est, non Germanis, non ceteris barbaris, qui cæco impetu ruunt in prælia,

nere in Duce, quam in exercitu. Omne robur in pedite, quem, super arma, ferramentis[v] quoque et copiis onerant.[3] [w]

*vis in pedite* posita, *quem, præter arma, instrumentis etiam et commeatibus onerant.*

Quod quidem ferri potest. *Romanæ* tamen rectius omittitur. *Brotier.*—3 Ita bene Mss. Vatic. 1862. 2964. et 4498. ac cod. Kapp. Lipsius et recentiores. Male in veteribus editionibus, *coonerant*, [quod tamen edunt Gronov. et Ryck.] *Idem.*

## NOTÆ

nulla ratione, aut ordine; *ad prælium ire videas* barbaros, *ad bellum* Romanos.

*Nec nisi ratione disciplinæ*] Sæpe caligamus, dum quorundam vitia vocamus mores, et aliorum mores perstringimus ut vitia. Graphice sciteque Sulpicius Severus dial. I. c. 4. scripsit edacitatem in Græcis gulam esse, in Gallis naturam. Ita quædam gentes verius dicuntur feroces, quam fortes. Nescio quid duritiæ habent magis ab ingenio, quam ab educatione et labore. Sic Appianus in Celticis negat Germanos proprie esse φερεπόνους in præliis; aut uti ulla disciplina, quæ a virtute sit, sed impetu ferri ritu ferarum. *Paschalius* in Legato.

Ubi tamen est ferocia seu violentia insita, sic incipere certe natura videtur, et velut ingenerare fortitudinem bellicam. Et feliciter incipit natura, quæ ars, industria, aut disciplina tandem perficit; quod brevi didicere Germani ab ipsis Romanis; et violentiæ suæ artem, excubias, ordinem statim addiderunt. Ita ut, postea, Batavorum ac Germanorum cohortes seu alæ, disciplina Rom. institutæ, fuerint robora exercituum Rom. quod ex multis Taciti locis clare patet: ita ut *solo et cœlo* suo acriter animati, jam disciplina Rom. addita, bello et præliis excellerent; fortuna tantum et opes deerant. Et tamen gloriantur Batavi se ademisse Italiam Neroni; et consequenter imperium eidem abstulerant.

*Rom. disciplinæ*] De qua disciplina sic Quintil. decl. 3. 'Si vere æstimemus imperium populi Rom. ad hanc diem militari disciplina stetit. Non enim nobis aut multitudo major est, quam ceteris gentibus, aut vehementiora corpora, quam vel his ecce Cimbris; aut majores opes, quam locupletissimis regnis; aut mortis contemtus facilior, quam plerisque barbaris, causam vitæ non habentibus. Principes nos facit severitas institutorum, ordo militiæ, amor quidam laboris, et quotidiana exercitatione assidua belli meditatio.'

[v] *Ferramentis*] Nempe ad cædendum lignum, cespitemque ad struendum vallum, fossam et castra, et forte ad oppugnandum exscindendumque vallum hostium, si res postularet.

[w] *Copiis onerant*] Certe per *copias* intelligit et cibaria, et quæ salubris in castris cura corporis desiderat; et, si necesse sit, vallum ad munimenta. Id onus barbaræ nationes detrectabant.

Cur enim potissimum Virgilius: 'Non secus ac patriis acer Romanus in armis Injusto sub fasce viam dum carpit.' Cur potissimum *acer* Romanus sub injusto fasce, si nihil hoc apud quasvis gentes novi? *Gronov.*

*Et copiis*] Nempe cibariis, annona, commeatu, ut et Romanis mos fuit.

Alios ad prælium[x] ire videas, Cattos ad bellum. Rari excursus[y] et fortuita pugna. Equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. Velocitas juxta formidinem,[z] cunctatio propior constantiæ est.

31. Et aliis[a] Germanorum populis usurpatum rara[1] et privata[b] cujusque audentia, apud Cattos in consensum[2] vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere,[c]

*Alios ad certamen pergere videas, Cattos ad bellum. Rari incursus,* ut *et fortuitum prælium. Equestri certe agmini id convenit, statim rapere victoriam,* et *statim relinquere. Celeritas propior* est *pavori,* gravitas seu *cunctandi ratio similior fortitudini.*

*Et quod aliæ Germanorum gentes facere solent, rara et singulorum privatorumque audacia,* promiscue et *consensu ab* omnibus *Cattis usurpatur, statim atque pueritiam egressi sint, comam barbamque demittere, nec, nisi hoste inter-*

1 Ita Ms. Vatic. 4498. et libri editi. In Ms. Vatic. 1518. 2964. et Turic. *raro.*—2 Groslotius e vetere cod. laudat *conventum.*—3 Hoc teneo præ eo

## NOTÆ

[x] *Ad prælium*] Quia nempe ad pugnam alacritas, robur, et impetus requiritur; ad bellum vero necessaria est disciplina, prudentia, cunctatio, et ceteræ imperatoriæ artes: ita *bellum* proprie ducis et consilii est, *pugna* militis.

[y] *Rari excursus*] Quia pedestri agmine præpollent, quod grave est; cum miles ferat arma, ferramenta, copias, &c.

[z] *Velocitas juxta formidinem*] Incursus seu excursus similis est formidini furtoque; rapiunt enim equites cito victoriam, vel relinquunt.

[a] *Et aliis*] Et quod inter alios Germaniæ populos raro, et a privatis tantum usurpatur, id publice et vulgo apud Cattos obtinet, nempe 'crinem barbamque submittere.'

[b] *Rara et privata*] Hæc clausula sic recte distinguitur; attamen capiendum, *rara et privata audentia,* septimo casu dictum esse, id est, per raram et privatam audentiam; nam *vertit,* hic absolute protulit, ut Ann. XI. 'Verterat pernicies in accusatorem.' Sic Hist. IV. scribit: 'Civilis barbaro voto, post cœpta adversus Romanos arma propexum rutilatumque crinem, patrata demum cæde legionum, deposuit.' Erat autem Civilis ille natione Batavus: et Cattorum pars quondam *Batavi* fuere. *Rhenan.*

[c] *Crinem barbamque submittere, &c.*] Ergo virtutis argumentum apud Germanos fuere tonsi capilli et barba rasa. Tondebantur non totum caput, sed sinciput tantum. Reliqui capilli promissiores a plerisque in nodum constringebantur obliquati, ut præ ceteris usurpasse Cattos refert Tacitus.

Tondendi sincipitis antiquissimus est mos, et aliis gentibus usurpatus, ne crines obessent in præliis. Plutarchus in Theseo: 'Verum cum pugnacissimi essent Germani, et cominus certare cum hoste præcipue didicissent, &c. igitur ne ex crinibus occasionem adversariis se invadendi præberent, eos tondebant.' Sic intelligimus, Germanos etiam, crines quos in fronte alebant, constrictos, in posteriorem partem rejicere solitos, ne in prælio obessent.

nec, nisi[3] hoste cæso, exuere votivum[d] obligatumque virtuti oris habitum.[e] Super sanguinem et spolia revelant frontem,[4] seque 'tum demum pretia nascendi retulisse, dignosque patria ac parentibus' ferunt. Ignavis et imbellibus[f] manet[5] squalor. Fortissimus quisque ferreum insuper annulum[g] (ignominiosum[h] id genti) velut vinculum gestat, donec se

*fecto, deponere dicatam votis obstrictamque virtuti oris speciem. Retegunt vultum super cruorem et spolia, seque jactant* tum tandem præmia nascendi reportasse, jam haud degeneres a patria parentibusque. *Segnibus et prœliorum ignaris durat pædor atque illuvies. Promtissimus quisque præterea gerit annulum ferreum, quod probrosum nationi, tanquam vinculum, donec* eo *se nece hostis eximat. Ple-*

quod in scriptis *nec non hoste.* Lipsius.—4 Puteol. Rhenan. 1519. *frontes;* sed in margine *frontem.*—5 Ms. Vatic. 2964. *remanet.*

## NOTÆ

Sed Francos in fronte sparsisse legimus apicem illum, credo, ut terribiliores viderentur. Cum enim vultu truci a se essent, hoc etiam ferociam augere videbatur, ut vere apud Plutarchum Lysander dixerit: 'Prolixa coma formosos viros facit pulchriores; deformes vero facit terribiliores.' Sidonius: 'Hic quoque monstra domat, rutili quibus arce cerebri Ad frontem coma tracta jacet, nudataque cervix Setarum per damna nitet.' *Colerus.*

[d] *Votivum*] Quia barbaro ritu se tali voto obligant statim atque adoleverunt; scil. non depositurus crinem illum propexum prolixumque, nisi interfecto hoste.

[e] *Obligatumque virtuti oris habitum*] Obligatum, nempe *voto*, virtuti: quia summa virtus hæc bellica censebatur, vulnera mereri pro patria, pro parentibus, et aliquem Germanicæ libertatis hostem occidere; ideo sacratam tali virtuti frontem faciemque gerunt. Sic supra clamorem bellicum vocavit *concentum virtutis.*

[f] *Ignavis et imbellibus*] Intellige apud Cattos solos: namque apud alios populos, id votum privati quidam tantum audent.

*Ignavis et imbellibus manet squalor*] Ipsi per totam vitam propexum ac prolixum crinem gestant, nec unquam exuunt illum squalorem: quod loco summæ ignominiæ est, apud liberam bellicosamque gentem.

*Ignavis et imbellibus manet squalor*] Nam id flagitium fuit, aut certe instar flagitii et probri apud avidas bellorum gentes. Quod explicuit supra c. 12. 'Ignavos et imbelles... cœno ac palude mergunt:' mos scil. illuc respicit, 'scelera ostendi [debere,] flagitia abscondi.'

[g] *Ferreum insuper annulum*] Veluti duplici pœna in se ipsi sæviunt; nempe mœstitia ac squalore vultus, et ignominia vinculi ferrei, 'donec se cæde hostis absolvant.'

*Ferreum insuper annulum*] Quia id ignominiosum et indignum bellicosa gente, ac libertate Germanica.

[h] *Ignominiosum*] Hoc ideo fecere Catti, quia oculis auribusve acceperant, gestamen id servorum peculiare esse apud Romanos. Igitur servili quoque insigni in cædem hostilem,

cæde hostis absolvat. Plurimis Cattorum hic placet habitus.[i] Jamque canent insignes,[j] et[6] hostibus simul suisque

*risque Cattorum ejusmodi cultus arridet. Et jam canescunt eximii, et hostibus si-*

6 Mallet Gronovius, *jamque canent insignibus his hostibus.* Ernestus, *itaque canent insignes, &c.* Heinsius, *jamque cani, ut insignes, &c.* Quod licet probaverit Grævius, nihil mutaverim. Si quid mutandum, potius legerem *namque canent, &c.* Brotier.

## NOTÆ

caput obligabatur. *Colerus.*

Morem a se ipsis, et præcipue in bello ostentandi ferociam, non ab externis, non ex hoste acceperant Catti. Quasi vero mores suos gentique insignes, ab externis populis mutuentur! Num statim ex se *ignominiosum* videtur viris militaribus, qui præcipue nobilitatem sibi arrogant, ferre annulum ferreum, quasi vinculum et servitii argumentum? quasi libertate Germanica adhuc parum digni forent, nisi se hostili cæde liberassent, et votum exsolvissent.

[i] *Plurimis Cattorum hic placet habitus*] An iis, qui nulla occasione belli, hostem occidere non potuerunt, habitumque illum libenter gerebant, quasi se præliorum cupidos ostenderent, ut se voto exuere citius possent? Crediderim verius intelligi de iis, qui etiam si hostem occidissent, tamen, ut sæpius voto se obligarent, crinem barbamque iterum submittebant: sed culte nitideque, ad differentiam ignavorum, et imbellium, quibus manebat squalor. *Pichena.*

Distinguendum: *Plurimis Cattorum hic placet habitus: jamque canent insignes.* Scil. de habitu plurium dixit, nunc et de paucorum insigniumque subjicit.

Conjiciebam: *jamque canent, insignibus his, hostibus simul suisque monstrati.* Et sunt, inquit, jam cruda senectute quidam canescentes, *his insignibus*, nempe squalore crinium et annulo ferreo ex voto tali sumtis, conspecti ac notabiles, tam suis quam hostibus. *Gronovius.*

*Plurimis*, seu plurimæ maximæque parti Cattorum *placet hic habitus.* Et inter eos jam nonnulli *canent insignes* tali habitu seu squalore; sic *hostibus simul* et *suis* conspicui ac *monstrati.* Non tantum juvenes hoc habitu insignes; sed et senes, et quibus viridis adhuc et cruda senectus. *Penes hos*, id est, omnes, qui tali habitu insignes sunt, *initia pugnarum, &c.* Et lectio hæc recte habet: *jamque canent, &c.* eo habitu *insignes, donec exsanguis senectus tantæ virtuti impares faciat.*

[j] *Jamque canent insignes*] Sic legendum, et de vera *canitie* id intelligendum: nam illo voto, crine scil. et canitie sunt insignes, suisque simul et hostibus ostentui: ut et infra, sunt ‘ prodigi alieni, contemtores sui; donec exsanguis senectus tam duræ virtuti impares faciat.’

Et par ratio de Cattis, quantum ad canitiem spectat, ac de Suevis, infra, c. 38. ‘ In aliis gentibus, seu cognatione aliqua Suevorum, seu, (quod accidit,) imitatione, rarum, et intra juventæ spatium; apud Suevos, usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in solo vertice religant.’

Et patet c. 31. ubi de Cattis, istiusmodi bellatores per totam vitam, nullam aliam artem exercuisse,‘ prout

monstrati.[k] Omnium penes hos initia pugnarum: hæc prima semper acies, visu torva:[7] [1] nam[8] ne in pace quidem

*mul, et suis conspicui. Principia omnium præliorum hi aggrediuntur: hi semper in prima acie,* quæ *aspectu nova et insolita: quippe ne in pace quidem cultu mol-*

7 Brotierus cum Ryckio et Gronovio legunt *visu nova:* sed hic emendat, *visu non nova.* Freinshemius, *visu nota.* Berneggerus, *visu torva,* quod et recepere Bipont. *nova* defendit Conringius.—8 *Nam* redundare videtur, ut

NOTÆ

ad quemque venere aluntur,' &c. nempe bellandi causa. Nam vel multoties in vita tali voto se exsolvebant, vel nondum exsolutos se videri malebant. Idque ostentui virtutis, ac famæ bellorum dabant. Igitur canitie *insignes* illi, et usque in crudam senectam, *votivum* virtuti *oris habitum* non deponebant.

*Jamque canent*] Hinc nonnulli colligunt, Cattos istos non semel, sed pluries in vita se obligasse tali voto. Nam qui fieri posset, inquiunt, ut fortes viri avidi periculorum præliorumque, non occiderent hostem per tot annos? Et qui ante senectam non exuerent illum votivum *virtuti oris habitum?* Per hæc, *cæso hoste,* puto intelligendum esse certum numerum hostium, quos omnes statim occidere justo prælio, non licet omnibus, nec occasio belli suppeditat: aut ita *placet* hic habitus *plurimis Cattorum,* ut licet *cæso hoste,* contenti sint egregii facti gloria, nondum tamen revelent frontem, nondum exuant *obligatum virtuti oris habitum,* sed perseverent ultro in squalore jam canescentes, et eo veluti decore insignes sint hostibus suisque ostentui. Et hinc major gloria, quam si, cæso aliquo hoste, statim votum illud exuerent: placet hic habitus, placet militia hæc et gloria. Forte tantum de annulo illo ferreo intelligit Tacitus, ita ut ille habitus plurimis Cattorum etiam jam canescentibus adhuc placeat.

*Jamque canent insignes*] Quam lectionem explicat et confirmat infra c. 38. 'Apud Suevos, usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur.' Jam ergo caput rutilum et canum habuere: nam a natura flava gens illa. Tale apud Sueton. 20. Domitianus 'cujusdam caput varietate capilli subrutilum et incanum, perfusam nivem mulso, dixit:' non inscite.

[k] *Monstrati*] Id est, insignes et conspicui suis simulque et hostibus. Quia, scil. eo habitu novo et terribili semper ante aciem agunt. Sicque, quasi miraculo, præsunt præeuntque in præliis et periculis.

[1] *Acies, visu nova*] Volebam, *nota;* Berneggerus, *torva.* Pro voce *nota,* facit hæc ratio: 'Nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt.' Et etiam, 'prout ad quemque venere aluntur:' et idcirco *noti.* Freinshemius.

Recte, *nova:* et hic idem est, ac terribilis. Non ideo terribilis acies, quia *visu nova* præcise, sed ideo *nova,* quia terribilis. Forte tamen ea sint reciproca: ideo *visu nova* acies, quia horrida et terribilis, et ideo terribilis, quia *visu nova:* 'Nam primi in omnibus præliis oculi vincuntur.' *Nova* certe illa acies faciesque aliis gentibus hostibusque, ut infra de Ariis habet c. 43. 'Nullo sustinente novum ac velut infernum aspectum.'

Sententia est: habitum ejusmodi

vultu[9] mitiore mansuescunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua[10] cura: prout ad quemque venere, aluntur: prodigi alieni, contemtores sui: donec exsanguis senectus tam duræ virtuti impares faciat.

32. Proximi Cattis certum jam alveo Rhenum,[m] quique terminus esse sufficiat, Usipii ac Tencteri, colunt.[n] Tenc-

*liore mitescunt. Nulli penates, aut prædium, aut aliquis labor: prout ad quemque se contulere, nutriuntur: profundentes aliena, spernentes sua: donec fessa et exhausta senectus,* eos *impares reddat tam rigidæ strictæque militiæ.*

*Vicini Cattis Usipii ac Tencteri habitant, juxta Rhenum jam firmum* constanti *alveo, quique limes esse possit. Tencteri, præter suetam præliorum gloriam, eques-*

supra Annal. XVI. 18. 'Nam illi dies.' *Brotier.*—9 Ms. Arundel. *cultu.* Mallet Ernestus, *in vultum miliorem.*—10 Heinsius volebat *aut alia:* Herelius, *aut thalami.*

## NOTÆ

*visu novum*, hoc est, mirum esse; præsertim cum *ne in pace quidem, mitiore* cultu emollescant. *Conringius.*

*Hæc prima semper acies, visu nova*] Ea acies visu nova etiam suis, cum simul prælio instructi, scil. compositique omnes, ea specie terribili conspiciuntur; nam in pace aspiciuntur singuli et seorsim; quod minus formidolosum. Sed longe magis visu novi ac formidolosi hostibus; nam ad terrorem hostium adituri bella sic comuntur, scil. tanquam *hostium oculis.*

[m] *Certum jam alveo Rhenum*] Qui jam satis multas volveret undas ad faciendum implendumque alveum, ita ut jam certus amnis dici possit. Supra, ubi de Antonio Primo pugnante adversus Vitellianos, *incertum alveum* rivi dicit, cujus nempe incondita est ripa et instabilis cursus; qui modo apparet et ostendit aquas, mox vanescit; nec satis dignoscitur, an sit amnis, an rivulus, an locus palustris: aut etiam, qui ripas ambiguas et sæpe abruptas habuit.

[n] *Quique terminus esse sufficiat, Usipii ac Tencteri, colunt*] Hæ nationes omnes in ditionem postea ac nomen Francorum concessere, ut Græcorum provincias hodie *Turciam* vocamus. Sub inclinationem enim Romani imperii regnarunt in Germania potenter Saxones cum Toringis, Franci, ac Alemanni; qui et Suevi, propriis adhuc subjectarum aut fœderatarum nationum appellationibus discreti. Nam Francorum quibus *Ausibariis* nomen fuerit, quibus item *Saliis* meminit Ammianus Marcellinus. *Rhenanus.*

*Quique terminus*] Rhenus enim, a suis fontibus, usque ad illas gentes, incertus est alveo et nomine, pluresque efficit lacus. Et quod *initio* dixit, Germaniam Rheno terminari, verus non censetur terminus, nisi ultra Usipios ac Tencteros. *Pichena.*

*Usipii*] Usipetes, populi Germaniæ magnæ ad Rhenum fluvium: hodie pars septemtrionalis ducatus *Gueldriæ*, cum *Zutphaniæ* comitatu, in provinciis Unitis, seu Belgio Fœderato. *Tillemon.*

*Tencteri*] Populi Germaniæ magnæ ad Rhenum fluvium: hodie ducatus *Berg* seu *Mons*, et comitatus *Sigen* et *Dillenbourg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemon.*

teri, super solitum bellorum decus,[o] equestris disciplinæ arte præcellunt. Nec major apud Cattos peditum laus, quam Tencteris equitum. Sic instituere majores, posteri imitantur. Hi lusus infantium, hæc juvenum æmulatio, perseverant senes: inter familiam et Penates[p] et jura successionum equi traduntur: excipit filius, non, ut cetera,[1] maximus natu, sed prout ferox bello[q] et melior.[2]

33. Juxta Tencteros Bructeri[r] olim occurrebant: nunc Chamavos[s] et Angrivarios[t] immigrasse narratur, pulsis Bruc-

*tris militiæ solertia præeminent. Nec majus apud Cattos pedestris agminis decus, quam apud Tencteros equestris. Sic patres usurpavere, et posteri æmulantur. Hi ludi puerorum, hæc adolescentum imitatio,* in ea *perstant seniores: inter familiam, domumque, et hæreditatum jura donantur equi: excipit filius, non, ut reliqua, vetustissimus, sed prout promtus armis et fortior* est.

*Prope Tencteros Bructeri olim consederant: nunc Chamavos et Angrivarios* illuc *transiisse ferunt, ejectis Bructeris, ac funditus eversis deletisque, consensu proxi-*

1 Ms. Turic. *non ut extat;* quod probat Ernestus. Editiones veteres, *non, ut extera.* Melior vulgata scriptura. *Brotier.*—2 Melius, *ferox et bello melior;* ut vult Acidalius. *Idem.*

NOTÆ

[o] *Super solitum bellorum decus*] Id est, super suetam insitamque et ingenitam ceteris Germanis belli gloriam, id quoque præcipuum, insigne, et proprium isti habent, ut equitatu præcellant ac præpolleant. Vertunt, præter gloriam quam bellis ante compararunt: non satis ad rem.

*Super solitum bellorum decus*] Habent, scil. illi, præferuntque eandem in bellis fortitudinem gloriamque, quam ceteri Germani. Et præter solitum illud, et commune decus Germanicæ gentis, etiam equitandi arte præcellunt aliis populis.

[p] *Et Penates*] Ne intelligas Deos Lares aut Penates. Neque enim ulli tales Dii Germanis. Intellige potius: Inter opes et pretiosa quæque domus ornamenta, et velut inter dotales cultus, *equi* traduntur [filio qui præliis ferocior est: quod clare explicat statim Tac. cum addit, 'et jura successionum.' In penatibus seu familia, pretiosiores opes apud barbaros fuere equi, frameæ, arma magna, quæ fortiores et meliores bello filii, quasi *jura successionum*, excipere pro suo jure debuerunt.

[q] *Prout ferox bello*] Ceteras opes verecundia ætatis et naturæ, seu nascendi privilegio, vetustissimus liberorum excipit; at equus, quia ad bella natus, quia deliciæ gentis, ideo cedit ferociori, ut meliori et fortiori, quasi nobiliori.

[r] *Bructeri*] Populi Germaniæ magnæ ad Amisiam fluvium, dividuntur in *majores* et *minores:* hodie Episcopatus Monasteriensis, *Munster*, nonnullique minores status in eo inserti, et in circulo Westphaliæ. *Tillemon.*

[s] *Chamavos*] Chamavi, populi Germaniæ magnæ ad Visurgim fluvium: hodie ducatus *Ferden*, seu *Werden*, comitatus *Hoye* et *Diepholt*, principa-

teris ac penitus excisis, vicinarum consensu nationum: seu superbiæ odio, seu prædæ dulcedine, seu favore quodam erga nos Deorum: nam ne spectaculo quidem prælii[u] invidere; super LX. millia, non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat, quæso, duretque gentibus, si non amor nostri, at certe odium sui: quando, urgentibus[t] Imperii fatis,[v] nihil

*morum populorum: seu invidia et ira ob impotentiam, seu prædæ blandimento* illecti, *seu gratia quadam Numinum erga nos: nam ne oblectamentum quidem spectaculi et certaminis nobis ademere: plusquam sexaginta millia perierunt, non vi aut armis Rom. sed,* (*quod amplitudine* Rom. *dignius est*) *voluptati aspectuique confecti sunt. Perstet, oro, maneatque barbaris, si non amor nostri, at saltem odium*

1 Ita Mss. Vatic. 1518. et 4498. In Mss. Vatic. 1862. et 2964. *jam urgentibus.* Ms. Turic. et veteres editiones, *in urgentibus.* Ms. Arundel. *in vergentibus.* Illustr. Huetius mallet, *vigentibus imperii fatis;* quod hæc scriberet Tacitus, cum imperium Romanum, Trajano Principe, vigebat. Forte tamen Tacitus dixit *urgentibus,* quod mole sua diuturnioreque fortuna jam labaret imperium. Sic ferme Livius, v. 36. 'Jam urgentibus Romanam urbem fatis.' *Brotier.*

## NOTÆ

tus *Minden*, et comitatus *Schaumburg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemon.*

*Chamavos*] *Chamavi* sicut *Brisigavi.* Chamavorum cohortem XI. agentem Pearni, sub duce Thebaidos militasse, liber indicat de præfecturis Romanis. Ausonius in Mosella: 'Accedent vires, quas Francia, quasque Chamaves, Germanique tremant.' *Rhenanus.*

[t] *Angrivarios*] Angrivarii, populi Germaniæ magnæ, inter Amisiam et Visurgim amnes: hodie Episcopatus *Osnabrug*, et comitatus *Teckelenbourg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemon.*

[u] *Ne spectaculo quidem prælii*] Nam fere in oculis Romanorum commissum illud prælium. Neque certe procul a castris legionum, quæ in utraque Germania et ultra Rheni ripam disposita, quod turpe barbaris, ut quibus immineret hostis infensissimus, cui opponere illas vires et opes salubre et gloriosum fuerat.

[v] *Urgentibus Imperii fatis*] Scriptus liber non male, *vergentibus.* Lipsius.

Discrimen est inter *urgentia fata* et *vergentia.* Certe ævo Taciti *urgebant* fata, instabant, imminebant, ut semper quocumque fere loco et tempore urgent; nondum tamen *vergebant.* Immo imperium Rom. tum *movebat lacertos,* teste Floro: et promovit Trajanus fines imperii longe ultra Danubium et Euphratem; qua gloria omnes ante se principes Rom. antecelluit. Continuo urgent fata, etiam in prosperis: et tum præcipue vigilandum fortibus viris, ne quem ludum insolentem ludat fortuna, cujus ut amoris acerbæ sagittæ, sæpe et sævus jocus esse possit.

*Urgentibus Imperii fatis*] Cic. pro Sextio: 'Duo Reipub. turbines, qui non modo præcipitanti patriæ non subveniebant, sed etiam nimium tarde concidere mœrerent.' Sic et dixit Petronius: 'Fatis properantibus.'

*Urgentibus Imperii fatis*] Ea *fata* seu rerum *vices* apte describit Justinus XI. 5. ubi de Alexandro: 'Prius-

jam præstare fortuna majus[w] potest, quam hostium discordiam.[x]

34. Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgibini[1] [y] et Chasuari[2] [z] cludunt aliæque gentes, haud perinde memoratæ.[a] A fronte Frisii[b] excipiunt. *Majoribus*[c] *minoribusque*[d] *Frisiis*

*sui: quandoquidem, instantibus imperii fatis, nihil jam efficere fortuna grandius potest, quam hostium dissensionem.*

*Angrivarios et Chamavos cingunt a tergo Dulgibini, et Chasuari, aliæque nationes non æque celebres. Occurrunt a fronte Frisii.* Hi *vocantur* Frisii majores et

1 Ms. Vatic. 2964. *Dulgicubini.*—2 Ms. Vatic. 4498. *Chasaurii.* Ms. Va-

NOTÆ

quam ulla navis littore excederet, hostias cædit: petens victoriam bello, quo toties a Persis petitæ Græciæ ultor electus sit, quibus longa jam satis et matura imperia contigisse; quorumque tempus esse, vices excipere melius acturos.'

[w] *Nihil jam præstare fortuna majus*] Sic fere Livius de duobus Italiæ populis l. II. 'Hinc ex certamine, Volsci Æquine imperatorem conjuncto exercitui darent, seditio; deinde atrox prælium ortum. Ibi fortuna populi Rom. duos hostium exercitus, haud minus pernicioso quam pertinaci certamine confecit.'

[x] *Quam hostium discordiam*] Et in id etiam potissimum incubuere postea imperatores; Tiberius, magnus talium dolorum artifex; et Drusus filius, senili consilio patris usus; et alii, partim arte et fraude, partim pecunia et stipendiis, quæ illis nationibus aut regibus exsolvebant. Non tamen hos milite aut copiis Rom. juvere; non enim barbarorum bellis se immiscebant, sive id infra majestatem Romanam crederent, seu prudentia, ne feras gentes irritarent, et novos hostes incitarent, et vincere extraneos externis armis mallent, sive aliis causis.

[y] *Dulgibini*] Populi Germaniæ magnæ, inter Amisiam et Visurgim amnes: hodie pars comitatus *Lippe*, et integri comitatus *Ravensperg* et *Ritberg*, in circulo Westphaliæ ad Orientem. *Tillemon.*

[z] *Chasuarii*] Chasuarii, populi Germaniæ magnæ, inter Rhenum et Visurgim fluvios: hodie Episcopatus *Paderbonensis*, in parte orientali circuli Westphaliæ. *Tillemon.*

[a] *Aliæque gentes, haud perinde memoratæ*] Hujusmodi gentium, haud perinde memoratarum, una fuere Franci, qui circumjectarum nationum aucti primum imperio; deinde, una cum Alemannis, superiorem tenentibus Rheni ripam, cum ipsi inferiorem possiderent, transgressi in Gallias, ut nulla fides regni sociis, ad Tolbiacum memorabili prælio, quo de summa rerum decernebatur, copias Alemannorum deleverunt, duce Ludovico, quem vulgus *Clodoveum* appellat.

Tandem ita devictis Saxonibus, nullo usquam resistente populo, totius prope occidentis potiti sunt ditione. *Rhenanus.*

[b] *Frisii*] Populi Germaniæ magnæ ad Oceanum Germanicum: hodie pars septemtrionalis comitatus *Hollandiæ*, et dominia *Owest-Frise*, et

vocabulum est ex modo virium: utræque nationes[3] usque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immensos insuper lacus[e] et Romanis classibus[f] navigatos. Ipsum quin etiam Oceanum illa[4] tentavimus: et superesse adhuc Herculis columnas[g] fama vulgavit: sive adiit Hercules,[h]

minores *pro portione opum: utrique populi prætenduntur Rheno usque ad mare, et circumeunt ingentes præterea paludes, et Romanis navibus perlustratas. Quin etiam ipsum Oceanum illa* parte *exploravimus: et stare etiam nunc columnas Her-*

tic. 1518. *Occasuarii.* Mss. Vatic. 1862. et 2964. *Tasuari.*—3 Ms. Turic. *jureque nationis.*—4 Ms. Turic. *illac.*

NOTÆ

*Groningue*, in provinciis Unitis seu Belgio Fœderato. *Tillemon.*

[c] *Majoribus*] Frisii majores, populi Germaniæ, &c. Hodie dominia *Owest-Frise* et *Groningue*, in provinciis Unitis. *Tillemon.*

[d] *Minoribus*] Frisii minores, populi Germaniæ, &c. Hodie pars septemtrionalis comitatus *Hollandiæ*, in provinciis Unitis. *Tillemon.*

[e] *Lacus*] Flevo, lacus Frisiorum, Satiorum, et Usipetum populorum Germaniæ: hodie *Zuyder-Zee*, sinus maris Allemaniæ in provinciis Unitis. *Tillemon.*

[f] *Romanis classibus*] A Germanico, ut Tac. refert Annal. II. Dio ait ipsum *per paludem seu lacum* ad Chaucos tantum pervenisse. *Colerus.*

[g] *Superesse adhuc Herculis columnas*] Nempe manere columnas adhuc, stareque incolumes, post tam longam ætatum sæculorumque seriem.

*Herculis columnas*] Nempe aliæ columnæ istæ a columnis, quæ ad fretum Gaditanum: et istæ sitæ forent ad fretum, quod nunc indigitant vulgo *le destroit de Sund.*

[h] *Sive adiit Hercules*] Nempe Oceanum illum, et ibi columnas exstruxerit.

*Sive adiit Hercules*] Diodorus Sicul. Hist. v. 2. Hercules 'cum exercitu in Celticam Galliam profectus est, omnique peragrata provincia, infandum interficiendorum hospitum morem sustulit. Cum ingens ex omnibus gentibus eum exercitus sequeretur, urbem condidit amplam, quam appellavit Alexiam,' &c. Sed hæc fabulosa.

*Adiit Hercules*] Forte hic sit Hercules Gallicus seu Celticus, de quo sic Lucianus: 'Hercules apud Celtas Ohmios lingua vernacula vocitatur. Ejus autem speciem multum ab Hercule Græcorum abhorrentem monstrificamque pingunt. Senex est illis Hercules admodum confectus, inculto capite, glabroque, atque extrema canitie, obrugata cute, vietus, retorridus, cujusmodi fere maritimos artifices videmus ad ultimam senectutem pervectos. Omnia denique magis eum, quam Herculem, esse crederes. Atque is hujusmodi cum sit, habet nihilominus Herculis cultum et gestamina. Amictus est enim leonino tergore; dextra clavam tenet, arcumque sinistra protendens; pharetram ex humero pendulam habet; et, ut semel dicam, Hercules est usquequaque. Hunc autem eo habitu cum vidissem, confestim arbitratus sum commentum esse illud Gallicum, ludibriumque quoddam hominum, Herculis Græci divinitatem suggillare

NOTÆ

maxime volentium. Verum (id quod inprimis in ea tabula admirandum esse duxi) senex ille Hercules confertissimam quandam hominum multitudinem trahit, omnes auribus vinctos. Vincula illi sunt habenulæ prætenues, auro electroque fabrifactæ, spirulis collaribus honestissimis persimiles. Atque ii tam exilibus vinculis ducti (quod mireris) ne fugam quidem circumspectare videntur, tametsi nullo prope negotio explicare se possint. Nec omnino restitantes, aut in diversum renitentes resupinatosque videas. Hilares vero illi, lætitiaque perfusi, sequuntur ducentem se Deum laudibus efferentes, trahenti se ultro eo usque obsecundantes, ut præveniendi studio vincula etiam laxa incontentaque relinquant. Diceres eos tristes futuros, si ejusmodi vinculis eximi se sentiant. Age, quod absurdissimum mihi visum est, id vero addere non verebor. Cum enim pictori reliquum jam nihil esset, unde catenularum extrema innecteret; quippe dextera quidem clava gestanda, sinistra vero arcu tenendo occupata, pertusa Dei lingua alligatos eos homines ductitari ab ejus summo finxit, identidem duce ridibundo ad eos se convertente. Hæc ego diutule cum considerassem admirabundus et hæsitans, atque adeo indignatione plenus, ibi Gallus quidam, qui tum forte aderat, haud ignarus ipse rerum nostrarum, ut qui linguam Græcam exacte doctus esset, ut postea patuit, Græce eo loquente, philosophiæ quoque, more gentis, studens, Quantum conjicere licet, tibi, inquit ad me, mi hospes, picturæ hujus sacramentum interpretari volo: videris enim nonnihil hac de re conturbari. Nos igitur Celtæ sermonem, non, quemadmodum vos Græci, Mercurium esse dictitamus, sed Herculi similem sermonem effingimus, quod viribus admodum prævalere eum Mercurio credimus. Quod autem senex fingitur, ne id tu magnopere admireris: solet enim sermo in senectute demum vim suam justam plenamque exhibere: siquidem poëtæ vestri vere id censuerunt, juniorum hominum mentem volucrem instabilemque esse, senectutem autem scite dicere posse, et commodius juventute. Sic tibi apud Homerum ex Nestoris senis lingua profluere mel creditur, et Trojanorum oratores floridam ore vocem emittere dicuntur. Proinde si auribus homines ad linguam illigatos senex hic Hercules, idem et sermo, trahit, ne hoc quidem est cur mireris, utique qui linguæ auriumque cognationem noris,' &c. Sic Hercules ille Gallicus non fuit symbolum veri Herculis seu antiquioris, neque forte Solis, aut Dei alius cujuscumque, sed eloquentiæ. Heros fuit ille Celticus diversus omnino ab aliis ejusdem appellationis, nullamque similitudinem habens cum Hercule Tyrio, Ægyptio, aut Thebano, nisi virtutis invictæ et similis vocabuli. Et quidni fuerit etiam Heros inclytus virtutis et gloriæ fama apud Celtas, apud Gallos et Germanos viros fortissimos, in Occidente, quemadmodum in Oriente apud Phœnices et Græcos extitit? vel ex re sic creditus vulgo, vel sic fictus antiquis annalibus; aut certe sic descriptus facundia ac licentia Græca, ex fama tamen.

Putat Vossius confundi Josuam cum Hercule: nam, inquit, quid tum animi Phœnicibus, vel aliis gentibus finitimis fuisse existimemus? Facile enim videbant non sine divino Numine tot bella gessisse Josuam, quorum memoria propagata per traditionem in posteros, fabulis admixtis. Ac facile creditum a Phœnicibus, cum Herculea vi nihil majus nossent, Jo-

seu, quicquid ubique magnificum[5] est,[i] in claritatem ejus

*culis fama tradidit: sive* huc *advectus sit Hercules, seu, quicquid ubique egregium*

5 Cod. Kapp. *magnum est.*—6 Ita omnes Mss. Vatic. Frustra Pichena e

NOTÆ

suam esse Herculem quendam. Sic paulatim Hercules Phœnicius seu Tyrius, et Israëliticus, Josua scil. ut vicinæ erant gentes, confundi cœperunt. Quod ut clarius pateat, spectandum, a quibus, quomodo, et ubi, et quando pugnatum sit a Jove adversus gigantes. Refert Apollodorus in primo Bibliothecæ, ex parte una fuisse Typhœum et gigantes alios; ex parte altera Jovem cum Diis ceteris, et Herculem, quem Jupiter 'socium ad se consilio Palladis advocaverat.' Ubi intelligendus Hercules ille Orientis, aliquot sæculis vetustior Thebano; qui ob eximiam fortitudinem Hercules vocatus, vero autem nomine Josua dicebatur. Huic certe bellum cum gigantibus, et tales fuere Cananæi, &c. Vide Num. XIII. 29. 34. &c. Tum Josua strenue agente, Deus lapidibus pluit, quibus magnam gigantum partem obtrivit. Sic Josuæ XI. 11. de pugna Josuæ contra quinque Reges: 'Cum fugerent filios Israël, et essent in descensu Bethhoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo, usque ad Azeca: et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filii Israël.' Hujus rei historia duravit etiam apud gentiles, et vulgo fuit persuasum, Jovem Herculi, id est, Deum Josuæ, imbre lapideo in prælio succurrisse. Et illud prælium commissum est, non, ut volunt gentiles, in Galliis inter Massiliam et Rhodani ostia, ubi conferti lapides; neque in Italia prope Vesevum montem; neque Phlegræis campis, qui in Macedonia aut Thracia apud Pallenem; neque juxta Olympiadem Arcadiæ fontem; sed ubi jacet Typhœus; scil. in Syria, quæ et *Aramæa;* uti Syris *terra Aram,* unde Syri Ἄριμοι et Ἀριμαῖοι dicti. Strabo l. XVI. 'Nominat etiam Arimos Homerus, quos Posidonius docet esse accipiendos, non locum aliquem Syriæ, vel Ciliciæ, vel alius terræ: sed Syriam ipsam. Aramæi enim sunt, qui in ea habitant, et fortasse Græci eos Aramæos vel Arimos vocabant.' Et sic Homerus ipse Iliad. B. 'Terra autem resonabat, Jove velut fit fulmine-gaudenti Irato, quando circa Typhoëam terram verberat In Arimis, ubi dicunt Typhoëi esse cubilia.' Igitur ab Hercule contra gigantes et Typhoëa commissum est prælium in Arabia et Syria; quibus locis contra Cananæos et Og regem Basam arma esse suscepta Moses docet. Nec ætas Herculis et Josuæ discrepat: modo ne intelligatur Thebanus ille Hercules, sed alter Orientis, quem tum *Ægyptium* vocare possumus, quia in Ægypto natus; tum *Indicum,* hoc est, Arabicum, quia hic tantas res gessit; tum Tyrium, sive Phœnicium, quia res ab eo gestas Tyrii Herculi suo ascripsere. Eum Thebano esse vetustiorem, clare docet Lucianus de Dea Syria: 'Herculis quidem templum illud quod est Tyri, non hujus Herculis, quem Græci decantant: sed quem ego dico, multo vetustior est, et Tyrius Heros.' Et eodem tempore vixit quo Josua: nam apud Eusebium, Chronicis num. 142. legis: 'Moses in Sina monte divino fruitur

referre consensimus.[6] Nec defuit audentia Druso[7] Germanico:[j] sed obstitit Oceanus[k] in se simul atque in Herculem

*et amplissimum est, in gloriam ejus refundere solemus. Nec defuit audacia Druso Germanico: sed prohibuit Oceanus se perinde atque Herculem investigari. Postea*

scripto libro, quem laudat Lipsius, emendavit, *consuevimus*. Brotier. *consuevimus* Gronovius et Ryckius.—7 Mallet Freinshemius, *Druso et Germanico*; quod non probat Ernestus, cum Germanicus Oceanum, non curiositate, sed

NOTÆ

aspectu.' At quinquennio ante, scil. num. 42. 'Hercules, cognomento Desanaus, in Phœnice clarus habetur,' &c. Sic fere Ger. Jo. Vossius.

[i] *Quicquid ubique magnificum est*] Certe plures hoc nomine extiterunt clarissimi. Cic. 3. de Nat. Deor. 'Quem potissimum Herculem colamus, scire sane velim: plures enim tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur et reconditas literas: antiquissimum Jove natum, sed antiquissimo item Jove. Nam Joves quoque plures in priscis Græcorum literis invenimus. Ex eo igitur et Lisyto est is Hercules, quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus, Ægyptius: quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius est ex Idæis Dactylis: cui inferias afferunt. Quartus Jovis est, Asteriæ, Latonæ sororis, quem Tyrii maxime colunt, cujus Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcmena, quem Jupiter genuit: sed tertius Jupiter.' Sic et Macrob. 11. Sat. 20. 'Nec existimes Alcmena apud Thebas Bœotias natum solum vel primum Herculem nuncupatum: immo post multos, atque postremus ille hac appellatione dignatus est, honoratusque hoc nomine: quia nimia fortitudine meruit nomen Dei virtutem regentis. Ceterum Deus Hercules religiose quidem et apud Tyron colitur. Verum sacratissima et augustissima Ægyptii cum religione venerantur: ultraque memoriam, quæ apud illos retro longissima est, ut carentem initio colunt, &c. Præterea sacrorum administrationes apud Ægyptios multiplici actu multiplicem Dei asserunt potestatem, significantes Herculem hunc esse τὸν ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων ἥλιον, id est, 'in omnibus et per omnia solem.'

[j] *Druso Germanico*] Lego, *Druso et Germanico*. Haud enim omisisset auctor Germanici expeditionem ingenti clade insignitam, cum Drusianam, absque successu quidem illam, sed clade non infamem, non reticuisset. *Freinshem.*

Malunt, *Druso et Germanico*. Sed dubito num Germanicus columnarum Herculis quærendarum causa quicquam fuerit conatus: nam de alia expeditione hic non agit Tacitus. *Conringius.*

Hic tantum agitur de Druso, patre Germanici, qui *Germanicus* a senatu appellatus est post mortem; quod decus nulli mortalium contigit. Et Germanicus, Drusi filius, non tam investigabat maria, quam hostes seu Germanos, ut vindicaret cædem Vari et legionum Rom.

[k] *Sed obstitit Oceanus*] Qui obstitit? non enim legimus, vexatam procellis Drusi classem, quemadmodum Germanici filii. *Obstitit* ob immensitatem pelagi, et quia suopte ingenio investigabilis Oceanus classibus et arti ho-

inquiri.[8] Mox nemo tentavit: sanctiusque ac reverentius visum, de actis Deorum credere,[m] quam scire.[9]

35. Hactenus in[1] Occidentem Germaniam novimus.[1] In Septentrionem ingenti flexu redit.[n] Ac[2] primo statim Chau-

*nemo ausus est: sanctiusque et reverentius visum, de factis Deorum credere, quam* ea *noscere.*

*Huc usque Germaniam ad Occidentem lustravimus. In Septentrionem magno circuitu revertitur. Ac primo statim natio Chaucorum, licet initium capiat a Fri-*

victoriæ spe, tentaverit.—8 Olim scriptum fuisse, *inquirenti*, putat Cl. Ernestus.—9 Mirandulanus, *scire velle;* minus recte, ut bene monuit Cl. Menage. *Brotier.*

1 Illustr. Huetius vel delebat præpositionem, *in;* vel emendabat, *movimus.* Ferri potest vulgata scriptura. *Brotier.*—2 Ms. Long. *a primo.*—3 Copula

NOTÆ

minum, ut tunc res erant. Nondum comperta ratio tute navigandi vastis his et audentioribus spatiis; aut etiam, jubente Dea, retrocessit Drusus.

*Obstitit Oceanus*] Scil. *adversus* furensque procellis, quasi indignabundus, quod in se curiosius inquirerent miseri mortales.

[1] *In Herculem inquiri*] Arrianus Periplum maris Rubri sic finit: 'Quæ ultra sunt loca, propter vehementiam procellarum, et glaciem impervii maris, dein et fatali quadam potentia Deorum, inaccessa et investigabilia sunt.'

[m] *Sanctiusque .... de actis Deorum credere*] Macrob. I. 2. 'De Diis autem, ut dixi, ceteris, et de anima, non frustra se, nec ut oblectent, ad fabulosa convertunt: sed quia sciunt inimicam esse naturæ apertam nudamque expositionem sui: quæ sicut vulgaribus hominum sensibus intellectum sui vario rerum tegmine operimentoque subtraxit, ita a prudentibus arcana sua voluit per fabulosa tractari. Sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiuntur, ne vel his ademtis, nudam rerum talium se natura præbeat: sed summatibus tantum viris sapientia interprete veri arcani consciis, contenti sint reliqui ad venerationem, figuris defendentibus a vilitate secretum. Numeni denique inter philosophos occultorum curiosiori, offensam Numinum, quod Eleusina sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt: viso sibi ipsas Eleusinas Deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prostantes, admirantique, et causas non convenientis Numinibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas, ab ipso se adyto pudicitiæ suæ vi abstractas, et passim adeuntibus prostitutas. Adeo semper ita se et sciri et coli Numina maluerunt, qualiter in vulgus antiquitas ipsa fabulata est: quæ et imagines et simulacra formarum, [Diis] talium prorsus alienis, et ætates tam incrementi quam diminutionis ignaris, et amictus ornatusque varios corpus non habentibus assignavit.'

*Credere, quam scire*] Præceptum idem Philetæ: 'Deum cole atque crede, noli quærere.'

[n] *Hactenus in Occidentem, &c. In Septentrionem ingenti flexu redit*] Germaniam intelligit, qua prætenditur Oceano, inter ostia fluminum Amisiæ et Albis, ac prout per ripam Visurgis extenditur usque ad civitatem quam vocant hodie *Minden.*

corum[o] gens, quanquam incipiat a Frisiis, ac partem littoris occupet, omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur,[p] donec in Cattos usque sinuetur. Tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent: populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri: sine cupiditate, sine impotentia,[q] quieti secretique,[r] nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Idque præcipuum virtutis ac virium[3] argumentum est, quod, ut superiores agant, non per injurias assequuntur. Promta tamen omnibus arma, ac, si res poscat, exercitus; plurimum[4] virorum equorumque: et quiescentibus eadem fama.

*siis, ac partem oræ teneat, omnium, quos memoravi, populorum lateribus prætexitur, donec in Cattos usque flectatur. Tam ingens agrorum spatium non obtinent solum Chauci, verum etiam replent: gens inter Germanos clarissima, quæque amplitudinem suam malit jure defendere: sine avaritia, sine ambitione, pacati secretique, neminem bello lacessunt, nullis rapinis aut incursionibus grassantur. Idque summum fortitudinis et opum documentum est, quod non* vi aut *per iniquitates obtinent, ut superiores agnoscantur. Parata tamen cunctis arma, et, si res postulet, exercitus; magna vis equorum virorumque: et pacem agitantibus idem decus* est.

*que* abest a Mss. Vatic. et editionibus veteribus. In Ms. Vatic. 1518. *id pretium virtutis ac virium præcipuum argumentum.*—4 Ms. Turic. *exercitus plurimus virorum.*

## NOTÆ

[o] *Chaucorum*] Chauci, vel Cauchi, populi Germaniæ magnæ ad Oceanum Germanicum: hodie ducatus *Bremen*, et comitatus *Embden* sive *Oldenbourg*, in circulis Saxoniæ inferioris et Westphaliæ. *Tillemonius.*

[p] *Lateribus obtenditur*] Nempe Chauci positi sunt retro et a tergo omnium harumce nationum: ita ipsarum *lateribus* adhærent.

[q] *Sine cupiditate, sine impotentia*] Id est, sine ambitione et libidine dominandi. Posset tamen infra credi, eam pacem jucundiorem fuisse, quam tutiorem Cheruscis; quia, scil. falso quiescebant inter impotentes seu invalidos Fosos, et Cattos validos. Sed is sensus non Taciti est, qui per *impotentes*, invalidos nusquam intellexit: nec forte ullus auctor, qui Latine sciat aut scribat; quod clarum ex hoc loco: *sine impotentia.*

[r] *Quieti secretique*] Tacitus magis hic suum tempus quam præterita consideravit. Dixerat enim Annal. II. 'Per idem tempus Chauci, nulla dissensione domi et morte Sanquinii alacres, inferiorem Germaniam incursavere.'

Sic libro IV. 'Narrantur Ansibarii quoque a Chaucis sedibus deturbati.' *Colerus.*

*Quieti secretique*] Quod fere unum et idem; hoc est, pacifici et sepositi, remotique ab omni tumultu aut bello. Sic quietis ac secretis agere licuit, quia promta arma et plurimum virorum equorumque: quibus adversus pacem turbantes lacessentesque hostes statim uti potuerunt.

36. In latere Chaucorum Cattorumque Cherusci[s] nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt:[t] idque jucundius,[1] quam tutius, fuit: quia inter impotentes[2 u] et validos

*Cherusci in latere Chaucorum Cattorumque, haud provocati aluerunt nimiam ac diu torpentem pacem: idque lætius, quam prudentius fuit: nam inter ambitiosos et*

1 Gronov. et Ryckius scribunt *jocundius*.—2 Ms. Turic. *impetentes*. Melius *impotentes*. Solita enim Barbarorum vitia, audacia, cupiditas, impotentia, id

NOTÆ

[s] *Cherusci*] Populi Germaniæ magnæ, inter Visurgim et Salam fluvios: hodie ducatus *Brunswick*, Episcopatus *Hildesheim* et pars ducatus *Magdebourg*, in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillem.*

[t] *Marcentum diu pacem .... nutrierunt*] Forte post Arminium, quo duce floruerant, legionesque Rom. deleverant, et Maroboduum ipsum; aut certe postquam Germanicus ejectus a Tiberio in Orientem, abstractusque est suetis legionibus, prætextu componendi Orientis. Ex fama belli sic *illacessiti* diu nimiam pacem aluerunt Cherusci. Unde clades. Post Tiberium, Drusum, et Germanicum usque ad secundum Trajani consulatum, lacessiti tantum videntur minis Caligulæ: quod tradit diserte Tac. infra c. 37. 'Drusus ac Nero [Tiberius] et Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæsaris minæ in ludibrium versæ. Inde otium,' nempe usque ad Vitellium et Vespasianum. Tunc enim Civilis Batavus et Germani, 'occasione discordiæ nostræ et civilium armorum, expugnatis legionum hybernis, etiam Gallias affectavere: ac rursus pulsi inde,' a Ceriali scil. Vespasiani principis legato, 'proximis temporibus,' scil. imperante Domitiano, 'triumphati magis quam victi sunt.' Ubi nota, *otium* illud fuisse 80. annorum: quod perniciosum ut cum maxime, *inter* vicinos *validos*, et dominationis aut prædæ *impotentes*.

[u] *Inter impotentes*] Rationem auctor exhibet, cur non adeo securi, ob vicinos *impotentes*, hoc est, affectibus suis et ambitioni non imperantes Cattos, vivere Cherusci debuissent. Male inter lupos ovibus, male consultum inter vulpes et aquilas columbis est. *Kirchmaier.*

*Inter impotentes et validos*] Id est, inter ambitiosos, et alieni imperii vel opum et prædæ cupidos: nec enim de tertio aliquo populo hic intelligit, qui sit socius alterutrius, nempe impotentis, vel validi. Hic tantum agitur de Cattis et Cheruscis inter se pugnantibus. Cattos autem *impotentes et validos* vocat, Cheruscos autem modestos et bonos; et nondum agit de Fosis, qui socii Cheruscorum, et qui eorum ruina tracti sunt. De quibus si loqueretur hic, certe posset concipi, quasi per *impotentes* hic intelligantur infirmi et invalidi; sed loquitur tantum hoc loco de Cattis et Cheruscis. Et supra eandem phrasin usurpat ubi de Chaucis.

*Inter impotentes*] Populus Rom. qui secesserat in montem sacrum sic queritur de proceribus seu potentioribus, apud Dionysium Halic. 'Cui credemus? an dignitati legatorum suam fidem interponentium? atqui per hos antea nos deceperunt. An Diis testibus jurejurando firmata fide? At

falso quiescas; ubi manu agitur,[v] modestia ac probitas[w] nomina superioris[3] sunt.[x] Ita, qui olim ‘boni æquique Cherusci,’[y] nunc ‘inertes ac stulti’[z] vocantur: Cattis victoribus

*præpollentes falso pacem habeas; ubi vi et armis agitur, moderatio ac bonitas vocabula superioris* seu victoris *sunt. Sic, qui olim* probi justique Cherusci, *nunc* ignavi ac stolidi *appellantur: Cattis victoribus fortuna in sapientiam vertit. Tracti*

---

est, effræna libido. *Brotier.*—3 Ita Beroaldus et recentiores. Ac bene quidem, ut patet ex sequentibus. Victores enim Cherusci boni æquique olim dicebantur; at victi nunc inertes ac stulti vocantur. Modestia ergo ac probitas nomina superioris sunt. In Mss. Vatic. Cod. Kapp. et editionibus veteribus, *nomine.* Ms. Turic. *nomine superiores.* Frustra emendat Tanaquil Faber, *nomina sequioris.* Heinsius, *nomina superiori sunt,* id est, a potentiore,

NOTÆ

hæc mihi magis quam humana suspecta est, quando eam a potestatibus sperni video. Et societates, quæ inter imperandi avidos et inter libertatis tenaces non sponte coëunt, sæpe jam didici tantisper durare, quamdiu eas continet necessitas.’

[v] *Ubi manu agitur*] Sic Ennius apud A. Gellium, xx. 9. ‘Pellitur e medio sapientia, vi geritur res; Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Haud doctis dictis certantes, sed maledictis, Miscent inter se inimicitias agitantes. Non ex jure manu consertum; sed mage ferro Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.’

[w] *Modestia ac probitas*] Solet, cum victoria, bona fama victorem sequi, armisque superior, etiam causa melior videri. Contra in victo *modestia ac probitas* spernuntur. Et illa ignaviæ, hæc simplicitatis vocabulo eluditur. *Coler.*

[x] *Nomina superioris sunt*] Solius imperantis, seu victoris est, res quaslibet nomine suo vere appellare. Omnia ornat fortuna vel dehonestat pro suo libito. Crimen ipsum virtus est, vel ipsa virtus flagitium, siquidem fortunæ placuit. Victores nomina præscribunt, ut et imperia: quæ virtus erit modestia in imperitante, hæc erit simplicitas et stultitia in inferiori, in victo. Fortuna prudentiam, virtutem, decus, gloriam, famam, omnia largitur aut rapit.

*Nomina superioris sunt*] Scribe, *nomina superiori sunt.* Illi, inquit, qui superior evadit in bello, *probitas et modestia* inane nomen sunt, et contemnuntur. *Heinsius. Modestia et probitas* nomina *superioris* sunt, quia potest illis uti pro nutu et arbitrio, quemadmodum et pace ac bello: at victo et inferiori hæc jam non sunt probitas et modestia, sed simplicitas, facilitas, et plena stultitiæ εὐήθεια.

*Nomina superioris sunt*] Hæc certe *nomina* melior seu victor pro nutu et jure suo sibi arrogat ultro, aut aliis attribuit pari libito, vel ex suo vel ex fortunæ arbitrio. Hoc solus victor potest, jus est in armis: in his vera æquitas, vera pax: sine armis justitia, probitas, modestia, virtus, verba mera, et hæc irrisui sunt. Probitas in mucrone gladii vera probitas est: quousque pertingit telum, eo usque jus, æquitas, probitas, &c. Recte admonebat olim Parthos Pompeius M. finiri debere imperia, non Euphrate, sed jure: nam jus in armis, et eo usque jus, potentia, et pax Romana, quousque arma.

[y] *Qui olim boni æquique Cherusci*]

fortuna in sapientiam cessit. Tracti[4] ruina[a] Cheruscorum et Fosi,[5][b] contermina gens, adversarum rerum ex æquo socii,[c] cum in secundis minores fuissent.

simul *exitio Cheruscorum etiam Fosi, finitima natio, calamitatum ex æquo participes, cum in* rebus *prosperis impares fuissent.*

ut inania nomina, spernuntur. *Brotier.*—4 Ita bene Pichena et recentiores. In veteribus editionibus, *tacti;* quod tamen defendit Gruterus. *Idem.*—5 Ms. Vatic. 1862. *et Fusi.*

## NOTÆ

Nempe dum armati victoresque, præliis et gloria belli florerent, æqui et probi Cherusci; nunc otio et inertia sua, aut adversa fortuna victi, *inertes ac stulti* vocantur. Dicant boni victi, quod Brutus olim pro libertate ac virtute occumbens, apud Plut. et quod repetit ipse Plutar. lib. de Superstit. 'O misera virtus, verbane tantummodo eras! At ego colebam te, velut facturus aliquod operæ Pretium, relinquens injustitiam auctorem opum,' &c.

[z] *Inertes ac stulti*] Cheruscos ait, pace longa et a nemine turbata in torporem segnitiamque solutos, armorum curam intermisisse imprudenter. Certe, florente pace, tum bonitas videbatur et modestia, eos contentos suis opibus et nemini graves esse. Et mansisset illis ea fama, si post diuturnum illud otium, tandem lacessiti fortiter restitissent, et statum tenuissent.

At postquam victi armis succubuerunt, tum non amore pacis aut justitiæ, sed pravitate consilii, et tædio belli laborum, et ignavia quiesse censentur. Etenim ubi res vi tractantur, non qui quiescunt, aut pace fruuntur, licet juste et innocenter alieno abstineant, hi *probi* et *modesti* appellantur; sed qui cum plus valeant et superiores sint, sibi temperant, quia id volunt, et id velle possunt.

*Ita* factum, ut *qui olim boni æquique Cherusci* (dum rebus secundis et alta pace fruuntur) vocabantur, *nunc*, postquam prosperis corrupti aut emolliti pace, tandem victi sunt, et Cattis cesserunt, *inertes ac stulti* vocantur. Gronovius.

[a] *Tracti ruina*] *Tracti*, pro *abstracti*, ut alibi Tacitus.

[b] *Et Fosi*] Mirum, cur *Fosorum*, qui ceteris scriptoribus ignoti sunt, fecerit mentionem Tacitus, nullam vero Saxonum! qui nihilominus a Ptolemæo inter claros appositi Cauchos (quorum et partem eos fecit Zozimus l. III.) super cervicem Cimbricæ peninsulæ siti olim referuntur.

Hic enim ille Germaniæ sinus, Oceano proximus, quem juxta Cimbros omnium consensu paludosi quondam Saxones incoluerunt, et hoc lib. intellexit Tacitus. Credendum est videlicet nomen *Saxonum*, ut et *Francorum*, nondum floruisse adeo, ut sequenti ævo invalescere cœperit. *Kirchm.*

*Fosi*] Populi Germaniæ magnæ inter Visurgim et Salam fluvios: hodie ducatus *Lunebourg*, et pars ducatus *Holsatiæ*, in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemonius.*

[c] *Adversarum rerum ex æquo socii*] In pace societas potentiorum invalidiores atterit tributis et oneribus, in bello delectibus, armis, equis, viris, copiis; idque inter imperii arcana. Sicque *rebus in secundis* semper *minores* socii. Tacitus supra: 'societate

37. Eundem Germaniæ sinum[1] [d] proximi Oceano Cimbri [e] tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens; veterisque famæ lata[2] vestigia manent, utraque ripa castra ac spatia,[f] quorum ambitu nunc quoque metiaris molem [g] manusque gentis, et tam magni exitus[3] fidem. Sexcentesimum et quadragesimum annum urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si ad alterum Imperatoris Trajani Consulatum computemus, ducenti ferme et decem anni colliguntur. Tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi ævi spatio, multa invicem damna: non Samnis,[4] [h] non Pœni, non

*Eandem Germaniæ oram occupant contermini Oceano Cimbri, modica nunc natio, sed fama ingens; priscique decoris late monumenta durant, utroque littore munimenta et spatia, quorum circuitu nunc etiam æstimes multitudinem manusque populi, et tam ingentis agminis fidem. Sexcentesimo et quadragesimo anno a condita urbe nostra, primum fama bellorum inclaruere Cimbri, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. A quo* tempore *si ad secundum principis Trajani consulatum numeremus, ducenti fere et decem anni reperiuntur. Tamdiu Germania superatur. Medio tam diuturni temporis intervallo, plurimæ invicem* illatæ *clades: non Samnites, non*

1 Brotierus et Ryckius edidere *situm:* et ita Mss. Vatic. Arundel. Cod. Kapp. et Ernestus. Placebat quoque Gronovio. Puteolanus, aliique libri editi, *sinum:* quod et recepere Bipont.—2 Sic ob consensum Ms. Vatic. Long. Humm. et ed. Nor. Rom. Put. etsi non inficier mihi *late* elegantius multo videri. *Oberl. Late* scribunt Brotier. et Ryck. et Gronov. *Lata* Bipont.—3 Sic constanter Mss. et edd. veteres. Lipsius e conjectura correxit, *exercitus*, quem secutus est Brotierus cum Ryckio et Gronovio. Reposuere *exitus* Bipont.—4 Ms. Turic. *Samnites.*

NOTÆ

potentiorum attriti:' et si fortuna contra dat, cladem ex æquo participant; sicque sunt 'adversarum rerum ex æquo socii.'

[d] *Eundem Germaniæ sinum*] *Eundem* intellige cum Chaucis: et quia supra dixit, 'in Septentrionem ingenti flexu redit:' et mox, 'utraque ripa castra ac spatia.' *Rhenanus.*

[e] *Cimbri*] Populi Cimbricæ Chersonesi in Germania magna, ad Oceanum Germanicum, et ad sinum Codanum: hodie *Jutlandia* peninsula, et major pars regni Daniæ, sive *Dannemarck.* Tillemonius.

[f] *Utraque ripa castra ac spatia*] Hic pro utraque ripa intelligit littora Oceani Orientalis et Occidentalis ad Cimbricam Chersonesum, quæ angusta quidem, sed plurimum in longitudinem extenditur, Boream versus; et in ejus utroque littore, vestigia castrorum, quæ Cimbri complexi fuerant, adhuc apparebant. *Pichena.*

[g] *Quorum ambitu nunc quoque metiaris molem*] Intelligit molem, seu magnitudinem castrorum, ipso ambitu dignosci adhuc posse; seu potius *molem*, seu numerum ac manus tantæ multitudinis, et, ut dicit, *tam magni exercitus fidem.* Olim in libris, *exitus.* Sed vere ad rem, *exercitus.*

[h] *Samnis*] Fuit quarta regio Italiæ: hodie sunt *Sabina* provincia, pars *Om-*

Hispaniæ Galliæve, ne Parthi quidem sæpius admonuere:[5][i] quippe Regno Arsacis[j] acrior est Germanorum libertas.[k] Quid enim aliud nobis, quam cædem Crassi, amisso et ipso[6]

*Carthaginenses, non Hispani, aut Galli, ac ne Parthi quidem sæpius* minis aut armis *excitavere: etenim imperio Arsacis flagrantior est libertas Germanorum. Quid enim aliud nobis exprobraverit Oriens, quam cladem Crassi, qui et ipse amisit*

5 Ms. Turic. *admovere:* Rhenanus conjicit intellecto *exercitum.*—6 Ita Ms. Vatic. 4498. et editiones quam plurimæ. In Mss. Vatic. 1518. et 2964. ut et in Cod. Kapp. et editionibus veteribus, *amisso et ipso et ipse Pacoro.* Rhenanus omisit, *et ipso.* Ernestus fatetur *ipse* elegantissimum esse; edidit tamen *ipso ob*

NOTÆ

*briæ* vel ducatus *Spoleti*, et pars *Campaniæ Romanæ* in ditione Pontificia; atque comitatus *Molise* fere omnis, *Abruzzo Citra* et *Ultra*, provinciæ fere integræ, parsque septentrionalior *Capitanatæ*, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[i] *Sæpius admonuere*] Non *admonebant* Parthi præcise sortis humanæ, aut adversorum, sed periculi, laborumque belli, modestiæ, officii, continendique imperii Romani intra limites, nec invadendi aliena; et finem imperii proprie non esse Euphratem, sed justitiam, quod olim dicebat Pompeius legatis Parthorum. Hujus juris et æquitatis admonebant Parthi Romanos, bella et arma ipsis inferendo, nisi se ultro continerent.

*Sæpius admonuere*] Recte: nam supra 'Cimbrorum audita sunt arma,' et admonuere tantum suæ virtutis Romanos barbari, qui, scil. ab ipsis profligati nec postea extra fines suos exire ausi sunt.

*Admonuere*] Lacessivere, provocavere, bello exercuere. Sic fere Justin. l. XLI. 1. de Parthis: 'Præterea cum gravibus Scythicis et vicinalibus bellis assidue vexati, variis periculorum certaminibus arguerentur:' ubi *arguere*, idem est ac *admonere.*

[j] *Regno Arsacis*] Civilis ad Gallos: 'Servirent Syria Asiaque, et suetus regibus Oriens.'

[k] *Acrior est Germanorum libertas*] Acrimoniam illam seu ferociam Germanorum expendit, attollitque in immensum Plutarchus: 'Vix sustinebatur impetus illorum et audacia: et ipsi manus, vim, ardoremque dimicandi, inter pugnas, ferocia, violentia, et immanitate, quasi erumpenti igni similes, acriter incitabant, ac velut incendebant.'

Idem Civilis: 'Nuper certe cæso Quintilio Varo, pulsam e Germania servitutem.'

*Acrior est Germanorum libertas*] Ne vertas cum interprete Gallico, *fortiores esse Germanos quam Parthos:* non enim id præcise vult Tacitus, quamvis inclinet in Germanos. Vult penitius insitam animis Germanorum pervicaciam libertatis, quam Parthis dominationem Arsacis; seu acriores vindices suæ libertatis esse Germanos, quam Parthos imperii: et id a natura, ut diximus; quia libertas indita insitaque penitus animis gentium septentrionalium; ambitio autem et imperandi libido ascititia est, et velut aliunde invecta, quibuscumque populis qui regnantur. Et re ipsa quidem Parthi equestri acie perinde præpolluere, ac Germani pedestri agmine; et id habuere supra Germanos saltem Parthi, quod magnam partem imperii

Pacoro,[1] infra Ventidium[m] dejectus Oriens objecerit?[7] At

*Pacorum, infra Ventidium deturbatus? At Germani, pulsis vel captis Carbone et*

copulam *et*. At plus vis et elegantiæ est, si legeris, *et ipse*. Brotier.—7 Ms.

NOTÆ

Persarum seu Macedonum, cum antea ignoti et abjectissimi essent, sibi vindicaverint, quemadmodum mox et Romani, et illud imperium defenderint adversus vim Macedonum primo, dein et Romanorum; et eo decore Parthi Romanis æquales, Germani vero suos tantum fines et libertatem defendere. Imperium autem multis postea sæculis illi, vel potius Galli, habuere in Carolo Magno; at, si vel hominum tum vel fatorum invidia Drusos et præcipue Germanicum suis legionibus et victoriæ suæ non abripuissent, cedebat certe armis Rom. universa Germania, quemadmodum et Gallia.

Sic Justin. l. XLI. 1. de Parthis: 'Postremo Macedonibus triumphato Oriente servierunt; ut cuivis mirum videatur, ad tantam eos felicitatem per virtutem provectos, ut imperent gentibus, sub quarum imperio, veluti servile vulgus fuere. A Romanis quoque trinis bellis per maximos duces florentissimis temporibus lacessiti, soli ex omnibus gentibus, non pares solum, verum etiam victores fuere. Quanquam plus gloriæ sit, inter Assyria et Medica Persicaque memorata olim regna, et opulentissimum mille urbium Bactrianum imperium, emergere potuisse, quam longinqua bella vicisse.' Germani servarunt illibatam ab omni ævo libertatem. At Parthi etiam imperium occupavere, diuque defendere. Germani utrumque non potuerunt habere, imperium simul ac libertatem; nec vel id optarunt aut sperarunt. Nec enim fere stat ferox ea libertas cum imperio, aut vice versa. Nimiam potestatem regum æmulatur aversaturque popularium libertas, ut jam olim compertum est in Arminio et Maroboduo, qui libertatem Germanicam pressere.

*Acrior est*] Longe acrius propugnant ac vindicant libertatem suam Germani, quam Parthi imperium Arsacidarum: pugnant alii pro libertate gentis; alii, Parthi scil. pro potestate regum, et servitute popularium asserenda.

[1] *Amisso et ipso Pacoro*] De quo sic Justin. XLII. 4. 'Rursum, Pacoro duce, inita cum Labieno societate, Syriam et Asiam vastavere, castraque Ventidii, qui post Cassium, absente Pacoro, exercitum Parthicum fuderat, magna mole aggrediuntur. Sed ille simulato timore, diu continuit se, et insultare Parthos aliquantisper passus est. Ad postremum in securos lætosque partem legionum emisit: quarum impetu fusi Parthi in diversa abiere. Pacorus, cum fugientes suos abduxisse secum legiones Romanas putaret, castra Ventidii, veluti sine defensoribus aggreditur. Tum Ventidius reliqua parte legionum emissa, universam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec ullo bello Parthi unquam majus vulnus acceperunt.'

[m] *Infra Ventidium*] Id est, a Ventidio Antonii legato prostratus et debellatus Oriens: clade ea, nempe Parthorum, et internecione tanti regis, quasi proculcatus et profligatus totus Oriens.

*Ventidium*] De quo Plinius l. VII. 43. 'Triumphare de Parthis P. Ven-

Germani, Carbone[n] et Cassio et Scauro[o] Aurelio et Servilio Cæpione, Cn.[8] quoque Manlio[p] fusis, vel captis, quinque

*Cassio, et Scauro Aurelio, et Servilio Cæpione, et M. etiam Manlio, quinque simul*

Vatic. 2964. *objecerunt*. Ms. Vatic. 4498. *objecit*. Ms. Vatic. 1518. *objicitur*.—8 Sic bene Ernestus. Antea in libris editis, *M. quoque Manlio;* et sic Gronov. et Ryck. Immo in Mss. Vatic. 1862. et 2964. *Marco quoque Manlio*. Cneii prænomen habent optimæ Ciceronis et Titi Livii editiones. Sic et vetus

NOTÆ

tidium fortuna voluit quidem solum, sed eundem in triumpho Asculano Cn. Pompeii Strabonis duxit puerum. Quanquam Massurius auctor est, bis in triumpho ductum. Cicero mulionem castrensem suffaraneum fuisse, plurimi, juventam inopem in caliga militari tolerasse.'

*Ventidium*] De quo Gellius I. xv. 4. 'Eum Picentem fuisse, genere et loco humili: et matrem ejus a Pompeio Strabone, Pompeii Magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, captam cum ipso esse. Mox triumphante Pompeio Strabone eum quoque puerum inter ceteros ante currum imperatoris sinu matris vectum esse. Post, cum adolevisset, victum sibi ægre quæsisse, eumque sordide invenisse, comparandis mulis et vehiculis, quæ magistratibus, qui sortiti provincias forent, præbenda publice conduxisset. In isto quæstu notum esse cœpisse C. Cæsari, et cum eo profectum esse in Gallias. Tum quia in ea provincia satis naviter versatus esset, et deinceps civili bello mandata sibi pleraque impigre et strenue fecisset, non modo in amicitiam Cæsaris, sed ex ea in amplissimum quoque ordinem pervenisse. Mox tribunum quoque plebis, ac deinde prætorem creatum: atque in eo tempore judicatum esse a senatu hostem cum M. Antonio. Post vero conjunctis partibus, non pristinam tantum dignitatem recuperasse, sed pontificatum, ac deinde quoque consulatum adeptum esse. Eamque rem tam intoleranter tulisse pop. Rom. qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur: 'Concurrite omnes augures, aruspices; Portentum inusitatum conflatum est recens: Nam mulos qui fricabat, consul factus est.' Eundem Bassum Suetonius Tranquillus, præpositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus, Parthosque in Syriam irrumpentes, tribus ab eo prœliis fusos, scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse, et morte obita, publico funere sepultum esse.'

*Ventidium*] Ventidius duobus prœliis Parthos vicit, altero confecit Labienum, altero Pacorum Orodis regis filium, et eadem die, qua Crassus a Parthis deletus erat. Cæsis Pansa et Hirtio Coss. Pansæ Octavius Cæsar, Hirtio P. Pedius, tum Cæsari Triumviro C. Carinas, et Pedio mortuo Ventidius suffectus est. Sic Dio.

[n] *Carbone*] Velleius II. 12. 'Effusa, ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum Cæpionem Manliumque consulem, et ante Carbonem Silanumque fudissent fugassentque in Galliis, et exuissent exercitu, Scaurumque Aurelium Cos. et alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus Rom. non alium repellendis tantis hostibus magis ido-

simul Consulares exercitus Populo Romano,[9] Varum, tresque cum eo legiones, etiam Cæsari abstulerunt: nec impune[q] C. Marius in Italia, D. Julius in Gallia, Drusus ac

*consulares exercitus ademerunt populo Rom. et Varum, tresque cum illo legiones, etiam Augusto* rapuere : *nec sine cæde et sanguine C. Marius in Italia, D. Julius*

lapis apud Gruterum, p. 207. *Brotier.*—9 Male Mss. Vatic. et Cod. Kapp. *populi Romani.* Idem.

NOTÆ

neum Imperatorem quam Marium est ratus.'

[o] *Cassio et Scauro*] Quintil. decl. 3. 'Strage nostrorum campi latent. Jam fugatorum Carbonis atque Silani sub comparatione felix militia est. Jacet post amissum Scaurus exercitum. Servilii Manliique bina cum tot legionibus castra perdidimus. Gens majorem terrarum partem victoriis pervagata, tantum in Mario stetit.'

[p] *M. quoque Manlio*] Potius Epitomæ Livianæ LXVII. crediderim, prænomen isti Manlio fuisse *Caio;* cum *Marci* prænomen isti familiæ ob Capitolini casum profanum fuerit. Vide Livium VI. 20. *Freinshemius.*

Licet posteris prohibitum fuerit usurpare nomen *Marci*, tempora post multa tamen, et post assertam diu Manliæ gentis gloriam, sperni potuit tale decretum, connivente senatu, et gentilitium vocabulum rursus assumi. Quis talia vindicet, præsertim in proceribus? et cum honoribus opibusque rursus efflorescit nobilis familia? Forte habuit utrumque nomen: nihil certe affirmare licet; tutius tamen est stare veteribus Mss. quam correctionibus.

[q] *Nec impune*] Potuit dici de Romanis, cum bello lacesserent Græcos et Asiaticos, et mox verterent arma adversus Gallos et Germanos, quod Molossus Rex de se et Alexandro Magno protulit, apud Gellium l. XVII. 21. Simul tempore duo Alexandri bellum inferebant, Molossus scil. Romanis, et Macedo Persis. 'Eum Molossum,' inquit Gellius, 'cum in Italiam transiret, [dixisse accepimus,] se quidem ad Romanos ire, quasi in ἀνδρωνῖτιν, [id est, quasi ad *arcem virorum* expugnandam,] Macedonem isse ad Persas, quasi in γυναικωνῖτιν,' id est, *in gynæceum* seu domicilium fœminarum.' Panegyr. Constantini de Germ. 'Perire festinant, seseque letalibus vulneribus et mortibus offerunt. Ex quo ipso apparet quam magnum sit, vicisse tam prodigos sui. Facile est vincere timidos et imbelles, quales amœna Græcia et deliciæ Orientis educunt: vix leve pallium et sericos sinus vitando sole tolerantes, et si quando in periculum venerint, libertatis immemores, ut servire liceat, orantes ....Trucem Francum, ferina sola carne distentum, qui vitam pro victus sui vilitate contemnat, quantæ molis sit, superare, vel capere,' &c.

*Nec impune C. Marius*] Plutarch. Parall. ubi de Mario et Calpurnia filia: 'Marius Cimbrico bello profligatus, in somnio præmonitus est victoriam se consecuturum, si prius Diis victimam filiam, Calpurniam nomine, faceret. Patriæ igitur caritati natura postposita, eo facto victoriam comparavit.' Sed hæc mera Dorothei Græculi fabella, cui et aliam super-

Nero et Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæsaris minæ in ludibrium versæ. Inde otium, donec occasione discordiæ nostræ et civilium armorum, expugnatis legionum hybernis,[r] etiam Gallias affectavere: ac rursus pulsi inde, proximis temporibus triumphati magis[s] quam victi sunt.

38. Nunc de Suevis[t] dicendum est, quorum non una, ut

*in Gallia, Drusus ac Tiberius et Germanicus in suis eos finibus exterruerunt. Dein magnæ comminationes Caligulæ in irrisum vertere. Postea pax, donec occasione dissensionis nostræ et bellorum civilium, captis legionum castris, etiam Gallias occupare voluerunt: ac, rursus hinc dejecti, ultimi* hisce *temporibus triumphati magis quam superati sunt.*

*Nunc de Suevis scribendum est, quorum non una natio, quemadmodum Cattorum*

NOTÆ

addit magis ridiculam, de tubis quæ hanc victoriam tempore victoriæ spontaneo clangore celebrant in ipsa Germania.

[r] *Expugnatis legionum hybernis*] Sic in Agric. 'Tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti: nec jam de limite imperii et ripa, sed de hybernis legionum et possessione dubitatum.'

*Expugnatis*] Spectat huc, quod habetur in Agric. quoad verba tantum; nam quoad sensum, Tacitus respicit hic Civilem qui Hist. l. IV. et V. legiones Rom. et ipsa castra legionum expugnavit, affectavitque imperium Galliarum.

[s] *Triumphati magis*] Nempe a Domitiano, de quo in Agric. 39. 'Inerat conscientia, derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, [de Cattis scil.] emtis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur.'

Plin. Paneg. 'Accipiet ergo aliquando Capitolium non inanes currus, nec falsæ simulacra victoriæ: sed imperatore veram ac solidam gloriam reportante, tranquillitatem, et tamen confessa hostium obsequia, ut vincendus nemo fuerit. Pulchrius hoc omnibus triumphis; neque enim unquam, nisi ex contemtu imperii nostri factum est, ut vinceremus.'

[t] *Suevis*] Quæ gens majorem partem Germaniæ obtinuit, circa Oceanum Septentrionalem et Germanicum, mare Suevicum, et fluvios Albim, Suevum, aut Viadrum, et Vistulam.

Antiquarum vero gentium nationumque nomina in hac Suevia a Tacito aliisque auctoribus numerantur: cis mare Suevicum, *Hermunduri*, *Narisci*, *Marcomanni*, *Quadi*, *Marsingi*, *Burii*, *Semnones*, *Lygii*, *Burgundiones*, *Gothones*, *Lemovii sive Heruli*, *Rugii*, *Carini*, *Langobardi*, *Deuringi* vel *Teuringi*, *Caviones*, *Angli* vel *Angili*, *Eudoses*, *Suardones*, et *Nuithones*: quibus accedunt alienigenæ, *Osi* atque *Gothini*. Trans mare Suevicum *Sitones* atque *Suiones*, magnæ gentes, et pluribus nationibus distinctæ. Æthicus Suevorum gentes in universum tradit fuisse quinquaginta quatuor.

Hodie in eo tractu sunt partes circulorum *Saxoniæ* superioris et inferioris, *Franconiæ*, *Bavariæ*, et *Austriæ*, *&c.* Regnum *Bohemiæ*, *&c.* in imperio Allemaniæ, atque pars status *Poloniæ*, circa Vistulam fluvium. His etiam

Cattorum Tencterorumve, gens: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quanquam in commune[1] *Suevi* vocentur. Insigne gentis obliquare[2] crinem[u] nodoque substringere.[v] Sic Suevi

*aut Tencterorum: ampliorem enim Germaniæ partem occupant, propriis adhuc populis vocabulisque distincti, quamvis promiscue* Suevi *appellentur. Proprium gentis* discrimen est, *torquere capillos, et in nodum religare. Sic Suevi discernuntur*

1 *Communi* Gronov.—2 Ms. Humm. *obligare.*

NOTÆ

adduntur regnum *Norwegiæ*, et major pars regni Sueciæ, *Suède*. Ex Germania antiqua Cluverii l. III. c. 24. p. 97. et Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[u] *Obliquare crinem*] Perperam capiunt de crine calamistris vibrato. Nec altera melior interpretatio, ut crinem non in rectum passi sint descendere, sed reduxerint in posteriorem verticem, et obliquaverint. Nugæ.

*Obliquare crinem, et nodo substringere;* quia nodo substringere aliter nequeunt, nisi obliquatum ac tortum. Ideo *obliquandi* crinis meminit, ut ostenderet, ex ipso crine nodum eos facere solitos, non alio vinculo nodare. Nam vinculo aut tænia potest nodari ac religari crinis etiam rectus et in rectum descendens. At ex ipso crine nodum facere non datur, nisi obliquato et torto.

Nodo substringendi crinis morem, (non etiam flectendi, aut ferro calido rotandi,) Germanis auctores passim tribnunt. Seneca de ira III. 26. et epistola 126. Juvenalis, Martialis, Tertullianus de virginibus velandis. *Salmasius.*

[v] *Nodoque substringere*] Quod Suevis proprie tribuit noster, alii Germanis vulgo. Seneca de ira: ‘ Non est Æthiopis insignitus inter suos color; nec crinis rufus et in nodum coactus apud Germanos.’

Idem epistola 126. ‘ Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel nodo Germanorum vinxeris, vel ut Scythæ solent, sparseris.’ Martialis etiam Sigambris: ‘ Crinibus in nodum tortis venere Sigambri.’ *Lipsius.* Martialis: ‘ Rhenique nodos, aureamque nitelam.’ Vocarunt veteres Latini *nitelam*, quem Græci σκίουρον καὶ ἐλειὸν μῦν. Servius Georg. I. 181. ‘ Nitela, mus agrestis robeus,’ &c. Martialis hic rutilos ac rufos puellæ crines comparat Bætico velleri, Germanorum capillis, et *nitelæ* pilo. *Salmasius.*

*Substringere*] Nempe retro crinem substringunt, aut in vertice religant. Nam infra, ‘ usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant.’

*Nodoque*] Senec. epist. 124. ‘ Quid excolis formam? cum omnia feceris, a multis animalibus decore vinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris, vel, ut Scythæ solent, sparseris; in quolibet equo densior jactabitur juba; horrebit in leonum cervice formosior.’

a ceteris Germanis, sic Suevorum ingenui a servis, separantur.[3] In aliis gentibus,[w] seu cognatione[x] aliqua Suevorum, seu (quod sæpe[4] accidit) imitatione, rarum, et intra juventæ spatium; apud Suevos, usque ad canitiem, horrentem capillum[y] retro[5] sequuntur,[z] ac sæpe in solo vertice religant.[6] Principes[a] et ornatiorem[b] habent: ea cura formæ,

*a reliquis Germanis, sic* liberi seu *ingenui Suevorum a servis* differunt. *Apud alias gentes, sive aliqua propinquitate Suevorum, sive, quod contingit, æmulatione,* quod *non frequens, et* tantum *intra juvenilis ætatis tempus* usurpatur; *inter Suevos, usque ad senectam, horridam comam retro ducunt ac pertrahunt, et sæpe in* ipso *solo fastigio* capitis *astringunt. Primores etiam comtiorem et elegantiorem*

3 Male *sic* repetitur post *separantur* in Ed. Rhenan. 1519. *Ernest.*—4 *Sæpe* abest a Ms. Vatic. 1518.—5 Ingeniose emendabat Josephus Scaliger, *retrosecus.* Ferri tamen potest et vulgata scriptura. *Brotier.*—6 Mss. Vatic. 1518. et 4498. ac veteres editiones, *ligant.* Rhenanus et recentiores, *religant.* In Ms. Vatic. 2964. *in ipso vertice religatur.* Ms. Vatic. 1862. et Cod. Kapp. *in solo vertice religatur.* Unde forte vel *ipso*, vel *solo*, redundat. *Idem.* Ante *Principes* interpungunt editiones veteres. Freinshemius punctum tollit, legitque *religant Principes et ornatorem habent.* Id cum prisca simplicitate non

NOTÆ

[w] *In aliis gentibus*] Quod apud alias gentes raro et intra juventam usurpatur, seu cognatione aliqua cum Suevis, sive illorum imitatione, apud omnes Suevos obtinet, et usque ad canitiem.

[x] *Seu cognatione*] Seu societate et amicitia, aut propinquitate cum Suevis devincti, sic agunt.

[y] *Horrentem capillum*] Quia horribilem speciem exhibet talis crinis, in ipso vertice capitis nodo religatus, fere instar cornuum sublimis, et feroces suopte ingenio gentes ferociores adhuc et terribiliores ostendit. Sic enim, ut ait Tac. 'In altitudinem quandam et terrorem adituri bella comti,' ut terrorem scil. hostibus imprimant.

[z] *Retro sequuntur*] Marcilius emendabat: 'Apud Suevos usque ad canitiem horrentem capillum, retrorsum ac sæpe in solo vertice ligant.'

Duplicem Tacitus capillitii ligaturam describit, relicinam et nodatam. Ea etiam apud veteres Gallos usurpata, ut videre est apud Diodorum Siculum. *Colerus.*

Scaligeri correctio vera: *Capillum retrosequus, ac sæpe in ipso solo vertice religant.* Alii scilicet Suevorum, unico nodo in solo vertice, alii pluribus nodis retrosecus flexum crinem substrinxerunt; qui sunt illi *cirri* et *cornua* Germanorum, priscis scriptoribus memorata. *Conringius.*

Discrimen non est in numero nodorum, sed in loco ubi firmantur nodi; nempe aliis *retrosecus*, sive circa occiput, aliis *in vertice ipso:* et in vertice et retrosecus collecti et renodati, vel religati capilli, *cirri* sunt, non autem solummodo ii *nodi* crinium, qui in vertice religantur. *Cornua* autem nihil aliud sunt, quam *nodi* capillorum et implicationes. Vide Salmasium ad Solinum p. 762. *Gronov.*

[a] *In ipso solo vertice religant. Prin-*

sed innoxia.[7] Neque enim ut ament amenturve; in altitu-

*habent:* is cultus, *ea cura venustatis, sed innocentis. Neque enim ut diligant aut*

convenire judicat Conringius. *Oberl.*—7 Sic bene emendant Muretus et Acidalius. *Brotier.* Ryckius et Gronovius et veteres edd. *innoxiæ.*—

NOTÆ

*cipes*] Duplex ibi lectio et interpretatio: nempe, ita ut principes crinem religent in vertice, sicque ornatiores se putent: vel, ita ut omnes universim religent in vertice; principes vero ibidem, sed cultiori modo, ita ut sic etiam magis exornent.

[b] *Principes et ornatiorem*] Hoc ad cirros spectare arbitror, quos Juvenalis *cornua* appellat Sat. XIII. 'Madido torquentem cornua cirro.' Nec clarissimo Lipsio assentior, qui ad intortionem nodorum cirros refert. *Principum*, inquam, tantum *cirros* fuisse credo, et nobilissimorum, more gentium, apud quas eminentiores capillitii insigni a vulgo discernebantur.

Tertullianus de virginibus velandis: 'Debebunt et ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, &c. aut cirros Germanorum.' Juvat quod Tacitus etiam *ornandi* verbo utitur, quo veteres in omni illa capitis cura frequenter utuntur. Unde ancillæ, quibus capillorum herilium curatio, *ornatrices* dictæ. *Colerus.*

Sic Cluverius distinguit hunc locum: *Apud Suevos, usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant principes, et ornatiorem habent.* Sed hoc modo maneret adhuc istud, *retro sequuntur*, quod vix tolero. Leg. *ornatorem.* Freinshem.

Sane ornatum aliquem principibus accessisse certum est; num vero in id singulares illi habuerint *ornatores*, dubitare me facit prisca simplicitas. *Conringius.*

Frustra affingunt *ornatores* priscis Germanis; et jam pudet tot vanarum correctionum. Perperam reponunt, *ornatorem*, pro *ornatiorem:* nam antea: 'Usque ad canitiem horrentem capillum retro sequuntur...Principes et ornatiorem habent:' et recte hæc sequuntur.

Distinctio Cluverii etiam falsa: nam τὸ *ac*, omnino connectit de plebe, hoc sensu: Suevi vulgo *usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in solo vertice religant;* at *principes et ornatiorem* capillum *habent:* nec solum forte religant illi, sed et cirris ornant, &c.

Nec mihi displicet vox, *retro sequuntur*, nam quos colligunt et restringunt capillos, sequuntur eos ipsos *retro*, ac deducunt; scil. usque in eum locum capitis in quo religant. Alioqui quomodo religarent? *sequuntur*, id est, comitantur, ducunt, tractantque manu: dein stipant, et stringunt nodo, ex ipso crine facto.

*Et ornatiorem*] Sensus est: Homines e vulgo horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in solo vertice capitis religant, nulla alia cura nisi ut terreant; at proceres excellentiori cultu comunt crines, quamvis etiam ipsi *in altitudinem* et pavorem eos retro sequantur ac religent, sed ornatius scil. et elegantius, quam plebeii; ita ut ornent se simul et in speciem et in terrorem. Sic in armis auratis pulchritudo fuerit simul et pavor.

dinem quandam et terrorem, adituri bella, comti,[8] ut hostium oculis, ornantur.[9] [c]

39. 'Vetustissimos' se 'nobilissimosque Suevorum' Semnones[d] memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Stato[1] tempore in sylvam, auguriis patrum et prisca formidine sacram,[2] [e] omnes ejusdem[3] sanguinis populi[f] legatio-

*diligantur; in celsitudinem quandam et pavorem, inituri prælia, ornati, ut hostium aspectui, comuntur.*

*Semnones celebrant se, ut* antiquissimos clarissimosque Suevorum. *Vetustatis argumentum e ritu et cærimoniis colligitur. Certo tempore in nemus, auspiciis veterum et antiqua religione sacrum, conveniunt omnes ejusdem originis nationes per*

***********

8 *Comti* omissum vellet Ernestus. Et certe recte abesset. *Brotier.*—9 Ms. Bamberg. *armentur.* Ms. Vatic. 1862. et Cod. Kapp. *armantur;* quod immerito probabat Cl. Menage. *Idem.*

1 Sic bene Rhenanus e Cod. Kapp. Puteolanus, *statuto.* Brotier.—2 Versum illum, 'Auguriis patrum et prisca formidine sacram,' insititium esse, et e margine irrepsisse, putat Cl. Ernestus. Forte tamen id poëtice dictum voluit Tacitus; ut infra in vita Agric. c. 29. 'cruda ac viridis senectus.' Virgiliana imitatione. *Idem.* Cod. Kapp. *patrium;* et deinde *sacrum.*—3 Mss. Vatic. 1862. et 2964. *ejusdemque sanguinis.*

## NOTÆ

[c] *Ut hostium oculis, ornantur*] Hæc sententia est: Hoc unum formæ adhibent lenocinium, sed innocens; haudquaquam enim, ut vel suam eo pudicitiam prostituant, vel alienæ insidias struant: sed ut staturæ aliquid adjiciant et terrorem sui augeant, hostiumque oculis formidabiliores occurrant, et tum maxime comuntur et ornantur, cum in aciem ituri sunt. *Ut hostium oculis ornantur*, id est, tanquam hostibus approbaturi terrificam speciem. *Gronov.*

[d] *Semnones*] Semnones late sumti, populi Suevorum gentis, in Germania magna, ad Visurgim, Salam, et Albim fluvios: hodie pars circulorum *Franconiæ, Rheni superioris, Saxoniæ superioris* et *inferioris.*

Semnones Suevi proprie dicti, populi Semnonum late sumtorum ad Salam et Albim fluvios: hodie principatus *Halberstadt* in circulo Saxoniæ inferioris, et pars meridionalis circuli *Saxoniæ superioris.* Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[e] *Auguriis patrum et prisca formidine sacram*] Legitimus versus longus est, an sponte effusus, an a veteri poëta? *Lipsius.*

*Auguriis patrum*] Fortuitus versus: Sic Plin. Paneg. 'Credite, si cursu quondam provectus ab illo.' Et hoc lib. Taciti, 'atras ad prælia noctes.'

Sic et alii pridem observarunt incepisse Tacitum Annales a versu: 'Urbem Romam a principio reges habuere.'

*Auguriis...sacram*] Sylva hæc sacra auguriis, religione, et legationibus sacris; et forte præcipue *cæso* ibi *publice homine*, hinc reverentia loci; nam addit Tac. 'Est et alia luco reverentia,' &c.

[f] *Omnes ejusdem sanguinis populi*] An Semnonum tantum, an universorum Suevorum? nam Semnones centum pagis habitantur. Hi potuerunt

nibus coëunt,[g] cæsoque publice homine[h] celebrant barbari

*legatos suos, mactatoque publice homine, barbaræ superstitionis dira initia celebrant.*

NOTÆ

convenire per legatos suos in sacram sylvam: sed cur legationes mitteret sibimet idem populus Semnonum? Igitur inclino, ut censeam, omnes Suevos suis *legationibus* convenisse in illam sylvam ad ritum et lucum tantæ reverentiæ, qualem hic describit.

[g] *Legationibus coëunt*] Hæc inter eas quas *illustres* vocant *legationes*, quæ non ad unum quempiam mittuntur, sed alicubi multæ conveniunt, ut ab omnibus simul in medium consuli super communi negotio possit. Tales fuerunt illæ, quæ ex omni Græcia diversæ convenerunt in eam civitatem, quæ *Magna* dicta post crematum ibi cœtum Pythagoreorum, postque ortas ob eam rem ubique cædes et seditiones. Polyb. II. Qui olim mittebantur a Græcis sciscitaturi oracula, θεωροὶ dicti, quibus dabatur, ut ait Lucanus, libertas cum Jove loquendi. Et certe tunc humana mens in tuto est, cum divinis consiliis innixa est inter deliberandum. Ideoque et horum legatorum consilia, cum a Diis revertissent, vera, fideliora, et certiora existimabantur. Sic etiam pax et fœdera conciliabantur. Sic et Veleda et aliæ fatidicæ, numinumque consciæ virgines consulebantur; et interuuntiæ arbitræque fœderum assumtæ, teste ipso Tacito libris Hist. et hinc jura, auspicia, et conditiones pacis petebantur. Et nihil magis interest universæ nationis, aut vel totius mortalitatis, quam aliquam esse in orbe æquitatis aram, apud quam sua cujusque nationis jura disceptarentur. Ipsi Dii, teste Ammiano l. IX. sua jurgia ad Areopagitas detulisse dicuntur. Sic Philippus Amyntæ filius et Alexander, referente Pausania, quibus de rebus inter ipsos et exteros ambigeretur, ab Amphyctionibus cognosci, æquo animo ferebant. Utinam esset talis potestas eo usque sacrosancta, et cui tantum honoris et reverentiæ tribueretur, ut omnes omnium mortalium discordias controversiasque dirimere pro suo jure posset! Utinam esset oraculum ita incorruptum, ut nullas, nisi justorum hostium partes foveret! Utinam sic et civitas esset aliqua sacra et inviolata adversus omne crimen omnemque injuriam, quæ augusta, venerandaque gentibus, et æterna esset: quod sibi promisit olim Roma, repetitis in singulos annos votis. Tum ibi asservari in perpetuum possent, velut in templo asylo et sanctissimo, sacræ illæ pretiosissimæque opes, quæ immortalitatem habent et promittunt: præcipueque sanctissima religionum, literarumque, et historiæ omnium ætatum arcana, ut tandem defectum aut mortem non sentirent decora ingenia; et scire olim posset homo, quis fuerit, est, et erit.

*Legationibus coëunt*] Sic commune Latinorum magis priscorum concilium fuit ad lucum Ferentinæ, sub monte scil. Albano, ubi de re communi deliberarent. Talis Amphyctionum conventus in Græcia. Id igitur ad instar feriarum Latinarum in Albano monte, quarum participes fuerunt 47. civitates. Has ferias et has immolationes ad nostram usque ætatem celebrant Romani, *Latinas* vocantes, conferuntque in eas populi sacrorum horum participes: alii *agnos*, alii *caseos*, alii certam *lactis* mensuram, quidam consimile *liborum* genus. Communis omnium victima est *taurus* unus, de quo cuilibet populo sua portio tribuitur. Sacrificant pro omni-

## NOTÆ

bus, et sacrificio præsunt Romani. Sic Dionysius. Forte omnes hi populi adibant has ferias etiam per legationes. Nam qui toti populi et singuli convenirent in unum locum? Aut qui populis universis distribueretur unus taurus?

Sic olim Iones Asiatici, in suas civitates dispersi, tamen annuo conventu, de re communi toti genti, inter sacra deliberabant. Conventus ille et locus πανιώνιον appellabatur. Sic et Græci Europæi habuere statis diebus conventum in Pylaico. Eo etiam destinata Olympia, Nemea, Isthmia spectacula. Locus feriarum Latinarum electus Albæ, in antiquo templo hæc reverentia, in medio gentium, ut templum Delphorum in medio Græciæ situm erat. Apud Romanos celebratæ legationes liberæ, etiam voti causa. Cicero ad Att. lib. II. epist. 7. ‘ A Cæsare valde liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus. Atque etiam libera legatio voti causa datur;’ scil. privatis et privatam rem agentibus. *Voti causa*, id est, ad adeunda fana et sacra loca. Cic. ibid. l. IV. epist. 2. ‘ Ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut nulla re impedirer, quin, si vellem, mihi esset integrum; aut si comitia censorum proximi consules haberent, petere posse, aut votivam legationem suscipere prope omnium fanorum ac sacrorum locorum.’ Cum concessa esset alicui legatio *libera*, potuit et *votiva* uti: patet ex Cic. ad Att. l. XV. ep. 3.

[h] *Cæsoque publice homine*] Plutarch. Problem. Rom. ‘ Quid est quod cum Romani barbaros quosdam Diis immortalibus hominem immolasse accepissent, magistratus eorum accersendos ac puniendos putaverunt, quos postea, cum id consuetudine quadam ac lege fecisse accepissent, dimiserunt, et alias id facere prohibuerunt, cum ipsi, non multis annis ante, duos viros et duas mulieres in foro Boario vivos obruerunt? Non enim videtur convenire ipsos hæc facere, et barbaros qui talia commisissent, reprehendere. An Diis immortalibus hominem immolare impium ducebatur, dæmonibus autem necessarium? An eos, qui more et lege id agerent, peccare arbitrabantur, se vero libris Sibyllinis jussos, eodem teneri scelere non putabant? Ferunt autem Elbiam quandam virginem, cum equo veheretur, fulmine ictam fuisse: inde nudum equum ac jacentem inventum esse, nudam et ipsam, veste quasi de industria a pudendis subtracta, calceis, annulo, et reticulo passim disjectis, et ore lingua projecta. At re ad divinatores delata, cum sacris virginibus maximum dedecus impendere, et ejus rei ignominiam ad equites redundaturam prædixissent, barbari cujusdam equitis servus indicium fecit, tres vestales Æmyliam, Liciniam, Martiam sub idem tempus corruptas, diutissime cum viris rem habuisse, quorum unus esset Veturius Barbarus, ejus, qui indicium fecisset, dominus. Vestales igitur redargutæ, supplicio sunt affectæ. Sed cum res atrocior visa esset, decreverunt, ut sacerdotes, Sibyllinos libros inspicerent; in quibus inventum fuisse dicunt, hæc magno Reip. malo futura; et jubere, ut absurdis quibusdam Deis et externis, avertendæ rei causa, Græcos duos, ac totidem Gallos immolarent, et in loco eodem defoderent.’

*Cæsoque publice homine*] In tales invehitur Plutar. lib. de Superstitione: ‘ Quid? an non fuisset tolerabilius, si Galatæ et Scythæ nullam unquam Deorum notitiam, nullam opinionem aut historiam habuissent, quam tales

NOTÆ

eos facere, qui cæsorum hominum sanguine delectentur, eamque solum immolationem perfectam suisque numeris omnibus absolutam cærimoniam putare? Carthaginensibus vero nonne fuisset melius, Critiam aut Diagoram atheos et velut impietatis auctores arcessere, atque juxta eorum placita, nullum Deorum aut dæmonum statim ab initio admittere, quam talibus sacrificiis uti, qualia Saturno faciebant? Non autem, ut ait Empedocles, eos qui animalia mactant, reprehendens, 'Sublatum sub forma alia pater, ante precatus, Næ stolidus carum natum enecat;' sed scientes et prudentes ipsi suos liberos, devotos sacrificiis mactabant. Et qui liberos non haberent, a pauperibus puerulos, velut agnos aut pullos, ad immolandum retinebant. Astabat porro immitis et dura mater sine gemitu. Nam si illacrymasset aut ingemuisset, sine honore vitam degere, nihiloque minus filium ejus immolari oportebat. Quin etiam ante statuam, tibiis canentium sono, et tympana pulsantium strepitu, personabant omnia, ne puerorum, qui mactabantur, ejulatus exaudiri possent.' Sic et Phœnices mactabant filios Saturno, unde et sumserant Pœni. Porphyrius de abstin. Animalium lib. II. 'Phœnices magnis in cladibus, vel bellorum, vel æstus, vel pestilentiæ, sacrificabant carissimorum aliquem Saturno, communibus ad hoc suffragiis addictum.' Sic et Eusebius orat. in Constantini laudem: 'Phœnices Saturno quotannis sacrificabant dilectissimos, ac filios unicos.'

Liberos scil. vivos comburebant: sic lib. Reg. IV. Ii autem qui erant de 'Sepharvaim comburebant filios suos igni,' &c. In imagine Dei Moloch, qui idem cum Sole, erant septem conclavia, quorum in primo offerebant *similam*, in altero, *turturem*, in tertio, *ovem*, in quarto, *arietem*, in quinto, *vitulum*, in sexto, *bovem*, in septimo, *filium*. Septem erant conclavia pro numero Solis et Lunæ et quinque planetarum. Ex quibus postremum proprie erat Solis, ut excellentissimi Numinis. Unde et honos redibat ad Solem, in quocumque conclavi offerretur: sed proprius ille honos Solis, cum homo immolaretur. Summo enim Deo summa convenit victima. At Sol Deorum summus fuit: nec quicquam in mundo excellentius homine; nihil parentibus carius, quam filii. Sic igitur judicarunt, non posse se melius Deum demereri, quam si immolarent liberos suos etiam in maximam divitiarum ac potentiæ spem natos. Hæc vera ratio et falsum commentum Græcorum, ideo Saturno mactasse, ut significarent, se Saturni, seu temporis, naturam imitari, quod, scil. omnia nata consumeret. Nec vera ratio D. Augustini lib. VII. de Civit. Dei c. 19. quasi respexerint, quod semina cooperiantur terra, atque ita eo redeant unde venerunt. Nec ista Minucii Felicis in Oct. 'Quia,' inquit, 'Saturnus filios suos exposuit, non voravit; merito ei in nonnullis Africæ partibus infantes immolabantur.' *Ger. Vossius.*

Certe hic templum, 'nemo nisi vinculo ligatus ingreditur;' et coram Deo, usque ad vinculorum ignominiam sese abjiciunt Germani. Forte et eadem hac causa mactabant homines, ut tali sacrificio *regnatorem omnium Deum* agnoscerent, cui *omnia subjecta* et *parentia*: Nec solum se subjiciebant usque ad vinculi humilitatem, sed et usque ad mortem, ut eum sic arbitrum initii rerum et finis, ut arbitrum vitæ et necis mortalium-que omnium palam confiterentur.

## NOTÆ

Non præcise forte, quia esset ea optima et pretiosissima victima, et quia in rerum natura nihil homine melius aut sanctius; licet ex parte etiam admitti ea causa possit: sed non hæc sola et præcipua ratio. Forte et hæc addi possit, quia scil. summum decus et summa gloria fuit mortalium, vitam, quam a Numine traxerant, abjicere et profundere in decus ejusdem Numinis id quod dedit, et cui debentur omnia. Sic itaque fere omnes populi mactabant tales hostias, Scythæ, Thraces, Phœnices, Galli, Itali, Germani, Britanni, Carthaginenses, et ipsi etiam Persæ, licet hunc ritum publice aversarentur, et legationem propriam in id miserint Carthaginensibus, ut eos a talibus sacrificiis absterrerent, teste Justino. Nam Plutar. lib. de Superstitione sic habet: 'Amestris, uxor Xerxis regis, vivos duodecim pro se Plutoni homines defossos, multaque terra obrutos necavit.' Quamvis id forte novum et insolitum fuerit apud Persas, et forte semel usurpatum sit a fœmina impotente et votis privatis, ut nempe sic vitam suam vicaria horum hominum anima redimeret. Sic forte semel id usurpatum etiam a Romanis, cum Gallum et Gallam, Græcum et Græcam mactarunt in foro, teste Tullio, ut malum publicum, scil. tali sacrificio averruncarent. Simile tamen et usurparunt etiam mox sub principibus, qui tamen talia strictissime in publicum vetabant. Nam quid illi vesani adulatores, qui se pro C. Cæsaris principis salute devoverant, cum adversa valetudine conflictaretur, et quos ad mortem adegit ipse, cum convaluisset? Quid pulcherrimus ille Antinous Adriani delicatus? nonne simili causa occisus? et mox inter Deos ascriptus, cum ne vir quidem nec homo esset? Sic vicaria anima redimere ad tempus salutem suam putabant; quod et forte in sacris magicis ab aliis dominantibus misere usurpatum. Quod spectat ad illos homines vivos defossos ab Amestri regina, id instar supplicii fuit Persarum, quod *Scaphismum* appellabant: scil. effodiebant terram, et proditorem injiciebant, et scapham illi superinduebant, postea totus terra tegebatur, supereminente tantum capite: sicque miser a vermibus corrodebatur. Quod et nunc usurpatur in Belgio. Hoc forte reservarunt Belgæ ex more antiquo Germanorum, qui imbelles et scelerosos alio cœno obruebant. Sed cur Gallum et Gallam, Græcum et Græcam mactarunt Romani? Cur potius earum nationum homines elegere ad inhumanum ritum? An quia infesti illi Reipub. et imminentes hostes? Forsan pro omni ratione sit jussus Sibyllæ, et voluntas Deorum. Quicquid sit de genere aut natione hominum immolatorum, certe *humanum ritum* vocabant, quoties *pecudes* et cetera id genus animalia Diis mactarent. At cum eo casu, horrendi criminis, incesti nempe, convictæ essent sacræ Vestæ virgines, idcirco communibus, *concessisque* hostiis, tale scelus expiare fas non habebant; ideoque insolitis *humanisque* victimis operari Diis necesse visum est. Quare addit Plutar. Sibyllam 'jubere, ut absurdis seu immanibus quibusdam Deis et externis, quos dæmones vocat, avertendi mali causa duos homines immolarent.' Patet ex Plut. defossas fuisse vivas virgines Vestæ: et etiam similiter vivi defossi sunt illi quatuor homines in foro Boario. Sic fulgur illud, et prodigium virginis Elbiæ e cœlo tactæ expiarunt; ut, scil. malum publicum averterent: sic superstitiose incestum quodcumque procurabant,

ritus[i] horrenda[4] primordia.[j] Est et alia luco reverentia.[k]

*Est etiam alius nemori honos. Nemo, nisi catenis vinctus, pedem infert, ut infe-*

4 Ms. Vatic. 2964. et Cod. Kapp. *horrentia.*

## NOTÆ

quasi monstrum et portentum. Et hinc intelligi possit quod habet Tac. Ann. lib. XII. ubi de Agrippinæ et et Claudii nuptiis illicitis: 'Quin et incestum, ac si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur.' Attamen semel et coacti, tale sacrificium fecisse videntur Romani, cum alii populi plerique id agerent ex more et lege, quod inhumanum. At quod immane et inhumanum est, statui lege in Repub. recte constituta non debuit: quare et id vetabant stricte Romani toto imperio. Forte utriusque sexus homines tum mactati Romæ, ut piaretur scelus et equitum Rom. incesti reorum, simul et connexarum stupro virginum. Nam et qui incestu polluisset has Vestæ sacerdotes, cædebatur virgis usque ad necem; quod vocabant, *necari more majorum.* Et supplicium illud, licet publice sumtum de utrisque incesti reis, nondum tamen ad piaculum publicum exsolvendum sufficere videbatur. Itaque procurandum adhuc fuit, sive monstrum criminis, ne *in publicum malum erumperet*, ut inquit Tacitus, et ad avertendam luem, quæ hinc Reipub. impendebat, vel saltem monstrum seu fortunæ seu naturæ, quod mali ominis in publicum fuit, et quod, scil. contigerat in Elbia virgine, sic fulmine icta, ut pudenda jacentis et occisæ nudata, visaque palam essent. Quæ *virgo* certe non Vestæ sacra, sed tamen quia *virgo*, et nudata erat, sic fuit prodigium et omen dedecoris et infamiæ ingentis, quæ Vestæ virginibus imminebat. Talia autem monstra, quæ fortuita aut naturalia erant, antiquitus procurata. Apud Livium hoc sacrificium factum post cladem Cannensem.

[i] *Barbari ritus*] Sic constat de origine Senonum Gallicana. Galli enim *Esum* atque *Teutatem* humano cruore placabant, teste Lactantio. Etiam affirmarim, Gallos Mercurii cultum ac honores in Germaniam invexisse, cum hunc Deum præcipue coluerint. *Coler.*

[j] *Primordia*] Vertunt, quasi ab illo sacrificio, humanæ scil. hostiæ, celebrare inciperent barbarum suum ritum, suaque mysteria in illo loco: sed Tacitus aperte dicit, 'celebrant: cæsoque,' inquit, 'publice homine celebrant,' &c. Ergo hinc non incipiunt tantum ritum; immo sic eum celebrant ac perficiunt. Ritus *primordia*, hic sunt initia, seu mysteria, vel auspicia religionis barbaræ: nec certe habuerunt majorem, dignioremque aut pretiosiorem hostiam, quam Diis suis mactarent. Et fuit hæc summa et præcipua ratio immolandi hominis, quasi scil. Deo carior esset ea victima: quia nihil dignius homine in rerum natura cogitari aut offerri potuit. 'Est et alia luco reverentia,' quæ scil. respicit cultum Numinis, et obsequium profundum; sed quæ nihil ad sacrificium pertinet.

[k] *Alia luco reverentia*] Lucus ille in regione Semnonum, et illi veluti magistri religionis istius ac cærimoniarum, non sine magno decore, quod ceteri ejusdem nationis et nominis gentes apud eos coirent per legatos suos.

Nemo nisi vinculo ligatus[1] ingreditur, ut minor, et potestatem Numinis præ se ferens. Si forte prolapsus est,[5] attolli et insurgere haud licitum : per humum evolvuntur :[m] eoque omnis superstitio respicit, tanquam inde initia gen-

*rior, et in se potentiam divinitatis ostendens. Si forte cecidit, erigi et assurgere nefas: per terram prorepunt: eoque tota religio spectat, tanquam inde primordia*

5 *Est* omittitur in Ms. Turic. et editionibus veteribus.

## NOTÆ

[1] *Nemo nisi vinculo ligatus*] Jam dixit supra vinculum fuisse ignominiosum apud illas gentes : qua scil. pœna sponte sè afficiunt, et cui se ipsi coram Deo subjiciunt, et sua servitute sic dominium illius supremum agnoscunt. Quod ipse Tacitus innuit : ' ibi regnator omnium Deus, cetera subjecta atque parentia.'

*Vinculo ligatus*] Puto, illud vinculum manibus pedibusque gestabant, ut sic se prorsus Deo subjectos atque mancipatos ostenderent. Videtur innuere Tacitus de pedibus, cum dicit, *si forte prolapsus est, &c.* nam *vinculum* illud in pedibus, fuit forte in causa, cur aliquando caderent in luco seu templo ; et præ reverentia loci, malebant illi arrepere per humum, quam attolli coram Deo, cui subjici omnia, servire, et parere ut minora debent.

*Nemo nisi vinculo ligatus*] Sic usque ad vinculorum ignominiam sese submittunt boni barbari, et forte manus pedesque vincti. Nam si caderent, (et forte non cadebant, nisi quia pedibus vincti, quod Taciti brevitas haud satis declarat,) tum repebant et evolvebantur per lucum ; neque licebat assurgere, nisi cum abiissent extra penetrale sacrum. Tali humilitate catenarum confitebantur regnare Deum, esse unum Dominum honoris, vitæ necisque. Talis submissio corporis fuit specimen argumentumque insigne hujus humilitatis, quæ penitus insideret eorum animis, qua se interius asserebant Numini ac persuasioni ; et qua, scil. se obstringebant firmius et sincerius, religione scil. interna mentis, quam ipsis vinculis corporeis : et vincula ista religiosæ mentis certius penitiusque devinciebant animum Numini, quam catenæ istæ, pedes aut manus. Hoc scil. habitu corporis se minores Numine, seque mortales et reos, agnoscebant, simul et captivitatem mentis palam ostentabant.

[m] *Per humum evolvuntur*] Nempe donec exierint extra sylvam sacram, aut saltem extra intimum penetrale nemoris, cui tanta reverentia. Sic et in templis Romani repebant. Tibullus lib. 1. eleg. 2. ' Num feret incestus, sedes adiisse Deorum, Sertaque de sanctis deripuisse focis ? Non ego, si merui, dubitem procumbere templis, Et dare sacratis oscula liminibus. Non ego Tellurem genibus perrepere supplex, Et miserum sancto tundere posse caput.'

*Per humum evolvuntur*] Plut. lib. de Superst. ' O Græcia superstitione obstricta ! quam absurda et barbara invenisti mala ! Lutationes, volutationes in cœno, sabbatismos, turpes in faciem jactationes, abjectiones totius corporis, prostrationes et monstrosas adorationes ? Qui musicam olim legitimam retinebant, citharœdos jubebant justo ore canere : sic nos erecto

tis,[n] ibi regnator[o] omnium Deus, cetera subjecta[p] atque paren-

*gentis, ibi* præsit *dominator omnium Deus, reliqua* sint *submissa atque obedientia.*

NOTÆ

et justo ore Deos implorandos et precandos esse censemus,' &c.

*Per humum*] Sic et Romani. Livius lib. v. 'Convertentem se inter hanc venerationem traditur memoriæ, prolapsum cecidisse.' Circumvertebant se et mox procumbebant, ac terram basiabant. Mart. lib. x. epig. 72. 'Attritis miserabilis labellis.' Apul. lib. II. 'Exosculatis vestigiis Deæ, quæ gradibus hærebant, argento formata, ad suos discedunt.'

[n] *Inde initia gentis*] Per *initia* quid intelligit? an mysteria? an ut supra habet, *ritus primordia?* sed dicit, *initia gentis.* Puto, intelligere originem nationis Suevorum, quæ, nempe, ex Deo orta: scil. 'ibi regnator omnium Deus.' Et supra cap. 2. 'Celebrant.... Tuistonem Deum terra editum, et filium Mannum originem gentis conditoresque.' Igitur *initia gentis*, Deus est ipse, qui ibi colitur: huc omnis superstitio respicit, hinc summa reverentia; quia, scil. ex ipso Deo origo *gentis:* quia ibi Deus omnium moderator et conservator, et quia coram Deo subjecta omnia, parentiaque, et servientium instar exhibere debent. At *primordia ritus* sunt initia religionis; sunt sacra arcana seu mysteria.

*Hinc initia gentis*] Hæc silentio prætermisit Interpres Gall. quia, inquit, nihil de his *initiis*, nihil de origine gentis præmisit antea Tacitus. Sed certe cum nihil compertum satis esset de origine Suevorum, nisi forte ex opinione et superstitione gentis; ideo nihil de tali origine præmiserat Tacitus; et debuit tantum rem enarrare, cum de religione et superstitione hujus gentis scriberet. Quod et fecit hoc loco. Præterea respicere debuit Interpres ad brevitatem gravitatemque Taciti, quam ille præcipue in rebus antiquis, fabulosis, et incertis affectat: nec abs re.

*Tanquam inde initia gentis*] An *initia gentis* ex luco et ex sylva? an orta gens ex arboribus, ex querca, ex robore? rideret Homerus. Num potius *initia gentis* ex Deo, qui ibi colitur? Num *initia* hic sunt arcana et mysteria gentis? An se ex ipsa terra hac ortos putant? Videtur hæc persuasio impressa animis Barbarorum.

Supra: 'Germanos indigenas crediderim:' et infra: 'celebrant... Tuistonem Deum terra editum et filium Mannum originem gentis,' &c.

Itaque eo tota *superstitio respicit, tanquam inde initia* et origo *gentis*, sive ex terra hac, sive ex ipso Deo, qui, *regnator omnium*, ibi præcipue agnoscitur et adoratur, procreati sint. Puto, et huc respicit etiam dira superstitio immolandi hominis, quasi omnia sint *minora* Deo, et cariora quæque huic offerri immolarique debeant, et præcipua victima sit homo: nempe, quasi sit regnator et dominus omnium Deus. Sicque arbiter libertatis, vitæque et necis hominum agnoscatur: ideoque usque ad vincula, usque ad ignominiam sese coram Deo regnatore submittunt.

[o] *Ibi regnator*] Quia in eo adyto, seu sacro penetrali, Deus præcipue habitat, et summa veneratione colitur.

[p] *Cetera subjecta*] Plut. de particula EI, inscripta templo Delphico: 'Est hæc absoluta peculiarisque Dei salutatio et appellatio, quæ dum verbo pronuntiatur, facit ut de potentia ejus

tia. Adjicit[6] [q] auctoritatem fortuna Semnonum, centum pagis habitantium:[7] [r] magnoque corpore[8] [s] efficitur, ut se Suevorum caput credant.

*Adjungit auctoritatem opulentia Semnonum; centum pagos incolunt: et ingenti numero* populorum *fit, ut se Suevorum principes existiment.*

6 Ms. Turic. et veteres editiones, *adducit*. Male in iisdem editionibus, *auctorem*. Brotier.—7 Brotierus habet *habitantur*. Ita veteres et recentiores editiones, cum Gronov. et Ryckio. Rhenanus emendaverat, *habitatur*. Emendabat Illustr. Huetius, ut et Ernestus, *habitant*. Forte scripserat Tacitus, *centum pagi iis habitantur*. Sic dictum supra c. 16. 'Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est.' *Idem*. Bipont. emendavere *habitantium*.—8 Ita bene Mss. Vatic. 1518. et 1862. ac libri editi. In Mss. Vatic. 2964. et 4498. *tempore*.

## NOTÆ

cogitemus. Is enim unumquemque nostrum ad se venientem, quasi salutans, ita compellat: Nosce te ipsum; quod minoris momenti non est, quam Aveto: nos Et contra respondentes, Es, inquimus; nempe salutationem nomenque Deo tribuentes, essendi scil. et subsistendi semper in natura; quia nempe, ei soli salutatio appellatioque hæc vere et certe convenit ac congruit. Nobis enim nihil cum ista essendi subsistendique perfectione commune est, immo quævis natura præter Deum mortalis et caduca, in medio ortus et interitus agitatur, inani tantum specie perstringens oculos, et vana incertaque opinione animum deludens.' Et infra: 'Ergo quis tandem est revera solummodo? illa, scil. sempiterna, immortalis, et nunquam genita natura, cui nullum tempus affert mutationem... unus cum sit Deus, uno momento æternitatem complet; in eumque solum cadet hæc proprietas, revera esse sine ortu; non habita ratione futuri temporis, et absque primordio, vacans interitu.' Ideoque recte vocatur hic *regnator omnium Deus*, quo cetera omnia inferiora, *minora, &c.*

*Subjecta atque parentia*] Julianus Imperator ad Arsanum: 'Duces, seu prætores, haud frequenter invises domi, sæpius ad ipsos scribes. Cum ingredientur urbem, nulli sacerdotes ipsis procedant obviam; sed cum in templa Deorum venerint, intra vestibulum ipsis occurrant. Ipsos vero nemo militarium præcedat intra delubra; sed sequatur quicumque voluerit. Nam statim atque dux aut imperator venit ad limen templi, simul ipse privatus factus est: præsides enim, ut ipse nosti, iis qui sunt intus.'

*Atque parentia*] Senec. epist. 94. 'Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, Deorumque simulacra ex vicino cernentibus et alicujus oraculi opperientibus vocem,' &c.

[q] *Adjicit*] Auctoritatem nempe tali ritui, seu religioni.

*Adjicit auctoritatem*] Nempe adjiciunt auctoritatem huic superstitioni opes Semnonum, forte et ipsis Semnonibus. Nunquam non Deus adesse putatur, et Numen est, ubicumque aspirat fortuna. Sed 'Nos, te, nos, fortuna, Deam facimus, cœloque locamus.' Juv.

[r] *Centum pagis habitantium*] Cæsar

40. Contra Langobardos[1 t] paucitas nobilitat:[2 u] plurimis ac valentissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed præliis et periclitando tuti sunt. Reudigni[3 v] deinde et Avio-

*Contra Langobardi* eo ipso *illustres, quia pauci;* quippe *multis ac validissimis gentibus circumdati, sese ipsi tuentur, non per obedientiam, sed bellis, et adeundo*

1 Mss. Vatic. 1862. et 2964. *Largobardos.* Mss. Vatic. 1518. et 4498. *Longobardos.*—2 Perperam veteres editiones, *Longobardis* vel *Langobardis paucitas nobilitasque plurimis, &c.* Male Rhenanus, *quod plurimis.* Brotier. Rhenanum sequuntur Gronovius et Ryckius.—3 Ita Mss. Vatic. 1518. et 4498. ac libri editi. In Ms. Vatic. 2964. *Veudigni.* In Ms. Vatic. 1862.

## NOTÆ

hoc idem de Suevis tradit, sed ex fama, non ex vero: plus Tacito credimus, qui ipse viderat, aut denique apud Plinium, qui pleraque illa loca oculis usurpaverat, legere potuit.

Si illos Plinii viginti libros de bellis Germanicis superstites haberemus, non esset opus his animadversiunculis ad Tacitum. Livius quoque in posterioribus libris non leviter de Germania scripserat, ut ostendit Sidonius IV. epist. 18. *Colerus.*

[s] *Magnoque corpore*] Per *corpus*, intelligitur multitudo ingens pagorum et plebis, ut per *caput*, principatus: sic Hist. IV. 64. 'Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus Deis, ... grates agimus.'

[t] *Contra Langobardos*] Suevicum genus etiam Ptolemæo II. 2. Strabo eorum sedem ultra Albim locat. 'Nunc,' inquit, 'tandem in ulteriorem regionem fuga dilapsi sunt.' Fuga illa facta, Tiberii et ipsius Strabonis tempore, cum circa Albim magna variaque strage arma Romanorum grassarentur. Vell. Paterc. 'Fracti Langobardi, gens etiam Germana feritate ferocior.'

Falsi hinc illi videntur, qui priscos Langobardos ripis Suevicis Rheni admovent. Strabo sane longe etiam ultra Albim aufugisse testatur; quod Tacitum miror tacuisse. *Colerus.*

Falsum est, *a longitudine barbæ* sic appellatos esse. Germani illi non ex Latino sermone vocati. Jam Christiani erant tempore Procopii, nec rudimenta fidei recepere in Italia, ut volunt.

*Langobardos*] Langobardi populi Suevorum gentis, ad Albim fluvium, in Germania magna: hodie pars occidentalis marchionatus Brandeburgici, *Brandebourg*, in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemonius.*

[u] *Paucitas nobilitat*] Non præcise *paucitas nobilitat*, sed illustrantur, quia licet pauci; illi tamen multis et potentissimis nationibus finitimis sua virtute resistunt.

[v] *Reudigni*] Nomen in variis exemplaribus varie scriptum reperitur, *Reudingi*, *Reudigni*, *Redigni*. Prima scriptio magis Germana. Sed integrum hoc vocabulum vitiatum censet Cluverius l. III. c. 27. p. 104. German. scribendumque, *Deuringi:* quæ gens apud posteriores scriptores, Vegetium, Procopium, Jornandem, Æthicum, Sidonium, Suidam, Diaconum et alios, varie pro multiplici dialectorum variatione legitur, *Toringi*, *Thoringi*, *Turingi*, et *Thuringi*. Sanson legit *Teuringi*.

Reudigni igitur sive Teuringi, po-

nes[w] et Angli[4 x] et Varini[y] et Eudoses[z] et Suardones[5 a] et Nuithones[6 b] fluminibus aut sylvis muniuntur: nec quicquam

*pericula. Postea Reudigni, et Aviones, et Angli, et Varini, et Eudoses, et Suardones, et Nuithones amnibus aut saltibus clauduntur: nec quicquam insigne in qua-*

*Veusdigni.*—4 Mss. Vatic. 1518. et 4498. ac veteres editiones, *Anglii.*—5 Nomen illud abest a Ms. Vatic. 2964. In Mss. Vatic. 1518. 1862. 4498. ac Cod. Kapp. *Suarines.* Puteolanus et alii, *Suardones.*—6 Ms. Vatic. 1862. *Niuthones.* Frustra Jo. Petrus Anchersen tentat, *Tuithones*, quos Teutonos esse existimat. Nec multo felicior Cl. Elsnerus, qui *Gutthones* conjicit, 'Mémoires de l'Académie Royale de Berlin,' an. 1748. p. 459. *Brotier.*—

NOTÆ

puli Suevorum gentis, ad Albim fluvium: hodie pars major ducatus *Lauvenbourg*, in circulo Saxoniæ inferioris, et ad fluvium *Elbe*. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[w] *Aviones*] Rescribendum apud Tacitum videatur, *Chaivones*, sive *Chaibones*. Illustravere postea hos populos Maximiniani et Diocletiani victoriæ. Mamertinus in Genethliaco: 'Cum omnes barbaræ nationes excidium universæ Galliæ minarentur, neque solum Burgundiones et Alemanni, sed etiam Chaibones Erulique, viribus primi Barbarorum, locis ultimi.' *Colerus.*

*Aviones*] Lego *Caniones;* sunt populi Suevorum gentis ad Albim fluvium, in Germania magna: hodie comitatus *Danneberg*, atque pars tractus *Wendische*, et comitatus *Suverin*, in ducatu Meckleburgensi, omnia in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemon.*

[x] *Angli*] Populus hic fuit Saxonum maritimorum: de quibus illud Marciani Heracleotæ accipio: 'In ea parte sitæ sunt insulæ, quæ vocantur Saxonum.' Hi postea, occupata insula, nomen Britanniæ novum classe advexerunt. *Colerus.*

*Angli*] Angili, populi Suevorum gentis ad mare Suevicum, in Germania: hodie pars major tractus *Mecklebürgische*, &c. In ducatu Meckleburgensi ad Septentrionem et Occidentem, in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemon.*

[y] *Varini*] Populi Suevorum gentis, inter Albim et Viadrum fluvios, in Germania magna: hodie dominium *Stargard*, et pars tractus *Wandaliæ*, in ducatu Meckleburgensi, et in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemon.*

[z] *Eudoses*] Populi Suevorum gentis, ad Lagnum sinum, in Germania magna: hodie dominium *Rostock*, et Episcopatus *Suverin*, parsque tractuum *Wandaliæ* et *Mecklenburg*, in ducatu Meckleburgensi, et in circulo Saxoniæ inferioris. *Tillemonius.*

[a] *Suardones*] Propius est, ut scripserit historicus, *Suarinos:* manet hodieque nomen. Memorat Saxo etiam quendam Suarinum Gothiæ præfectum. *Colerus.*

Num rectius, *Suartones et Vithones?* populari lingua, Albi et Nigri. Utriusque sane populi vestigia hodieque dixeris superesse iis locis, quæ ab utroque illo colore, per omnem Germaniam, nomen acceperunt. *Conringius.*

*Suardones*] Populi Suevorum gentis, ad mare Suevicum in Germania magna: hodie ducatus *Bardt*, et comitatus *Gutzkour*, in parte occidentali et septentrionali ducatus Pomeraniæ, et in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemonius.*

[b] *Nuithones*] Mihi nominis ratio non

notabile in singulis, nisi quod in commune Hertham,[7] [c] id

*libet gente, nisi quod omnes communi consensu venerantur Herthum, id est, Terram*

7 Mss. omnes Vatic. et veteres editiones, *Nerthum*. Rhenanus et recentiores, *Herthum*. Cl. Elsnerus, ' Mémoires de l'Académie Royale de Berlin,' an. 1747. existimat Tacitum hic scripsisse Germanicum Deæ nomen *Erdamm*, ab *Erd* terra, et *amme* mater. Cui opinioni adversatur Cl. Ernestus, quod ex linguæ Germanicæ analogia *Erdamm* non significaret *terram matrem*, sed *terræ matrem;* quodque Tacitus *terram matrem* interpretetur more Romano, non

NOTÆ

aliter constat, quam ut *Nuithomos*, quasi *Nuithaimer* dictos existimem. Sicut *Nuithardus, Nuithiger*, et *Nuitestaim:* non ignota familia. *Colerus.*

*Nuithones*] Populi Suevorum gentis, ad mare Suevicum, et ad ostia Suevi fluvii, in Germania magna: hodie pars septentrionalis ducatus *Stetin*, cum insulis *Usedom* et *Vollin*, ad ostia fluvii *Oder*, in Pomeraniæ ducatu, et in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemon.*

[c] *In commune Herthum*] Libri alii, *Nerthum*, aut *Verthum*. Ego veram vocem censeo *Aërthum*. Ita enim nostratem eam vocem efferimus scribimusque. Cum aspiratione focum nobis signet, non terram. *Lipsius.*

*In commune*] Id est, omnes illi populi, eodem modo simul, et pari ritu aut superstitione colunt Herthum, et communi civitatum concilio, ac consensu.

*Herthum*] Ad priscæ linguæ Teutonicæ terminationem scripserim: *Erthun*, vel *Erdun*. Vetus versiculus ille est Germanicus: *Toungino nupcihsene gehurti ze erdun*. Colerus. Certe *Hertam*, scripserunt veteres Germani. Antiquissimæ illæ glossæ nostræ, *solum, herda, herdi*. Itaque nihil mutandum. *Boxhornius.*

*Herthum*] Confundunt hanc Deam cum Luna, cum Iside, cum ipsa natura rerum, cum matre Deorum Cybele, cum Adonide, cum Vesta, cum Cerere, aut Tellure, cum Venere. Etiam et Barbari cum suis Diis æquiparant. Prussi cum Potrimpo suo, qui idem cum Sole, aut certe symbolum Solis fuit; Gothi cum Frigga Dea sua, quam et Venerem esse putarunt. Quæ Numina vel eadem fuere, vel certe multa similia habere, sibi finxerunt antiqui. Itaque et multis nominibus hæc appellata, *Dea, Tellus, rerum omnium mater, nutrix alma, diei noctisque custos et effectrix*. Quæ omnia patebunt ex notis infra. Macrob. l. 1. Saturn. c. 21. ' Idem sub diversis nominibus religionis effectus est apud Ægyptios, cum Isis Osirim luget: nec in occulto est, neque aliud esse Osirim quam Solem, nec Isim aliud esse quam terram, naturamve rerum: eademque ratio, quæ circa Adonin et Attinem vertitur, in Ægyptia quoque religione luctum, et lætitiam, vicibus annuæ administrationis alternat.' Quamobrem sic censeo, eandem esse Phrygibus matrem Deum, Ægyptiis Isidem, Assyriis et Phœnicibus Adonidem, puta Solem, quo signa autumnalia permeante, lux et calor decrescunt, usque dum ad brumam deventum sit; unde luctus; et eodem per verna signa ad solstitium currente æstivum, cum luce crescit calor; unde gaudium. Sic et Dea *Herthum*, per vices anni et tempestatum conversabatur in terris: et clare colligitur similitudo ritus ex tota hac

est, Terram matrem,[d] colunt, eamque intervenire rebus

*matrem, eamque conversari inter mortales*, et *perlustrare terras ac nationes existi-*

vero ex subtilitate Grammatica, et etymologiam secutus. Quidquid est,

NOTÆ

narratione Taciti.

Plut. lib. de primo frigido: 'Terram ... nonnunquam in Deorum domicilio manentem, prisci ἑστίαν, id est, Vestam appellaverunt, ex statu scil. et concretione.'

Diodor. Sicul. l. I. 'Terram .... matrem appellarunt. A Græcis similiter terra mater, mutato deinde paulum verbo, Δημήτηρ est dicta, sicut et Orpheus testis est, qui terram omnium matrem dixit divitias largientem.'

Cic. de Natura Deorum l. III. 'Si est Ceres a gerendo (ita enim dicebas) terra ipsa Dea est, et ita habetur: quæ est enim alia Tellus?'

Plut. de ore orbis Lunæ: 'Ignis quidem apud Medos et Assyrios habet honores barbaricos, &c. Terræ vero nomen omnibus omnino Græcis est carum, pretiosum, ac institutum nobis patrium est, eam, ut quemvis alium Deum, venerari.'

*Herthum*] Scriptores Prussici confundunt Deam istam cum *Potrimpo* Deo Prussorum, qui imberbis, ac lætantium ridentiumque in morem, liberaliter exporrecta fronte, referebat juvenem, caput viridante e spicis corona præcinctum, quem alii putabant esse Solem, et frugum etiam, ac bellorum Deum; alii in terra et aqua imperium exercuisse; alii, fuisse unum ex Diis Penatibus. Confundunt etiam cum *Frigga* Gothorum Dea, quæ etiam imberbis, quippe fœmina: et eam censebant esse voluptatum omniumque deliciarum Deam, frugibus etiam præpositam; sic Ericus Sued. 'Friggam pro fertilitate et abundantia frugum et fructuum terræ, hominum, jumentorumque honorabant, et assidue venerabantur.' Frigga Dea præfuit etiam bellis, non quidem, ut ea moveret, sed ut averteret, pacemque reduceret: in quo recte convenit cum Hertha Dea. Alii dicunt fuisse *Venerem*, quæ Freja (a Suedis Frigga) dicebatur, a voce Germanica *Fregen*. Igitur et Venus fuerit et eadem cum Dea Hertha, id est, *Die Erde, mater omnium rerum:* et etiam aliquando *Venus*, non alia quam *Bellona*. Ideoque Cytheræi habitu bellico coluisse Venerem dicuntur, et Cyprii Venerem ἔγχειον, id est, *hastatam*, finxerunt. Lacedæmonii armatam etiam coluere Venerem, teste Pausania Laconicis, et Ausonio epigram. 41. 'Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas.' Putant illud Numen fuisse utriusque sexus. Sic de Frigga Adamus Bremensis: 'Tertius est Fricco pacem voluptatemque largiens mortalibus. Cujus etiam simulacrum fingunt ingenti Priapo.' Idem et de Venere probant ex Macrob. l. III. Saturn. 8. Philochorus 'eandem (Venerem) affirmat esse Lunam. Nam et ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili; quod eadem et mas existimatur et fœmina.'

[d] *Terram matrem*] Matrem scil. mortalium et immortalium, si superstitionem et persuasionem Germanorum spectes, qui colebant 'Tuistonem Deum, terra editum,' &c. et ipsa Terra mater noctis, sicque prima terræ filia nox fuit: quare forte et noctem prætulere diei, ut quæ præces-

hominum,[e] invehi populis,[f] arbitrantur. Est in insula[g]

*mant. Est in insula Oceani castum nemus, sacratusque in eo currus, veste cooper-*

Herthus eadem est ac Ceres, aut Cybele, Græcis dicta Δημήτηρ quasi γῆ

NOTÆ

sisset diem origine.

[e] *Intervenire rebus hominum*] Hujusmodi Numina, 'penetrales Germaniæ Deos' appellabat Arminius supra l. I. Ann. in quorum numero censeri possit ista hæc Dea, *Herthum*, scil. seu *Terra mater*, ut et ista ipsa quæ, specie humana major, Drusum Germanicum Latino sermone, ne ignoraret, retrocedere jussit, cum vinceret ipse, et penitius irrumperet in Germaniam. De qua re sic Dio l. LV. 'Visurgim frustra trajicere conatus, trophæis constitutis, recessit. Etenim mulier quædam humana amplior forma ei obviam facta, Druse, inquit, quo tandem contendis? cur nullum tuæ ambitioni modum statuis? Hæc omnia videre te fata vetant. Quin abi hinc et recede. Nam tibi et facinorum bellique et vitæ finis imminet. Mirum ut cum maxime est, hanc vocem ei esse oblatam ab aliquo Numine. Neque tamen fidem abrogare licet huic rei, quam statim comprobavit eventus. Quippe statim retrocessit Drusus, et in itinere morbo decessit, priusquam Rhenum attingeret.'

*Intervenire*] Ille interventus Deæ forte verno tempore celebratus, ut de Venere statim dicetur, aut forte tempore incerto et pro nutu Deæ. Autumnum ignorabant Germani ut et ipsi Ægyptii, quibus pariter interveniebant Isis et Osiris: quod patet ex Diodoro Siculo l. I. 'Hos Deos [Osiridem et Isidem, seu Solem et Lunam] arbitrati, asserunt illos universum circumire orbem, ac nutrire et augere omnia, tribus anni temporibus, motu continuo perficientes orbem, vere, æstate ac hyeme.' Et infra ubi de Pallade: 'Eandem dictam esse tergeminam, propter tria anni tempora, ver, æstatem, hyemem.'

[f] *Invehi populis*] Sic et Venerem vere novo revisere orbem finxerunt. Athen. 9. 'Ad Erycem, Siciliæ montem, stati quidam sunt dies (ἀναγωγὰς vocant, seu discessum a portu) quibus aiunt Venerem in Libyam descendere. Nullæ tum circa eum tractum columbæ apparent, tanquam abeuntem peregre Deam comitatæ. Nono post die, quod tempus καταγώγια nominant, columba ex mari una provolat, et in Deæ templum se recipit: sequuntur mox aliæ. Tum quotquot locum eum circumhabitant divites convivantur: ceteri læti plaudunt, oletque universus is tractus butyrum, quod argumento est, Deam reverti.' Et Lucretius de rerum natura carmen pangens a Venere procreationis præside proficiscitur; quam Deam veteres, vere novo, ad rerum originem et animalium libidinem incitandam, solitam esse terras et maria revisere, et maritare quotannis credebant. Sic ille vates: 'Te, Dea, te fugiunt venti, te nubila cœli Adventumque tuum,' &c.

[g] *Insula*] Herthæ insula, Suevorum gentis in mari Suevico, et prope oram Germaniæ magnæ; hodie *Rugen* insula Pomeraniæ, et maris Balthici, in circulo Saxoniæ superioris: paret regi Sueciæ. *Tillemonius.*

Oceani castum[8] nemus,[h] dicatumque[9] in eo vehiculum,[i] veste

μήτηρ, seu *terra mater*. Brotier.—8 *Castum* insititium esse, et e margine irrepsisse putat Ernestus. Alii tentant, *sacrum*, vel *vastum* nemus. Forte Tacitus nemus illud dixit castum, quasi Terræ Deæ sacrum. Castum enim de Cybeles religionibus proprie dicebatur. Sic Tertullianus, 'de Jejuniis,' c. 16. 'Casto Isidis et Cybeles cas (nostras xerophagias) adæquas.' Male Beroaldus, *castrum nemus*. Brotier.—9 Copulam in dicatum omissum a Lipsio, restituit Pichena. Omisit Brotierus.

## NOTÆ

[h] *Castum nemus*] Allusum ad Castum Cereris apud Romanos. Fuit tamen cum suspicarer, *Castum nemus*, propriam quandam appellationem Teutonicam fuisse, quæ arcani illius *vehiculi* nomen exprimeret, dictumque adeo *Castenwalt*.

Vocatur hodie sylvæ etiam Martianæ pars apud Brisiacum eo nomine. An a simili ratione? Nam de Castaneis nugæ sunt, cum sylva tota obsita sit quercubus. *Colerus*.

Legendum censebam, *vastum nemus*, etiam sensu, nisi fallor, commodiore; ea enim vastitas præcipue sit augendo terrori religionique. Tritum est, vastissimas quasque sylvas cultibus ejusmodi dicari consuevisse. *Freinshemius*.

Cluverius legit, *sacrum*; scil. non putavit esse proprium sylvæ nomen. *Castum nemus* est sanctum, religiosum, non impune violandum. Vix accommodatiori voce uti potuisset. 'Fidem servare castam,' Silius: 'flumen' propter inhabitatrices Nymphas 'castum,' Claudianus: 'sacris accedere castis,' Statius. Virgilius: 'Hac casti maneant in religione nepotes.' In insula (maris nempe Balthici) fuisse ait Tacitus, cujus nomen non exprimit. *Rugium* vult Cluverius. Ac vide etiam Helmoldum I. 6. Chron. Slav. Sed quare infra specialem Rugiorum mentionem facit? *Kirchmaier*.

*Castum nemus*] Id est, cærimoniis sanctum, sacrum, et inviolatum. Lucan. 'Lucus erat, longo nunquam violatus ab ævo:—Hic barbara ritu Sacra Deum, structæ diris altaribus aræ.'

*Castum nemus*] Non *vastum*: nam si *nemus*, haud dubie non *vastum* et ingens. Et quia sacrum et inviolatum erat, immensum esse non debuit; immo forte limitatum fuit ad pauca quædam jugera, intra quorum ambitum, quasi templi, celebrarentur 'barbari ritus horrenda primordia' hæc. Non dicitur *castum* id nemus proprio vocabulo, sed quia sanctum et inviolatum fuit, ut nemus illud Gallorum apud Massiliam, de quo Lucanus. Vel etiam forte, quia ibi sacra Deorum arcana, casta, sancta, quæ sancto ritu, et casti sanctique sacerdotes celebrabant. Virg. 'Quippe sacerdotes casti.' Forte quia perpetuo, aut saltem eo tempore, quo sacris operarentur, a venere abstinebant, ut fœminæ illæ Atticæ, quæ dum mysteria Cereris celebrabant, a viris diremtæ. Vel quia castis tantum et sanctis, et velut Epoptis, non profanis, hoc *nemus* adire fas erat, et certe procul hinc abacti extranei: 'procul hinc, procul este, profani.'

*Castum nemus*] Forte quia sanctum et sacrum huic Deæ, Hertho scil. nemus illud. Sic habuere sylvam Herculi sacram, teste Tac. Ann. II. 12. 'Cognoscit delectum ab Arminio locum pugnæ, convenisse et alias na-

NOTÆ

tiones in sylvam Herculi sacram.' Aut etiam, quia cærimoniæ sacræ, et dira hic celebrata sacrificia, 'hic barbara ritu Sacra Deum,' Lucan. Hic quippe jugulabant aut etiam comburebant humanas hostias. Sic apud Prussos barbarorum ferocissimos Quercus illa ingens Romoveana adeo conspersa et imbuta fuit cruore immolatorum hominum, ut videntibus terrorem injiceret: qui idem mos apud Gothos invaluerat; idque a Scythis sumserant, de quibus Lucanus lib. III. vs. 105. 'Omnis et humanis lustrata cruoribus arbos.' Tale sacrificium sic describit Strabo, ubi de Cimbris, lib. VII. 'Sequentibus eos in bellum uxoribus, vates quædam comitabantur, canæ, albo vestitu, carbasinis supparis, desuper fibulis affixis, cinctu æreo, pedibus nudis: eæ per castra captivis occurrebant, strictis gladiis, prostratosque ad craterem æneum adducebant, amphoras circiter viginti capientem. Super eum pulpitum erat, quo conscenso vates sublimius singulis supra lebetem elevatis guttur incidebat. E sanguine in craterem fuso, suam captabant quandam divinationem: reliquæ cadavera sic cæsorum scindebant, intestinisque spectatis, victoriam suis vaticinabantur.' Sic et apud Prussos S. Pontifex, *Crive* dictus, hosti pectus primo transfodiebat, et tum si sanguis continuo torrentis instar, ultro prorumperet, prospere feliciterque Prussi sibi rem eventuram pollicebantur, testis Henneberg. Nec solum sylvæ sacræ et arbores, sed et alites, et feræ. Sic tradit Mathias de Michovia: 'In eam caliginem mentis Prussi prolapsi fuere, quod et sylvæ illæ, et aves feræque in illis consistentes, sanctæ forent; quicquid in illas ingrederetur, ut sanctum censeri deberet; violanti quoque nemus, feras et alites, manus aut pedes dæmonum arte curvabantur.' Ita etiam fontes, et lacus non inter Deos quidem, sed Diis sacri erant.

Sic autem comburebant equites, et duces hostium captos bello. Imponebant captivum hominem in equo suo, et singulos pedes equi singulis palis alligabant; dein lignis undequaque congestis, utrumque cremabant. Igitur et ob has cærimonias diraque sacrificia, sacræ illæ sylvæ, ita ut exteri, aut alienæ religionis, non eas auderent ingredi; ita ut nemo, neque ferro arborem, neque vel ramum violare, neque vel aditu aut præsentia sua temerare præsumeret, nisi sacerdos, aut sanctus esset. Hinc vocatur *castum*, seu sanctum hoc nemus. Hinc exteri et profani omnes, et præcipue Christiani, procul arcebantur.

[1] *Dicatum in eo vehiculum*] Sic teste Macrob. Saturn. lib. I. c. 21. 'Vehitur simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra.' At ludis Circensibus Deorum imagines ferebantur sacris thensarum vehiculis: hunc morem acceperant Romani ab Asiaticis, vel Ægyptiis. Nam ut ait Strabo lib. IV. Ξόανον τοῦ Ὀμάνου πομπεύει: *Simulacrum Omani defertur in pompa.* De Ægyptiis et Æthiopibus sic Eustathius in Iliad. Δ. 'Diospoli [quæ urbs Ægypti] grande est Jovis delubrum, unde Æthiopes accipientes simulacrum Jovis et aliorum pariter Deorum, statis temporibus per Libyam circumeunt,' &c. Et Servius in illud Æn. VI. 'Errantesque Deos, agitataque mœnia Trojæ:' 'Signa ξόανα dicit, id est, simulacra brevia, quæ portabantur in lecticis,' &c. Unde illud Lucæ Act. VII. 'Et bajulastis tabernaculum Molochi:' quod dicebatur *tentorium*, vel umbraculum,

contectum:[j] attingere uni Sacerdoti concessum.[k] Is adesse

*tus:* quem *contingere soli sacerdoti licet. Is cognoscit intervenisse Deam adyto, trac-*

NOTÆ

quia simulacra Deorum continerentur, vel *tabulis*, quæ proprie tabernacula, vel pellibus, aut linteis tensis, quæ proprie tentoria, unde et *tensæ*. Et hæ *tensæ*, vel a bubus, aut equis, vel asinis trahebantur: unde *tensa*, in glossis vett. non solum exponitur *θρόνος*, sed et *ἅρμα θεῶν*· vel etiam ab hominibus gestabantur. Portatiles hæ lecticæ cum velis tensis, habuere delubri figuram. Philo Biblius vocat, *νάον ζυγοφορούμενον*. Et forma erat qualis lecticæ ejus, quam vulgo *papilionem* dicimus, a figura tentorii e pellibus aut velis tensi, quod et tentorium antiquis *papilio* vocatur, a forma insecti, prælargas alas expandentis. *Vossius libro* II. *de Idol.*

*Vehiculum*] Si Dea hæc eadem sit cum Venere, certe Venus ipsa *vehiculum* est, et sic appellatur apud Plut. Erotico: ‘ Honor vero, qui a societate mulieris quotidie nascitur, et gratia mutuaque dilectio ac fides, probat Delphos minime delirare, quod Venerem vehiculum appellent; neque Homerum, qui talem congressum, amicitiam vocat.’ Venus, scil. *vehiculum* fuit honoris, amicitiæ, gratiæ et fidei inter conjuges.

[j] *Veste contectum*] In hisce ritibus sacris multa vela interposita et siparia, ne scil. Deam violarent oculi profani. Nam ‘ attingere uni sacerdoti concessum’ fuit. Et potuit dici, quod habet Tertullianus de mysteriis perinde inanibus: ‘ Tota in adytis divinitas. Tot siparia portarum: totum signaculum linguæ, simulacrum membri virilis revelatur.’ Quæ et inania Græcorum arcana oculatus testis sic describit Clemens Alexand. ‘ Tessera Eleusiniorum mysteriorum: Jejunavi, bibi potum mistum, accepi e cista, operatus deposui in calathum, et e calatho in cistam.’ Addit idem: ‘ Cereris non proferenda symbola, seu ineffabilia Cereris arcana: menta, lychnus, gladius, pecten muliebris, quod est, honorata et mystica appellatione, membrum sive pudendum muliebre.’ Et tamen initiati, ut putabant, in his arcanis principia vitæ cognoverunt: neque solum cum lætitia vivendi rationem cognoverunt, sed et cum spe meliore moriendi. His sacris prohibiti exteri, ut et apud barbaros nostros ita stricte arcebantur, ut si quis intravisset, non posset id expiari sine sanguine, quamvis peregrinus effugisset. Sic mos apud Prussos, et in sacrarium Quercus Romoveanæ; nemini etiam Prusso intrare licebat, præter ipsorum Pontificem *Crive*, et primarios flamines. Arcebantur etiam ex indigenis, si qui facinus aliquod patrassent, non solum a conspectu Deorum, sed et ab urbe Romove. Sic Henneberg de veter. Prussis. Et circa hanc Quercum fuerunt peripetasmata, seu vela serica octo, ulnarum in latitudinem extensa, quæ vela non removebantur per sacerdotes, nisi in celebrioribus sacris, aut si quis Prussorum extra ordinem adorandi causa advenisset.

[k] *Attingere uni Sacerdoti concessum*] Qui sacerdotes mysteriis arcanisque ac sacrificiis præsidebant, et qui cærimonias, religiones, et oracula ipsa procurabant, sanctitatis et pudicitiæ fama insignes et conspicui deligebantur: et præcipue fœminæ virgines ad id destinatæ, quæ sic futuri fatique præsciæ pro suo jure erant, apud Græcos, ut etiam apud barbaros; quod patet passim ex historiæ monumentis. Plutar. lib. de defectu Oraculorum sic habet: ‘ Hæc vis [divi-

penetrali[l] Deam intelligit, vectamque bubus fœminis[m] multa cum[10] veneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca,[n]

*tumque bobus fœminis* Deæ *vehiculum plurimo cum honore comitatur. Tunc* agun-

10 Præpositio *cum* abest a Ms. Turic. et editionibus veteribus.

NOTÆ

nandi] in nonnullis animis, tum in somniis, tum in sacris, efflorescit et exsuscitatur, cum vel CORPUS INTEGRUM AC PURUM est,' &c.

Et eodem lib. 'Itaque stultum est, una muliere ad oracula uti, eique negotia exhibere, injungendo perpetuæ castitatis conservationem et incorruptam puritatem,' &c.

Apud Plut. ibid. de barbaro homine audivi, eum ad mare Rubrum semel quotannis cum hominibus colloquentem, reliquo tempore cum agrestibus nymphis et dæmonibus, ut ipse dicebat, commorantem, &c. Ceterum ad vaticinationem omnibus annis semel afflabatur, &c. Ille igitur divinationem ad dæmonas referebat, &c.

Apud Gellium lib. xv. 18. ubi de prælio Pharsalico. Patavii 'Cornelius quidam sacerdos et loco nobilis, et sacerdotii religionibus venerandus, et CASTITATE VITÆ SANCTUS, repente mota mente, conspicere se procul dixit pugnam acerrimam pugnari: ac deinde alios cedere, alios urgere, cædem, fugam, tela volantia, instaurationem pugnæ, impressionem, gemitus, vulnera, perinde ut si in prælio ipse versaretur, coram videre se vociferatus est: ac postea exclamavit, Cæsarem vicisse.'

Et hæc eadem ratio est, cur Rex sacrificulus Athenis uxorem virginem ducere teneretur, lege Solonis; quia scil. regina hæc quædam sacrificia curabat. Sic fere et apud barbaros institutum. Nam inter Vaidelottas, qui Prussorum sacerdotes, fuere non viri solum, sed et fœminæ viventes in cœlibatu, et quidem provectæ jam ætatis. Quod si Vaidelotta in adulterio deprehenderetur, ad ignem illico rapiebatur: auctor Henneberg. de vett. Prussis. Vaidelottæ viri, viris, fœminæ, fœminis responsa Deorum dabant. Hi etiam sacerdotes Percuno Deo perpetuum ignem alebant, subinde injectis lignis quernis; at si exstingueretur ignis, Vaidelotta, qui eo tempore curam ignis habuit, capitali supplicio afficiebatur. Quod et apud Lithuanos sic in usu fuit: ut et apud Gothos, in honorem omnium Deorum.

[l] *Adesse penetrali*] Id est, in secretiore et sanctiore, seu parte interiore templi; nam nemus hoc instar templi Germanis erat, et *vehiculum* instar penetralis: penetrale igitur Deæ, *vehiculum* est; quo, scil. invehitur populis, et inter mortales conversatur.

*Adesse penetrali Deam*] Per *penetrale*, non intelligit templum, ut putat Interpres Gall. sed ipsum *vehiculum* Deæ. Supra, 'dicatumque in eo vehiculum .. attingere uni sacerdoti concessum.'

[m] *Vectam bubus fœminis*] Quæ haud dubie juvenculæ nullo jugo nisi sacro pressæ, nec ullo mortali opere temeratæ, quemadmodum supra dixit de equis albis, qui sacrum etiam currum vehebant, nullo profano labore vexati.'

[n] *Læti tunc dies, festa loca*] Sic legibus Solonis celebrata religio: 'Die festo Atheniensium, ne cuiquam, sive

quæcumque[11] adventu[12][o] hospitioque dignatur. Non bella ineunt,[p] non arma[q] sumunt; clausum omne ferrum: pax et quies tunc tantum nota,[13] tunc tantum amata, donec idem Sacerdos satiatam conversatione mortalium[r] Deam templo

tur *festi dies, lætissima ea loca* sunt, *quæ* suo *adventu et hospitio honorat* Dea. Tunc *non prælia adeunt, non arma capessunt; ablatum omne ferrum: pax et quies tunc solum florent, tunc solum diliguntur, donec idem sacerdos in penetrale reducat Deam, consuetudine hominum satiatam. Dein currus, et vestes, et (si credere fas*

11 Cod. Kapp. *quemcumque.*—12 Rhenanus frustra conjicit *advectu.* Brotier. —13 Ita Ms. Vatic. 4498. et libri editi. Tria vero hæc verba absunt a Ms. Vatic. 2964. In Ms. Vatic. 1518. *nunc tantum nota, item tantum amata.* Veteres quoque editiones habent, *item.*

NOTÆ

privatim, sive publice, injuria fiat; neve habetor concio de aliis rebus quam quæ ad festi religionem pertinent. Nemini mysteriorum diebus manum injicito. Thesmophoriis nexi vinculis solvuntor. Nemini diebus Liberalium festis manum injicito. Deliorum festos dies, dum Delum itur et reditur, damnatorum pœnis ne funestato.'

[o] *Adventu*] Velit Rhenanus, *advectu*, quia supra: *invehi populis.* Sed frustra.

[p] *Non bella ineunt*] De religione Pompilii sic Livius: 'Multitudine omni a vi et armis conversa, et animi aliquid agendo occupati erant: et Deorum assidua insidens cura, cum interesse rebus humanis cœleste numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat, ut fides ac jusjurandum, propulso legum ac pœnarum metu, civitatem regerent. Et cum ipsi se homines in regis, velut unici exempli, mores formarent, tum finitimi etiam populi, qui ante castra urbem positam in medio ad solicitandam omnium pacem crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem totam in cultum versam Deorum violari ducerent nefas.' Utinam talis esset in nostro orbe civitas, quæ veluti templum supremi Numinis, esset inviolata, sacra, atque æterna, et ab omnibus populis sic coleretur: hoc datum videbatur sacris Solymis. Sed quid inausum audaciæ mortalium? Sic debuit esse Roma, aut nunquam esse.

[q] *Non arma*] Vormat. cap. 13. 'Ex eo die super 40. noctes sit bannus recisus, quod lingua Theodisca Scastlegi, id est armorum depositio, vocatur.' Sic sanctum justitium appellabatur.

[r] *Conversatione mortalium*] Sic sanctior sapientiorque antiquitas credidit, Numen intervenire rebus hominum, vel et universæ rerum naturæ: quod patet ex Plutarcho multis locis, et præcipue lib. de defectu Oraculorum, ubi sic habet: 'Ut igitur aërem lunæ terræque infusum si quis de medio tollat et subtrahat, continuationem et consociationem universitatis labefactavit, medii spatii inanitate et dissolutione; ita qui dæmonum genus non relinquunt, omnem rationem atque commercium hominum ac Deorum tollunt, cum interpretem, ut ait Plato, naturam et administram removeant, &c.

'Nos autem nec eos audiamus, qui divinationem aliquam esse censent

NOTÆ

Numinis expertem, neque qui initia aut orgia ulla a Diis negligi prædicant: neque tamen in iisdem versari, interesse, implicari censeamus, sed quibus jus fasque est Deorum ministris ea tribuentes, tanquam accensis et scribis, dæmonas credamus arbitros esse divinorum sacrorum, et initiorum auspices et auctores, alios scelerum gravium et immanium vindices terram lustrare putemus: quosdam etiam Hesiodus rite sanctos, munifices, regale hoc munus habentes appellavit, quod bene mereri regium sit.'

Etiam Plut. lib. de ore orbis lunæ: 'Non semper,' inquit, 'dæmones in luna commorantur, sed huc descendunt oracula procuratum. Ac summis intersunt cærimoniis, easque concelebrant. Iidem vindices et observatores iniquitatem circumeunt, salutaresque in bellis atque in mari allucent.'

Similiter Diodorus Siculus: 'Ferunt hos quinque Deos [Spiritum, Ignem seu Vulcanum, Terram seu Cererem, Humiditatem seu Oceanum, Aërem seu Palladem Jovis filiam] omnem peragrare terram, apparentes hominibus in sacrorum animalium formis, quandoque autem in hominum aut aliorum specie: quod minime fabulosum videtur, si quidem isti sunt, qui omnia generant et producunt. Et Homerus, qui ad Ægyptios profectus est, multaque ab eorum sacerdotibus accepit, hæc tanquam vera in opere suo describit, Deosque sæpius in alienis formis circumire urbes, ut vitia et virtutes hominum inspiciant,' &c.

Itaque in ista veterum sententia, Genii illi orbem circumeuntes, veluti medii fuere et internuntii spiritus inter Deum et homines, et quasi ministri illius præsidebant generationi conservationique rerum, et universæ naturæ, interveniebantque rebus mortalium, sæpe et 'immortalia mortali sermone notarunt,' Lucretius. Subveniebant laborantibus quandoque in periculis, in præliis, et in ipso mari, etiam si quandoque non certarent ipsi, neque simul navigarent. Et ignorati amictique aëre, ut ait Hesiodus, et 'alatis qui curribus æthera carpunt,' perlustrabant terras, urbes, gentes, excutiebant mentes, examinabant jura, judicia, virtutesque hominum testes præsentes inspiciebant, 'subiere minores sæpe casas Superi,' Ovid. Met. v. Simul et crimina sceleraque vindicabant. Illi etiam procurabant cærimonias, vota, sacrificia, oracula, et vaticinandi spiritum afflabant. Hinc causam notam putabant hujus divini afflatus in Pythia, in Sibyllis, et aliis oraculorum sortibus. Quæ et par ratio foret de Maga Marii, aut eo, 'cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent.' Ut et de Druidis nostris, præcipue fœminis, et de virginibus fatidicis Germanorum, Aurinia, Veleda, &c. et forte pari ratione consultæ quædam fœminæ Britannicæ de prospero navigationis exitu; quæ et imperabant ventis, fluctibus ac procellis. Hinc et ratio colligi possit, cur virgo quædam apud Sueton. in Hispania sanctitate et fama celebris, imperium Galbæ prædixerit; cur et Catta fœmina idem Vitellio prænuntiarit, et altera mox, quæ Druida dicitur, Diocletiano. Cur et fœmina olim, quasi divino furore percita, et velut extra se posita, menteque commota, admonuerit Alexandrum de conjuratione et periculo impendente, apud Curtium. Hinc et forte Numina visa, aut credita. Hinc forte phasma illud Adrumetinum, quod specie humana longe majus, sub meridiem visum Curtio Rufo, ei prædixit Romano sermone proconsulatum A-

NOTÆ

fricæ, et ibidem interitum: quod contigit, licet tanto honori longe impar videretur. Hinc et forte illa Germaniæ penetralis Dea, quæ Drusum Germanicum, licet jam victoria ovantem retrogredi jussit, et de fato imminente, scil. adesse victoriæ vitæque finem præmonuit. Et sic multa similia. Hinc et forte Magia præcelluit, quæ, teste Plinio, floruit, devecta ab usque Oriente in Britanniam, toto licet orbe diremtam. In eo excelluerunt virgines fatidicæ Germanæ supra Vestæ virgines Rom. quod a commercio hominum prorsus amotæ, in editis turribus, velut in adytis et penetralibus habitarent, et ibi responsa et oracula ederent, internuntiis tantum fratribus et propinquis: scil. 'delectus e propinquis consulta responsaque, ut internuntius numinis, portabat.' Tac. Hist. IV. Vestales vero vota solummodo populi et sacrificia procurarent, ignemque quasi sterilem rerum custodirent; erant tamen et quandoque internuntiæ pacis, quo etiam privilegio longe præcellebant Germanæ fatidicæ. At virgines Germanæ, regna, bella, sortes et oracula regebant: simul erant et Sibyllæ, et reginæ, et Deæ, et quasi Penates Germaniæ universæ: ita ut Rempub. et fata provinciarum nationumque et exercituum velut in manu haberent, lateque imperitarent, pro nutu, et quasi pro jure suo: adeo mira perinde sanctitatis ac sapientiæ fama præcellebant!

Sed cur præcipue id fœminis datum concessumque, ut futuri fatorumque præsciæ sint? Forte sic, quia molliori delicatiorique temperamento a natura ita formatæ, ut facilius visis ac speciebus impellantur. Et quia pudicitia, cujus veluti proprium est id jus divinum, summa virtus est fœminarum: ita ut nonnulli id præmium esse virginitatis existiment. Et quia fœminæ virgines longe magis vacuæ, ac liberæ a rebus humanis, et a commercio illo impuro et profano, quod et mentem ipsam polluit ac deprimit. Forte et, ut in debiliori sexu vanitatem hominis ac superbiam confundat atteratque Deus. Sic Pythonissæ forte, sic et delectæ Pythiæ, quibus imperata omni modo virginitas ac sanctitas erat, etiam publica lege et auctoritate. His retro sæculis puella nostra Aurelianensis longe alio et vere divino pneumate afflata, prosperi fati Gallorum, et victoriæ suæ præscia, postquam Galliam armis vindicavit, sustinuitque Herculeos vere labores, pari gloria, qua Hercules, pari flamma fatoque interiit: vixit, certavit, periit, ut Alcides, novus ille Hercules Gallicus. Armis puella victrix, æternitati et cœlo dicata est, flammisque virgo sublata in cœlum, unde divinitus missa erat, revolavit.

[8] *Deam templo reddat*] Id est, reducat. Deam in *castum nemus*, ubi *vehiculum* illud dicatum Deæ residebat; et in quo nemore haud dubie ille lacus, in quo Numen abluitur una cum vehiculo et vestibus, et quo ministri hauriuntur: qui exitus superstitionis est.

*Deam templo reddat*] Nullum certe apud Germanos templum nostro more. Sed *castum* illud *nemus* fuit templum Deæ, pro more gentis, quæ lucos Diis consecrabat pro delubris: itaque *vehiculum* illud fuit *penetrale* Deæ, cui adesse Deam intelligit sacerdos; et nemus illud sanctum, fuit ejus *templum*, cui ipsam reddit sacerdos vectam eo vehiculo, cum scil. satiata est *conversatione mortalium*: et postquam reddita est nemori, seu templo suo, tum vehiculum illud et vestes, quibus vehiculum contectum erat, et *Numen ipsum secreto lacu abluitur*; servique,

reddat.[s] Mox vehiculum et vestes, et, si credere velis,[t] Numen ipsum secreto lacu[u] abluitur. Servi ministrant; quos statim idem lacus haurit.[v] Arcanus hinc terror sanctaque ignorantia,[w] quid sit illud,[14] quod tantum perituri vident.[x]

*est) Dea ipsa occulta palude perfunditur. Ministri adsunt; quos statim eadem palus absorbet. Secretus hinc pavor, sanctaque inscitia, quid sit illud, quod solummodo perituri cernunt.*

14 Brotierus cum Ms. Turic. habet *quid sit id.* Veteres editiones, *quid si id.* In recentioribus, *quid sit illud;* et sic Ryckius et Gronov.

## NOTÆ

qui ministrabant Deæ, eodem lacu hauriuntur. Unde 'sanctus et arcanus terror,' &c.

[t] *Si credere velis*] Recte sic Tacitus: nam talium *initiorum* nulla certa conclusio, teste Plutar. lib. de def. Oracul. 'Istos,' inquit, 'his de rebus explicatus diligenter audiebam; cum interim, ut in sacris et initiatione assolet, nullam certam rationis conclusionem, nullam probationem afferret.'

[u] *Secreto lacu*] Invenio lacus ejusmodi templis sive delubris conjunctos fuisse. Dithmarus de Luitzicis lib. VI. 'Duæ ejusdem portæ cunctis introëuntibus patent: tertia, quæ orientem respicit et minima est, tramitem et mare juxta positum et nimis horribile monstrat.' Sic lib. VII. 'Fana idolorum destruens incendit et mare dæmonibus cultum.' Mare appellat istos lacus. *Colerus.*

*Secreto lacu abluitur*] An se ipsam Dea abluit lacu? potius abluitur a servis, qui in hoc ministrant Deæ, et cujus ministerii mors præmium est, forte quasi beatitudo, aut spes novæ vitæ.

[v] *Idem lacus haurit*] An sponte Deæ id facientis et imperantis? An id ex superstitione, ut statim submergantur, ne revelent mysteria, quæ viderint? Puto, innuit tantum, illos servos, quasi vanescerent, hauriri lacu, aut saltem sic credi a populis rudibus; ideoque addit Tacitus, 'si credere velis.' Hujusmodi superstitiones totæ ex opinione populorum constant pendentque; quæ sæpe vana, futilis et specie inanium falli gaudet. Hinc fama anceps et incerta, quam nec describere auctor accurate et indubie possit, nec Interpres exponere. Non admitto tamen eorum sensum, qui vertunt, quasi statim illi servi immergerentur et obruerentur illo lacu ne arcana illa evulgarent; non enim id præcise Tacitus vult. In ejus mente tantum eos lacus haurit; at quanam ratione, quo consilio, quia incertum et ignotum fuit, nisi forte hisce ministris Deæ, qui forte ignorati degebant in his sylvarum latebris, nec se vulgabant, non explicat, nec rei causam affert Tacitus.

*Idem lacus haurit*] Hauriuntur lacu ministri, forte arte et jussu sacerdotum, qui in talia arcana inquiri nolunt. Sicque talia mysteria occultant in posterum.

[w] *Sanctaque ignorantia*] Sic supra 34. Sic veritatem simiæ æmulantur: scil. 'qui scrutabitur majestatem, opprimetur ab ea.'

[x] *Quod tantum perituri vident*] Falso imitatu horum: 'nemo videbit Deum et vivet:' et in ea opinione fere omnes antiqui. Videre scil. Numen ex-

41. Et hæc quidem pars Suevorum in secretiora Germaniæ porrigitur. Propior (ut, quo modo paulo ante Rhenum,[y] sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum[z] civitas, fida Romanis, eoque[1] solis Germanorum non in ripa commercium,[a] sed penitus, atque in splendidissima Rhætiæ provinciæ colonia.[b] Passim et[2] sine custode[c] transeunt: et,

*Et hæc quidem pars Suevorum extenditur in interiora Germaniæ.* Nunc *ut, quo pacto paulo ante Rhenum* descripsi, *sic etiam Danubium persequar, vicinior* est *Hermundurorum natio, fidelis in Romanos, ideoque soli* ipsi *Germanorum non in littore commercium agitant, sed introrsus, atque in clarissima colonia Rhætiæ provinciæ. Undequaque et sine custode commeant: et, cum ceteris nationibus exhi-*

1 Sic bene libri omnes editi. In Ms. Turic. *eaque.* Brotier.—2 Ita Ms. Turic. et veteres ac recentiores editiones. In mediis omissa est copula, *et.*

NOTÆ

pavescebant et ipsi Ethnici: quibus sanctius, 'ac reverentius visum, de actis Deorum credere, quam scire.' Sufficit, ut habet D. Paulus ex vetere poëta, quod 'ipsius genus sumus, in ipso vivimus, movemur et sumus.' Nos tegit et protegit alma ipsius providentia; nos fovet, nos alit et regit Deus. Rex ipse et pater est, et dominus: sed se patrem nobis sæpius, quam regem, aut dominum approbat.

[y] *Paulo ante Rhenum*] Hoc de Cattis, Tencteris, Frisiis magis dictum puto, quam de Longobardis. *Colerus.*

[z] *Hermundurorum*] Hermunduri, populi Germaniæ ad meridiem et circa Danubium fluvium: hodie pars circuli *Franconiæ* ad orientem, et aliquid circuli Sueviæ, *Souabe*, ad septentrionem. *Tillemon.*

[a] *Non in ripa commercium*] Nempe in *ripa* Danubii. Interius commeabant inter Romanos; scil. castra eorum, et colonias adibant libere, et sine custode.

[b] *In splendidissima Rhætiæ provinciæ colonia*] Putatur esse *Augusta*, quam vulgo *Vindelicorum* appellant, quod Vindeliciæ sit proxima, sed tamen in Rhætia prima. Notum etiam e recentioribus chronographis Lixum amnem separare Baioarios a Suevis, postquam videlicet Germanici juris factæ sunt provinciæ, cum sub Romanis idem fluvius Rhætiam primam a secunda, quæ eadem Vindelicia fuit, indubie disterminaret. *Rhenanus.*

Vocat *splendidissimam*, coloniam, quia et aliæ in Rhætia *coloniæ* Romanorum. Una ex iis describitur in fragmento, si fides Lazio, Paterculi, insigni antiquitatis monumento, 'quam appellabant Cisara, ex nomine Deæ Cisæ, quam religiosissime colebant,' Germani scil. Cogitabam an hic legendum esset, *Cisæaram.* Colerus.

[c] *Passim et sine custode*] Romani in limite imperii hoc servabant, ut externum neminem admitterent exciperentve, nisi *custode* dato, et arbitro actionum. Discis ex hoc loco, et libro Hist. IV. ubi sic queruntur apud Ubios: 'Nam ad hunc diem flumina ac terras, et quodam modo cœlum ipsum clauserant Romani, ut colloquia congressusque nostros arcerent; vel, quod contumeliosius est viris ad

cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus,[3] his domos villasque patefecimus, non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur,[d] flumen inclytum et notum[4] olim;[e] nunc tantum auditur.[f]

*beamus arma tantummodo, munimentaque nostra, his penates, et prædia aperuimus, haud desiderantibus. Apud Hermunduros Albis erumpit, clarus amnis, et* armis *olim, nunc sola fama notus.*

—3 Ms. Turic. *commendemus.*—4 Ms. Turic. *novum.*

NOTÆ

arma natis, inermes ac prope nudi sub custode et pretio coiremus.' Et in responso Agrippinensium: 'sint transitus incustoditi, sed diurni et inermes.'

Fuit et alia Romanorum cautio in hac re, ne conventus haberent suspecti populi, nisi certo loco, et certo numero; idque coram aliquo Romano. Fragmentum Dionis 73. Commodus pacem Marcomannis et Quadis dedit, sed cum lege, 'ne sæpe aut pluribus locis conventus haberent: sed semel in mense duntaxat, et in uno certo loco; idque centurione aliquo Romano præsente.' *Lipsius.*

*Sine custode*] Quod non novum: sed et jam olim usurpatum quid simile ab aliis gentibus. Nam Plutarch. Problem. Græc. 'Quis est apud Epidamnios Poletes? Epidamnii Illyricorum vicini, cives suos, qui cum Illyricis consuetudinem haberent, improbos fieri animadverterunt, et res novas veriti, ad res contrahendas ac permutandas merces, unum quotannis potissimum delegerunt, quem maxime probarent. Is ad barbaros accedens, forum civibus suis, et contrahendi rationem præscribebat; et ex eo Poletes est appellatus.'

[d] *Albis oritur*] Dio scribit Albim oriri *ex Vandalicis montibus.* Vandalicos istos montes dici, non novum: cum ipsi etiam Bohemi et Moravi nomine *Vandalorum* eo tempore censiti fuerint.

Helmoldus ita: 'Oritur in profundissimo saltu Maharorum, qui sunt ab oriente Bohemiæ, ubi et Albia sortitur principium.' *Mahari* illi sunt *Moravi* nostri, dicti et *Marvarii* in priscis Annalibus. *Colerus.*

*Albis*] Flumen Germaniæ magnæ, in Oceanum Germanicum se exonerat: hodie *Elbe.* Labitur per regnum Bohemiæ, et circulos Saxoniæ superioris et inferioris: in mare Allemaniæ effunditur. *Tillemon.*

[e] *Notum olim*] Vell. Paterc. 'Denique, quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadragesimum milliarium a Rheno usque ad flumen Albim.' Strabo, Albim a Rheno, circa tria millia stadiorum distare, autumat. *Colerus.*

*Notum olim*] Nempe sub Aug. Tiberio, Druso, Germanico: *nunc tantum auditur*, nempe sub Domitiano, cujus ignaviam hic lacessit; et forte etiam sub Trajano, qui contentus hac parte antiquis imperii terminis, ab Augusto præscriptis, adversus alias gentes strenue bellabat, ad Danubium scil. et ad Orientem.

*Notum olim*] Sub Augusto, ducibus scil. Tiberio, Druso, Germanico, et forte sequentibus legatis.

[f] *Nunc tantum auditur*] Post ignavos scil. principes, et præsertim post Domitianum, quo imperatorum nemo aut inertior, aut infelicior.

42. Juxta Hermunduros Narisci,[1 g] ac deinde Marcomanni[2] et Quadi[h] agunt. Præcipua[i] Marcomannorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes,[j] pulsis olim Boiis,[k] virtute parta. Nec Narisci Quadive degenerant. Eaque Germaniæ velut frons est, quatenus Danubio protegitur.[3 l] Marcomannis Quadisque[4] usque ad nostram memoriam[m]

*Prope Hermunduros habitant Narisci, ac postea Marcomani et Quadi. Præcipuum decus et opes Marcomanorum, atque ipsa etiam regio fortitudine quæsita, ejectis olim Boiis. Nec Narisci Quadive* animo *degeneres, aut impares. Eaque Germaniæ veluti frons est, prout* ipsa *Danubio prætenditur. Usque ad nostram*

1 Ptolemæo, II. 11. dicuntur Οὐαρίστοι, *Varisti*. Dioni, LXXI. p. 810. Ναρισταί. At a Capitolino, in M. Antonin. cap. 22. memorantur quoque *Marcomanni, Narisci, Hermunduri et Quadi*. Brotier.—2 Ryckius et Gronov. scribunt *Marcomani*.—3 Brotierus cum Ryckio et Gronovio, *Danubio pergitur:* et ita Puteolanus, Pichena et recentiores. In Mss. Bamberg. Turic.Cod. Kapp. et editione Spirensi, *peragitur*. Lipsius emendavit, *prætexitur*. Bipont. corrigunt *protegitur*.—4 Quædam edd. *Quadisve*.

NOTÆ

g *Narisci*] Terram Advocatorum posteriores vocitarunt, horum caput fuisse *Egram* censent. Et hæc quoque priscorum Suevorum portio, immo et posteriorum.

Eo translati constitutique fuerant ab Augusto. Sueton. ‘ Germanosque ultra Albim fluvium summovit. Ex quibus Suevos et Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.’ *Colerus.*

*Narisci*] Populi Germaniæ ad Danubium fluvium: hodie pars circulorum *Franconiæ* et *Bavariæ*. Tillemon.

h *Quadi*] Populi Germaniæ magnæ versus Danubium fluvium: hodie marchionatus *Moraviæ*, in regno Bohemiæ late sumto. *Tillemon.*

i *Præcipua*] Id est, Inter omnes illos populos præcipui et nobilissimi Marcomanni, gloria, opibus, viribus.

j *Ipsa etiam sedes*] Non de urbe, arce, aut civitate id intelligendum, sed de regione seu provincia, quam nunc habitant.

k *Pulsis olim Boiis*] Num isti iidem, de quibus supra 28. ‘ Ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc Boihemi nomen, significatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus.’ Puto, per illud *mutatis cultoribus*, intelligit, Boios fuisse pulsos a Marcomannis.

l *Danubio protegitur*] Scriptus liber, *peragitur*. Male quidam, *pergitur:* nec id tam probe. *Lipsius.*

Forte, *porrigitur:* sed vera lectio est, *prætexitur*. Infra hoc libro, ‘ nationes usque ad Oceanum Rheno prætexuntur.’

m *Marcomannis Quadisve usque ad nostram memoriam*] Retinenda lectio hæc, *Quadisve*. Vult Marcomannis et Quadis unum fuisse regem. Vell. de Marobodno: ‘ Finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus juris sui fecit. Eratque eo etiam timendus, quod, cum Germaniam ad lævam et in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum haberet Noricos.’ Marcomanni sic

Reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Tudri[5] genus:[n] jam et externos[o] patiuntur. Sed vis et potentia Regibus ex auctoritate Romana: raro armis nostris,[p] sæpius pecunia, juvantur.

43. Nec[1] minus valent retro Marsigni,[q] Gothini,[2r] Osi, Bu-

*ætatem apud Marcomanos et Quados floruere reges ex natione ipsorum, clara Marobodui et Tudri soboles: jam* etiam *et extraneos ferunt. Sed vis et potestas regibus, ex imperio Rom. raro milite nostro, sæpius opibus, sustinentur.*

*Nec minus pollent a tergo Marsigni, Gothini, Osi, Burii:* qui *retro Marcomanos,*

5 Ita Mss. Vatic. 1518. et 4498. In Ms. Vatic. 2964. et Cod. Kapp. *Trudi genus.* Quod placebat Rhenano, ob vulgata olim in Germania, *Trutonii, Trutomanni, Adeltrudis, Gertrudis* nomina.

1 *Nec* delendum putabat Lallemand. et in vers. Gall. omisit Bleterius.—

2 Cod. Kapp. *Gotini.* A Dione, LXXI. p. 808. dicuntur Κοτινοί. A Claudiano,

NOTÆ

dicti a Marca, quam incolebant, ut inquit Helmoldus libro I. *Colerus.*

*Marcomannis Quadisve*] Hactenus Marcomanni habuere reges ex sua ipsorum gente, et ex nobili stirpe Marobodui et Tudri ortos; at nunc habent reges ex alia gente et *externos,* nempe vel qui hoc regnum ultro occuparunt, ope tamen Romanorum, vel a Romanis ipsis impositi sunt. 'Nam vis et potentia regibus, ex auctoritate Rom. [qui et] inter instrumenta servitutis [habent] reges.'

*Ad nostram memoriam*] Usque ad nostram ætatem. Sub Augusto, et Tiberio duce, floruit Maroboduus: dein et eo misit regem Italum Claudius, qui haud dubie e stirpe Marobodui fuit. Et duravit genus horumce regum, forte usque ad Vespasianum et Domitianum. Si qui dein *externi* in regnum admissi, potentia ipsorum, auctoritate et opibus Rom. magis, quam armis nitebatur. Protegebant illos principes Romani, ut et illi ripam Danubii adversus imminentes barbaros tuerentur, viresque ipsorum et arma procul avocarent, arcerentque finibus imperii: quare et pecunia juvabantur.

[n] *Et Tudri genus*] Legebatur et *Trudi.* Proximis sane sæculis *Trutonis* et *Trutomanni* nomen apud majores nostros auditum est. Testimonio sunt veteres donationum et contractuum tabellæ. Hincque Heroinarum Germanicarum vocabula, *Adeltrudis* et *Gertrudis,* a sincero videlicet amore fideque. *Rhenan.*

[o] *Jam et externos*] Verisimile est cœpisse externos reges habere Trajani principatu. Hic enim devictis aliquot trans Danubium populis reges dedit, ut et Sarmatis. Plin. lib. X. Epist.

[p] *Raro armis nostris*] Teste Dione, Domitianus misit tantum centum equites ad gentem hujus tractus, quæ opem ejus implorabat, sed majori stipendio juvit occulte.

*Raro armis nostris*] Dio lib. LXVII. 'Lygii a Suevis quibusdam in Mysia bello vexati, legatos miserunt, qui auxilium a Domitiano peterent, subsidiaque consecuti sunt, non tam numero valida, quam dignitate. Nam centum eis duntaxat equites dati sunt.' Pecuniam accipiebant Barbari ab ignavis principibus.

[q] *Marsigni*] Marsigni, vel Marsingi,

rii:[3] [s] terga Marcomannorum Quadorumque claudunt: e quibus Marsigni, et Burii sermone cultuque Suevos referunt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua, coarguit, non esse Germanos, et quod tributa patiuntur. Partem tributorum[t] Sarmatæ,[u] partem Quadi, ut alienigenis,[v] imponunt. Gothini, quo magis pudeat, et ferrum effodiunt.[w] Omnesque

*et Quados ambiunt; inter quos Marsigni, et Burii lingua et habitu Suevis similes sunt. Gallicus sermo convincit Gothinos, et Pannonica Osos, non esse Germanos; et quia vectigalia tolerant. Partem vectigalium Sarmatæ, partem Quadi, ut alienigenis, imperant. Gothini, quod majus flagitium est, etiam ferrum investigant.*

*Gothunni;* de quibus vide eruditum Spener, 'Notitia Germaniæ antiquæ,' Vol. v. p. 107. *Brotier.*—3 Ptolemæo, II. 11. Βοῦροι. Dioni, LXVIII. p. 772. Βοῦῤῥοι. Inde forte Groslotius tentabat, *Buri: ii terga Marcomanno-*

NOTÆ

populi Germaniæ magnæ ad Viadrum fluvium: hodie pars ducatus *Silesiæ* versus septentrionem, in regno Bohemiæ late sumto. *Tillemon.*

[r] *Gothini*] Populi Germaniæ ad Viadrum fluvium: hodie pars media ducatus *Silesiæ*, et omnis comitatus *Glatz*, in regno Bohemiæ late sumto. *Tillemon.*

[s] *Burii*] Ab eadem origine sunt *Buringi* in veteri diplomate Caroli Crassi, a Frehero vulgato: dicebant enim Germani hoc *Bur*, sive *Baver*, et *Buringer*. *Etelingi*, *Frelingi*, qui vulgo *Etlen*, *Freien*. Ex Ptolemæo colligas Burios ad ripam Vistulæ habitasse, forte ubi nunc Varsavia.

De his et aliis, nec Tacito, ut puto, cognitis, Capitolinus: 'Gentes omnes Illyrici a limite usque in Galliam conspiraverant, ut Marcomanni, Narisci, Hermunduri, Quadi, Suevi, Sarmatæ, Burii. Hi aliique cum Victobalis, Sosibes, Roxalani, Bastarnæ, Alani, Beucini, Costoboci.' *Colerus.*

*Burii*] Populi Germaniæ ad Vistulam fluvium: hodie pars meridionalior ducatus *Silesiæ*, in statu Bohemiæ. *Tillemon.*

[t] *Partem tributorum*] Qui alienigenæ erant, obtinuere has sedes agrosque; ea conditione, ut priscis dominis aliquod tributum penderent. Nec etiam meliores agros coluere, sed *pauca campestrium*, et sylvas, et verticem montium, velut servi aliorum, et fere quasi damnati ad metalla.

[u] *Sarmatæ*] Vel potius Germano-Sarmatæ, populi inter Germaniam magnam et Sarmatiam Europæam, &c. Hodie pars maxima status regni *Poloniæ*, pars quædam regni Sueciæ, *Suède*, ad mare Balthicum, et pars imperii *Turcici Europæi*, ad septentrionem Danubii fluvii. Vide infra cap. 46. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[v] *Ut alienigenis*] Nam si fuissent illi indigenæ, seu Sarmatæ seu Germani, neutri populares, ipsis tributa imperarent: quia tales populi tributis non contemnuntur, quippe gloriæ armorum et libertatis pervicacissimi. Sed illi alienigenæ, tributum terræ sibi concessæ ultro exsolvebant.

[w] *Ferrum effodiunt*] Metalla exercent, quia pauca ipsis arva, modica *campestria*, et quia sylvas et montes ipsi insederant, in quibus specus et venæ ferri.

hi populi pauca campestrium, ceterum saltus et vertices montium jugumque,[4x] insederunt. Dirimit enim[y] scinditque Sueviam continuum montium[z] jugum, ultra quod plurimæ gentes agunt: ex quibus latissime patet Lygiorum[5a] nomen in plures civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet, Arios,[6b] Helveconas,[7c] Manimos,[8d] Elysios,[9e] Nahar-

*Omnesque hæ gentes paucos agros occupavere, ceterum sylvas, et culmina montium fastigiumque* obtinent. *Separat enim dirimitque Sueviam perpetuum montium jugum, ultra quod multi populi habitant: ex quibus in immensum porrigitur Lygiorum gens, in plures nationes distributa. Potentissimas memorasse satis erit, Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Naharvalos. Apud Naharvalos vetustæ superstitionis*

*rum, &c.* Cod. Kapp. habet quoque, *Burii.* Idem.—4 Ms. Arundel. *jugaque.* A Ms. Turic. abest, *montium.*—5 Mss. Vatic. 1862. et 2964. et Puteolanus, *Legiorum.* Ms. Vatic. 1518. *Leugiorum.* Ms. Vatic. 4498. *Vegiorum.* Dioni, LXVII. p. 761. Λύγιοι. Unde Beroaldus, *Lygiorum.* Ptolemæo, II. 11. Λοῦγοι.—6 Mss. omnes Vatic. *Harios.*—7 Ms. Vatic. 1518. *Eluheconas.* Ms. Vatic. 1862. *Helvetonas.* Ms. Vatic. 2964. *Helvectonas.* Ms. Vatic. 4498. *Helvectoras.* Ptolemæo, II. 11. Αἰλουαίωνες.—8 Ita omnes Mss. Vatic. Iidem videntur, qui Ptolemæo, II. 11. dicuntur Ὀμανοί. In Cod. Kapp. *Mammos.*—9 Mss. Vatic. *Helysios;* præter Ms. Vatic. 2964. qui habet,

NOTÆ

[x] *Jugumque*] Putant τὸ *jugumque* huc intrusum ex sequentibus.

[y] *Dirimit enim*] Id est, Perpetui montes separant scinduntque Sueviam mediam, et velut in duas partes secant illam. Sed prorsus a Suevia dividunt eos, quos describit ultra, nempe Lygios, aliosque populos, qui non sunt ejusdem nationis Suevorum.

[z] *Montium*] Asciburgius, mons Lygiorum gentis, in Germania: hodie montes Silesiæ ducatus, et regni Poloniæ proprie dicti. *Tillemon.*

[a] *Lygiorum*] Lygii, vel Lugii, gens Germaniæ magnæ, ad Vistulam fluvium: hodie *Polonia inferior* vel *major*, et pars *Poloniæ superioris* vel *minoris*, inter Vistulam fluvium et amnem Pilczam; in regno Poloniæ proprie dicto. *Tillemon.*

[b] *Arios*] Arii, quos et *Arudos* nominavere, sedibus suis, ob societatem et amicitiam Romanorum ejecti a Francis, oram maritimam Belgicæ occupavere. Nuncupati autem sunt a vicinis, corruptius etiam quam ante, *Armorici* seu *Armorichi*, pro *Ariorichi.* Colerus.

*Arios*] Lygii Arii, populi Lygiorum gentis ad Vistulam fluvium, in Germania: hodie palatinatus *Ploczko*, *Brzestye*, et *Inouvloc* seu *Wladislaw*, in Polonia inferiore, ad septentrionem et orientem: ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[c] *Helveconas*] Ego probem magis, *Elvingonas;* a quibus *Elvingam* nobilissimam Prussorum civitatem dictam existimare possimus. Plinius *Hillevi-ones* appellavit libro IV. *Colerus.*

*Helveconas*] Lygii Helvæones, populi Lygiorum gentis, inter Viadrum et Vistulam fluvios, in Germania: hodie palatinatus *Posna* et *Kalish*, in Polonia inferiore. *Tillemon.*

[d] *Manimos*] Lygii Omanimi, populi Lygiorum gentis ad Vistulam fluvium, in Germania: hodie palatinatus *Lencici* et *Sirat*, in Polonia inferiore ad meridiem. *Tillemon.*

[e] *Elysios*] In *Elysios* docti viri con-

valos.[10 f] Apud Naharvalos antiquæ religionis lucus ostenditur. Præsidet Sacerdos muliebri ornatu:[g] sed Deos, interpretatione Romana,[11 h] ‘ Castorem Pollucemque’[i] memorant.

*nemus monstratur.* Sacris *præest sacerdos fœmineo cultu, sed Deos, ut interpretantur Romani,* Castorem Pollucemque *celebrant. Id Numen vocatur* Alcis. *Nullæ*

*Aliskoskas.*—10 Ita Ms. Vatic. 2964. In ceteris Mss. Vatic. *Nahanarvalos.* Sed mox in Ms. Vatic. 1518. *Nacharvalos.* Sic Cod. Kapp. et Puteolanus habent primum, *Nahanarvalos:* mox, *Naharvalos.*—11 Ita Mss. et veteres ac

NOTÆ

sentiunt, faciuntque *Silesios.* Sed hoc vocabulum recenter fictum, nec satis ad primigeniam illius gentis appellationem idoneum.

In Annalibus Fuldensibus *Sorabos* et *Siuslos* conjunctos invenias. Alibi etiam *Linones* et *Siuslos:* quæ posterior vox Taciti, *Elysios* significat. *Colerus.*

*Elysios*] Lygii Elysii, populi Lygiorum gentis ad Vistulam fluvium, in Germania: hodie pars septentrionalis palatinatus *Kracow,* in Polonia superiore. *Tillemon.*

[f] *Naharvalos*] *Maharvanis* ego locum hic dederim. Postea iidem varie appellati, *Maravani* in Annalibus Ludovici; *Marahabitæ,* in Annalibus Fuldensibus. Apud nonnullos etiam recentiores, *Marahenses* et *Margenses.* Colerus.

*Naharvalos*] Lygii Naharvali, populi Lygiorum gentis ad Vistulam fluvium in Germania: hodie pars septentrionalis palatinatus *Sendomirie,* in Polonia superiore. *Tillemon.*

[g] *Muliebri ornatu*] Sacerdos demissa ad talos veste, et *muliebri ornatu,* non tamen mulier, sed vir fuit.

[h] *Interpretatione Rom.*] Bene *interpretatione Rom.* Nam Romani, quemadmodum et Græci, ex suo more omnia interpretari, et ad suos ritus trahere volebant; Germani forte neque audierant, si fuissent unquam Castor et Pollux; sed quia ut fratres, ut juvenes Deos ipsi colebant, statim Romani interpretantur ex suo ingenio, numen Castoris et Pollucis; quamvis aliter vocarent Germani, nempe *Alcis,* et nunquam cogitassent de Græcis illis Diis: nam ‘ nulla simulacra’ ibi; ‘ nullum peregrinæ superstitionis vestigium.’ Sed id sic intelligere et interpretari placuit extraneis, propter similitudinem superstitionis.

[i] *Castorem Pollucemque*] Mela libro I. ‘ In Heniochorum finibus Dioscurias, a Castore et Polluce Pontum cum Jasone ingressis.’ Fortassis sacrum peregrinum a Sarmatis aut Scythis accepere nostri. *Colerus.* Improbare videtur Tacitus, qui nullum peregrinitatis vestigium agnoscit.

*Sed Deos interpretatione Romana Castorem*] Ibi non de nihilo est, quod *interpretatione* dicat. Neque enim Germani habuere nomina *Castoris* et *Pollucis.* Sed Romani, cum vellent colere quicquid Deorum esset, in cultu Numinis barbarici considerabant, cui ex Diis suis is cultus maxime conveniret: atque inde hoc Numen, *Jovem* aut *Neptunum;* illud, *Junonem* aut *Cererem,* aliud, *Herculem* aut *Martem, &c.* interpretabantur. Forte parum vere hic Dioscuros intellexerunt. Nam quid si per duo hæc Numina intellexerint Germani, principium unum boni, alterum mali?

Ea vis numini: nomen *Alcis*. Nulla simulacra, nullum peregrinæ superstitionis vestigium: ut fratres tamen, ut juvenes, venerantur. Ceterum Arii super vires, quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, insitæ

*imagines, nullum externæ religionis documentum: ut fratres tamen* eos, *ut adolescentes, colunt. Ceterum Arii præter opes, quibus superant memoratas paulo antea gentes, truculenti, ingenitam* sibi *sævitiam arte et occasione temporum, quasi fuco*

recentiores editiones. Male Rhenanus, *Romani*.

NOTÆ

quæ vetustissimorum apud gentes Theologorum et Legislatorum opinio fuit, ut Plutarchus clare tradit libro de Iside et Osiride; quam sententiam amplexi erant Slavi cis Vistulam ex parte siti. Auctor Helmoldus lib. I. Chron. Slavorum cap. 53. 'Sub nomine Deorum, boni scilicet atque mali, omnem prosperam fortunam a bono Deo, adversam a malo dirigi profitentur.' Vel certe possunt capi Dii illi, qui Romanis *Cœlus* et *Tellumo;* puta, Cœli et Terræ Deus. Vel quia Dioscuri isti a Diodoro Celtis maris accolis tribuuntur, quid si fuerint Romanorum *Jupiter* et *Neptunus?* fratres quippe hi et juvenes, neque enim senescit eorum natura. Vel, quid si frater sororque signentur, sive Cœlum et Terra, sive Sol et Luna? *Vossius de Idol.* Si sciremus nunc, quali honore et ritu culti sint duo *juvenes* illi, quibus votis, et ob quas res rogati et adorati sint a veteribus Germanis, penitius nosceremus, quali Numini Romano id nomen aut sacrum convenire potuit. Cum tamen auctor sit Diodorus, fuisse cultos *Dioscuros* a Celtis maris accolis, verisimile est præfuisse Numen hoc mari et navigationi, ut Castorem et Pollucem. Sed repugnare Tacitus videtur, cum dicit, hic 'nullum peregrinæ superstitionis vestigium esse;' quod tamen sacrum advectitium et peregrinum videbitur, si præsidet hoc Numen mari, exemplo Castoris et Pollucis, apud Græcos et Romanos. Innuit Tac. *peregrinum* videri ritum tantum, quia scil. 'ut fratres tamen eos, ut juvenes' venerantur; nihil addit de mari. Potius, tamen standum Diodori historiæ et Taciti interpretationi, quam novis commentis; et Tacitus interpretatur hosce Deos quasi Castores, non Jovem aut Neptunum, non Solem et Lunam, &c.

Quid si juvenes illi *Dusii* fuerunt, Dii scil. nemorum et sylvarum, de quibus Hincmarus ubi de Divortio Lotharii p. 634.? 'Quædam etiam fœminæ a Dusiis in specie virorum, quorum amore ardebant, concubitum pertulisse inventæ sunt.' Papias: 'Dusios nominant, quos Romani Faunos ficarios vocant.' Hi sunt, inquit Thomas Cantipratensis l. II. c. 57. num. 17. 'quibus Prussiæ gentiles sylvas æstimant consecratas, et eas incidere non audentes, nunquam ingrediuntur easdem, nisi cum Diis suis voluerint immolare,' &c.

*Castorem Pollucemque*] Aiunt Polonos habuisse Deos animales, Castorem et Pollucem: eos vocitatos *Letum* et *Poletum:* et cultus eorum superesse vestigia; hodieque in symposiis Polonicis; ubi vulgo *Letus* et *Poletus* soleat inclamari. Vellem rationem addidissent, cur *Letum* et *Pole-*

feritati arte ac tempore lenocinantur.[j] Nigra scuta,[k] tincta corpora:[l] atras ad prælia noctes[m] legunt: ipsaque formidine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum: nam primi in omnibus præliis oculi vincuntur. Trans Lygios

*et lenocinio quodam adjuvant augentque. Atri clypei,* nigro colore *illita corpora: obscuras ad certamina noctes eligunt: ipsoque pavore, atque imagine feralis agminis, formidinem incutiunt, nullo hostium ferente inusitatam ac veluti tartaream aciem: quippe primi in omnibus certaminibus oculi exterrentur. Ultra Lygios Gothones*

NOTÆ

*tum* interpretati sint *Dioscuros.* Num quia Dii gemini, et affinia videntur vocabula, *Poletus* et *Pollux?* Sed hæc frivola. Si tamen vere hoc numen explicuere per Castorem et Pollucem, id acceperint a Græcis Istri accolis: quomodo a Græcis istis ara Alexandri Magni ad Borysthenem, et a Romanis ibidem Augusto constituta est; teste Ammiano l. XXII. *Vossius lib.* I. *de Idol.*

[j] *Insitæ feritati .... lenocinantur*] Non abblandiuntur, ut vertunt, neque demulcent, aut leniunt, hac arte, feritatem sibi a natura insitam; immo hac arte, eoque terrore ascititio, juvant augentque magis insitam feritatem.

*Arte et tempore lenocinantur*] Sic Hist. l. v. 22. 'Electa nox atra nubibus ... cædes astu adjuta.'

[k] *Nigra scuta*] Id insigne ac proprium ipsis; nam alii Germani 'lectissimis coloribus distinguebant.'

*Nigra scuta*] Quod nihil pertinet ad id, quod supra habet: 'scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt:' quod idem expressit Lucanus lib. I. 'Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.' Sic jam olim Græci arma deaurabant, et purpura ad aurum admixta variegabant: quod de Nicia notat Plutarchus.

Sicque non solum colores adpicti, sed et intexti armis erant. Forte scuta illa Germanica fuere ancipitis formæ et trigonæ, ut et veterum Gallorum ac Francorum. *Rugii* tamen et Lemovii *rotunda scuta* gestavere.

[l] *Tincta corpora*] Fusco aut nigro colore faciem illinebant, ut hæc quoque furvæ nocti æquaretur. Diodorus quoque de quibusdam Germanorum pueris scribit, eos colore candido nitere: at postquam ex ephebis excesserint, belloque habiles habeantur, patrium induere colorem: quem colorem, nisi nigricantem illum?

Sidonius: 'Hic glaucis Herulus genis vagatur, Algoso prope concolor profundo.'

Cæsar de Britannis l.v. de bell. Gall.

Plinius XXII. 1. 'Illinunt certe aliis aliæ faciem in populis Barbarorum fœminæ; maresque etiam apud Dacos Sarmatasque corpora sua inscribunt.' *Colerus.*

[m] *Ad prælia noctes*] Num hi, qui postea *Abotriti* dicti? Huc ducit ipsa nominis ratio. Germanice enim *Abentritter*, est eques vespertinus sive nocturnus. *Colerus.*

[n] *Trans Lygios Gotones regnantur*] Plinio, Saxoni, et aliis, *Guttones:* pars eorum, terras Vandalorum occupaverat, expulsis inde Francis, ut scribit Jornandes. Sed antea quoque sæpius, Danubio superato, in Romanas

**Gotones regnantur,**[12 n] paulo jam adductius,[13 o] quam ceteræ[14] Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii,[p] et Lemovii:[q] omniumque

*regibus inserviunt, paulo jam strictius, quam alii Germanorum populi, salva tamen adhuc libertate. Postea statim ab Oceano Rugii* adsunt, *et Lemovii: omniumque*

12 Ita Ms. Vatic. 4498. Rhenanus, et post eum editiones quam plurimæ. Habent quidem Mss. Vatic. 1518. 1862. et 2964. et Arund. ut et veteres ediliones atque Ernestus, *regnant*. At placet magis, *regnantur*. Sic dictum supra Hist. I. 16. 'In ceteris gentibus quæ regnantur, certa dominorum domus, et ceteri servi.' *Brotier*.—13 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Rhenanus aliique pauci, *addictius*. Idem.—14 Ms. Turic. *exteræ*.

NOTÆ

terras impetum fecerant, puta, in Daciam, Illyricum, vel Pannonias ipsas. Et de iis, opinor, Lentuli victoria et triumphus, de quo Tacitus. *Colerus*.

*Regnantur*, inquit, non *regnant: adductius*, id est, adductioribus habenis, minori specie libertatis, et majore solutioreque potestate regia. *Gronovius*.

*Gothones*] Hi scriptoribus posteriorum sæculorum *Gothi*. *Getarum* autem proprie gens alia. De originibus Gothorum Jornandes; at certius 2. Hod. 3. exponit Cl. Olearius. *Kirchmaier*.

*Gothones*] Guthones, populi Germaniæ ad Vistulam fluvium, et ad sinum Venedicum: hodie pars occidentalis ducatus *Prussiæ*, ad sinum *Dantzick*, in statu Poloniæ. *Tillemonius*.

o *Paulo jam adductius*] Sic de Agrippina Claudii, *adductum imperium:* scil. *adductius*, ex parte regnantium; *addictius* ex parte subditorum regnum fuit.

p *Rugii*] Fuere hi olim strenui Milesii proximi Quadis: fuere genera eorum *Etelrugi* et *Turcilingi*. Sed hi a Theodorico, quem nostri Bernensem vocant, penitus absumti. Rex eorum erat tunc Ottocarus; hodie parvam insulam colunt Rugii, non ita pridem ad eam fortunam redacti.

Helmoldus l. I. 'Altera insula longe major est, contra Wiltzos posita, quam incolunt Rani, qui et Rugiani; gens fortissima Sclavorum, qui soli regem habent.' Vox *Rugiorum* est Germanica et significat *quietos*. Nam *Ruga* quies est. Hinc Cedrenus et Zonaras emeritorum stipendia, quietæque vitæ subsidia, appellarunt Ῥωγάς. Sic et Nicetas Choniates cohortem *Rousam* vocat. *Kirchm*.

*Rugii*] Rugii, vel Ruticlii, populi Germaniæ magnæ ad mare Suevicum: hodie pars ducatuum *Cassubiæ* et *Wandaliæ* in Pomerania ad orientem, et in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemon*.

q *Lemovii*] Vocabuli notio, *limosa* regio. *Lemen* enim Germani *lutum* sive *limum* vocant. Nescio tamen, an non sint *Linones* Helmoldi, vel potius *Luinones*, quod et propius Taciti scripturam.

Scribit Helmoldus: 'Porro illi Sclavi sunt dicti Livi, sive Linoges.' Annales Fuldenses: 'Carolus cum exercitu, Saxoniam ingenti populatione vastando, pervenit usque ad locum quem vocant Livni:' ubi lego: *Luini*. Et fortasse ipsum *Luineburgum* innuitur. Liuonum appellatio,

harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, et erga Reges obsequium.

44. Suionum hinc civitates, ipso[1] in Oceano,[r] præter viros armaque classibus valent: forma navium eo differt, quod utrimque prora paratam semper appulsui frontem agit:[s] nec velis ministrant,[2][t] nec remos in ordinem lateribus adjungunt. Solutum,[u] ut in quibusdam fluminum, et mutabile, ut res

*horum populorum notabile*, et quo ab aliis differant, sunt *rotundi clypei, breves enses, et* quia *regibus parent.*

*Dein nationes Sujonum, in ipso Oceano, præter viros et arma navibus pollent: species navigiorum in eo discrepat* a nostris, *quod ex utraque parte proram habeant, et possint utrimque ad littus appelli: nec velis juvantur, nec remis in ordinem ad latera compositis. Liberi, ut in nonnullis amnibus, remi ac remiges, et* hi *mutabiles*

1 Sic bene Mss. Vatic. 1518. 4498. Rhenanus et recentiores. In Mss. Vatic. 1862. 2964. Cod. Kapp. *ipsæ in Oceanum.* Puteolanus, *ipsæ in Oceano.* Brotier.—2 Bipont. *ministrant.*

## NOTÆ

sive Linoviorum, Latina æque ac Germanica est; et significat, illos populos præter ceteros lini culturæ deditos fuisse. *Colerus.*

Lemoviorum spatia constituunt magnam *Cassubiæ* partem, et *Pomeraniæ* portionem, juxta oppida, *Lewenburg, Stolpen, Colberg*, &c. Lemovios ipsos Herulos, perpetuos et Rugiorum asseclas fuisse, sententia Cluveriana docet. *Kirchmaier.*

*Lemovii*] Populi Germaniæ magnæ ad Suevicum mare: hodie dominia *Louvenborch* et *Butou*, et pars ducatus *Wandaliæ*, in Pomerania, ad orientem, et in circulo Saxoniæ superioris. *Tillemonius.*

[r] *Suionum hinc civitates, ipso in Oceano*] Forte melius legatur, *Suionum hinc civitates sitæ in Oceano.* Eginhardus, in vita Caroli Magni, *Sueones* recentiori vocabulo *Nortmannos* ostendit appellari, cum ait, 'sinus quidam ab Oceano Orientem versus porrigitur, longitudinis quidem incompertæ, latitudinis vero quæ nusquam centum millia passuum excedat, cum in multis locis contractior inveniatur: hunc multæ circumsident nationes. Dani siquidem et Sueones, quos Nortmannos vocamus, et septentrionale littus, et omnes in eo insulas tenent.' *Rhenanus.*

*Suionum*] *Suetos* et *Suetiam* solet appellare Saxo Grammaticus. *Coler.*

*Suionum*] Suiones, populi Suevorum gentis in Basilia, vel Scandia peninsula Germaniæ magnæ: hodie Suecia, *Suède*, proprie dicta, in regno Sueciæ, atque præfecturæ *Bahus* et *Aggerhus*, in regno Norwegiæ ad meridiem. *Tillemon.*

[s] *Frontem agit*] Quacumque parte appellat navis, frontem obvertit in ripam, aut in hostem: a fronte aggredi adversam aciem *utrimque*, et semper parata est.

[t] *Nec velis ministrant*] Sic melius quam *ministrantur*. Virgilianum est, 'Velisque ministrant.' *Lipsius.*

Non necesse est, talia stricte æmulari Cornelium. Utrumque recte dici potuit.

[u] *Solutum*] Remi non sunt annexi

poscit, hinc vel illinc[3] remigium.[v] Est apud illos et opibus honos:[4] eoque unus imperitat, nullis jam exceptionibus,[w] non precario jure parendi.[x] Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in[5] promiscuo,[y] sed clausa sub custode[z] et qui-

*hinc vel illinc, ut res postulat. Est apud illos* etiam *et divitiis decus: ideoque unus regnat, omni jam exceptione potentior, nec precaria licentia obsequendi. Nec arma, ut ceteris Germanis, in communi* usu, *sed clausa ac mandata curæ custodis, et qui-*

3 Cod. Kapp. *Hinc vel hinc.*—4 Mallet Cl. de la Bleterie, *est et apud illos opibus honor.*—5 Sic bene recentiores. In Ms. Turic. et veteribus editionibus, *neque promiscuo.* Muretus delebat, *neque.* Brotier.

NOTÆ

aut alligati navibus, vinculo aliquo, ita ut dissolvi, et statim moveri in aliam partem non possint: hinc remi remigiumque totum statim facile mutatur, pro libito, et necessitate temporum; ita ut facile flectant nautæ brachia et remos in utramque partem, *prout res poscit*, vel ad dextram, vel ad sinistram; ita ut facile appellant, lacessantque hostem ex omni parte, immutata fere navi, remigio tantisper mutato, et fere immoto remige.

[v] *Mutabile, ut res poscit, hinc vel illinc remigium*] Intellige remos et remiges, qui facile transferuntur a prora ad puppim: vel, vice versa, modo huc, modo illuc transferuntur. Vel, qui facile appellunt utrimque, ut res exigit. An mutant locum remiges, an mutant tantum ordinem et modum remigandi? an ipsi immoti, aliter tantum movent remos, prout appellere volunt?

[w] *Nullis jam exceptionibus*] Ita princeps imperitat, et tam summa absolutaque voluntate, ut nullis limitibus seu exceptionibus restringatur regia auctoritas, ut nullus parentium subjectorumque intercessioni locus sit.

*Nullis jam exceptionibus*] Quo eos distinguit a ceteris Germanis, qui *precario jure parent;* et regnantur fere in quantum volunt. De quibus supra c. 7. Nec regibus 'infinita aut libera potestas; et duces exemplo potius, quam imperio ... si ante aciem agant, admiratione præsunt.'

[x] *Precario jure parendi*] Hæc reciproca sunt, *precarium imperium*, et precarium obsequium, seu *precarium jus parendi;* et valet consequentia ab uno ad aliud: ut imperium regum est, ita et obsequium populorum. At nihil precarium eo loci.

[y] *In promiscuo*] In medio, ita ut omnibus gestare arma, et habere domi liceat.

[z] *Clausa sub custode*] Ceteri Germaniæ populi singuli sua arma promiscue habebant. Sueones in publico armamentario condebant: quæ ratio? quia securiores adversus hostiles invasiones, ob maris munimenta. Eam causam esse puto, ut armamentaria ab iis primum instituta fuerint, qui maris imperio pollebant. Sic olim Athenienses; sic et hodie Veneti. *Colerus.*

*Clausa*] Quia populi isti non indigent armis, quibus repentinos hostium incursus propellant; et quia *otiosa armatorum manus facile lasciviunt;* et sic promtiores sunt ad res novas; ideoque sub servo clausa sunt arma; quia, scil. non expedit regi, nobilem

dem servo:[a] quia subitos hostium incursus prohibet Oceanus, otiosæ[6] porro armatorum manus[b] facile lasciviunt: enimvero neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem, armis præponere Regia utilitas est.

45. Trans Suionas aliud mare, pigrum[c] ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides; quod extremus cadentis jam solis fulgor[d] in ortus edurat[e] adeo

*dem servi: quia repentinas hostium irruptiones arcet Oceanus. Ceterum otiosæ manus armatorum ultro in licentiam pronæ sunt; et neque regi expedit, præficere armorum custodiæ* virum *nobilem, neque ingenuum; et ne libertinum quidem.*

*Ultra Suionas* est *aliud pelagus, iners, segne, ac fere immobile, quo ambiri et claudi universum orbem hinc persuasio* est; *quod ultimus occidentis jam solis splen-*

6 Male in veteribus editionibus, *otiosa*. Brotier.

NOTÆ

aliquem aut præpotentem tali curæ imponere, ac 'ne libertinum quidem armis præponere, regia utilitas est.'

*Sub custode*] *Armorum custos* dictus videtur non tam is, cui armamentarii, quod ὁπλοφυλάκιον appellat Joannes Cananus pag. 191. quam is, cui armorum in castris servandorum cura incumbebat. In vett. inscript. apud Gruter. 518. 5. 546. 9. 569. 7. habebant singulæ legiones suos armorum custodes. 568. 11.

[a] *Et quidem servo*] Cum apud Romanos soli militiæ gradu honoratiores id munus gererent. Ii *custodes armorum* dicebantur; ut l. XIV. ff. de Re Milit. *Coler.*

[b] *Otiosæ porro armatorum manus*] Non de copiis ordinariis militaribusque agminibus id præcise intelligendum, sed de omni *otiosa* plebe, cui permissa sint vulgo arma; cui arma sint ad manum, ut apud alios Germanos; quibus gestare arma omni tempore et loco licuit. Nam *otiosa* etiam plebecula, cujus manus armatæ sint; quæ scil. arma pro libito lateri accingit, facile in rixas et discordias lascivit, pacemque turbat, aut novatores fovet. Unde odia civium, et bella sæpe exitiabilia in principem et Rempublicam.

[c] *Mare, pigrum*] Pars Oceani septentrionalis, alluit oram Baltiæ vel Scandiæ peninsulæ: hodie pars *maris Norwegici*, vel de *Noord-zee*, irrigat littora septentrionaliora regni Norwegiæ. *Tillemonius.*

[d] *Cadentis jam solis fulgor*] Illuc usque natura: hic sol cursum sistit. Hinc fides hujus rei et persuasio, quia ibi durat fulgor solis clarus, usque dum oriatur rursus: si sol ulterius occideret, fulgor ille comes solis vanesceret ex oculis hominum hic degentium, nec semper eduraret, quod experientiæ repugnat.

[e] *In ortus edurat*] Saxo Grammaticus de Norwegia: 'In cujus parte extima, ne noctu quidem diurnum sidus occulitur, ita ut continui solis præsentia, alternos horarum dedignata successus, utrique tempori, pari luminis administratione, deserviat.' Intelligit idem cum Tacito cœli marisve spatium. *Colerus.*

*In ortum* (sic forte melius,) extre-

clarus, ut sidera hebetet;[f] sonum insuper[1] audiri,[g] formas-

*dor* usque *in ortum perseverat, adeo lucidus, ut astra obscuret; adjungit fama, præ-*

1 Brotierus cum Ryckio et Gronovio habent *insuper emergentis*. Ita Rhenanus e Cod. Kapp. A Ms. Turic. et editionibus veteribus abest, *emergentis:* unde forte redundat. Emendabat Lipsius, *se mergentis*. Propius ad veterum scripturam, *immergentis:* scribebant enim librarii, *imergentis*. Porro stridentem Solem passim exhibent poëtæ, cum in Oceanum immergitur, nunquam

NOTÆ

mus cadentis solis fulgor edurare clarus dicitur: quo enim propius polo clima, hoc longiores stato tempore vel dies aliquamdiu, vel noctes esse oportere, et ratio loquitur, et experientia: sic, ut directe suppolares (modo ob immane frigus degere mortales ibi possint) diem in toto anno unicum sex mensibus constantem, noctemque unicam, prout ex signis vel ascendentibus vel descendentibus versatur sol, obtineant. Non mirum igitur hoc contingere, ubi cum vix infra horizontem mersus sol est, jam mox affuturus iterum, relictis, queis sidera stringit, radiis, caliginem facile omnem arcet fugatque. *Kirchmaier.*

In Septentrionali tractu, non tantum juxta veterum hypothesim, sed etiam juxta ipsius rei veritatem, sol circuit, et lambit potius horizontem quam subit, aut infra cadit: quare recte in veteri libro: 'quod extremum radens jam solis fulgor in ortus edurat,' &c. *Vossius.* Vana et falsa ea lectio: non *radit*, sed et *cadit*, solis fulgor. Certe minus in eo tractu cadit, aut cadere videtur, quam in aliis regionibus; sed tamen *cadit*, nec aliter exprimitur solis transitus, seu extremus ille solis fulgor, donec iterum oriatur, et qui *in ortus edurat*. Igitur dum radius *cadentis solis* manet, extremus ejus fulgor edurat, adeo clarus, ut sidera noctis hebetet.

[f] *Ut sidera hebetet*] Quia, scil. solem aut fulgorem solis non abscondit, nec cœlum occupat umbra terræ. Plut. de primo Frigido: 'Poëtæ noctem e terra natam fabulantur, Mathematici, esse umbram terræ argumentantur, officientis soli. Aër enim a terra tenebris offunditur, prout a sole luce completur, ejusque qua patet opacitas, ea noctis est magnitudo, quantum umbra terræ occupat.'

[g] *Sonum insuper emergentis*] Malim, *se mergentis*. Nam hæc persuasio rudis et cascæ plebis fuit, solem, dum in Oceanum cadit, stridorem edere, non aliter quam si ignitum ferrum condatur in aquam. Strabo l. III. 'Tradit Posidonius multos referre, majorem occidere solem in regionibus ad Oceanum positis cum strepitu, et fere stridente pelago; quasi ignis exstingueretur aquis, cum ille incidit in profundum.'

Florus de Decimo Bruto in Hispaniis bellante: 'Non prius signa convertit, quam cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegii metu et horrore, deprehendit.' Juvenalis ab illo ævo: 'Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.' Divus Hieronymus, in Eccles. c. 1. 'Sol ipse, postquam ardentem rotam Oceano tinxerit, per incognitas nobis vias, ad locum, unde exierat, regreditur.' *Lipsius.*

*Sonum insuper emergentis audiri*] Legerim, *se mergentis:* aut potius, *mergentis*. Pichena.

Cum non sit in antiquitus editis

que[h] Deorum[2] et radios capitis aspici, persuasio adjicit.

*terea audiri sonorem exsurgentis* solis, *speciesque Deorum videri, et radios capitis.*

vero cum inde emergit. *Brotier.*—2 Male Heinsius emendabat, *formæque decorum,* aut *decorem:* et intellexit præstantiam ac dignitatem speciei, qua se sol conspiciendum præbeat in ortu. Melius, ac probabiliter, Colerus, cui astipulatur Dureau, *formasque equorum:* T. Faber, *formas equorum.* Ni forte *formas Deorum* de Diis marinis accipias. Sic ferme Juvenalis Sat. XIV. 281. ' Grande operæ pretium est .... Oceani monstra, et juvenes vidisse marinos.' *Oceani monstra* explicat vetus Scholiastes Juvenalis, *Tritones et Nereides.* Idem.

## NOTÆ

vox, *emergentis,* hinc tolli debuit: nam intelligunt tam prope se occidere solem, ut strepitum currus, equorumve hinnitum exaudiant, aliaque. *Gruterus.*

Sicque non stridorem cadentis in Oceanum solis, aut mergentis se pelago, sed tantum *sonum* et strepitum currus, aut fremitum equorum intelligeret Tacitus. Sed verisimile est scripsisse *emergentis,* et allusisse ad opinionem plebeculæ, qua sibi fingebant, cadere solem in sinum Thetidis, et se mergendo excitare stridorem; perinde ut fit, si quando candens ferrum aqua exstinguitur.

Ea species ex visu, aut quasi ex visu nata. Videre sibi videbantur solem se immergentem aut emergentem Oceano, quasi globum ignibus ardentem candentemque, qui immergeretur aquis.

Stridor autem ille, quasi ignis, aut ferri candentis aquis immersi, eadem imaginatione cusus: quia, scil. globus ille igneus immergebatur, aut immergi videbatur Oceano; atque id non posse fieri sine stridore ignis et flammarum imaginabantur. Inania hæc et fabulosa veteribus condonanda.

Sive *se immergat* sol, sive *emergat* aquis, *sonus* hic auditur, et par ratio est. Si stridor fuit immergentis se globi candentis, an jam minus igneus est currus solis, cum emergit aquis? Num equi solis minus tum anhelant et efflant ignem lucemque, quam cum sol occidit? tum horæ, tum radii, et tot formæ Deorum, quasi laborantes in profundo et emergentes conspiciuntur, aut conspici videntur. Non tamen male, *mergentis.*

[h] *Formasque Deorum*] Salva lectio, et mens auctoris paulo altior videtur. Per *Deorum* enim *formas,* spectra Tacitus, et dæmonum apparitiones designavit. Semper enim ista per naturam frigoribus damnata loca, Finniæ, Lappiæ, Norwegiæ, Islandiæ, &c. exercitiis infesta magicis, et dæmoniacis illusionibus fuere. *Kirchmaier.*

Potius de sole sic Tacitus, ob amplitudinem et majestatem sideris, vel ob equos et horas, aliosque Deos Deasque, tanti Numinis comites; aut quia omnes Deos ad solem referebant veteres. Aliter formas inanes illas, et spectra seu phasmata expressisset Tacitus.

Sic habet quippe Tac. l. XIV. 35. ubi de talibus ostentis: ' Visamque speciem in æstuario, &c. dilabente æstu, humanorum corporum effigies relictæ.' Sic et Plin. IX. 5. ' Visum auditumque in quodam specu concha canentem Tritonem, qua noscitur forma.'

*Formasque Deorum*] Sic de Deo in

Illuc usque (et fama vera) tantum natura.[i] Ergo jam dex-

*Huc usque tantum natura* extenditur; *et* hæc *fama certa* est. *Igitur jam dex-*

NOTÆ

plurali veteres locuti, licet de uno intelligerent. Sic ad Germanicum Pedo Albinovanus: 'Dii revocant, rerumque vetant cognoscere finem.' Sic de Deo, sic de Principe, sic de Phœnice, sic et de Sole in plurali loquuntur, quæ tamen singularia sunt, sive ob amplitudinem et reverentiam, sive ex genio linguæ, aut more dicendi.

*Formasque Deorum*] Lego: *Formæque decorum, et radios capitis aspici persuasio adjicit.* Nam omnia hæc de uno dicuntur sole. Alii minus feliciter, *formas equorum:* quanquam enim soli suus assignatur currus quadrijugus a poëtis Græcis ac Romanis, non ideo sequitur, Germanos pari opinione fuisse imbutos. *Heinsius fil.* Correctiones illæ vanæ, et nihil ad rem.

*Formas Deorum*] Omnes Deos ad solem referebat antiquitas: nec mirum quod sic exprimatur Tacito. Macrob. lib. I. Satur. 17. 'Cave existimes, mi Aviene, poëtarum gregem, cum de Diis fabulantur, non ab adytis plerumque philosophiæ semina mutuari. Nam quod omnes pæne Deos duntaxat, qui sub cœlo sunt, ad solem referunt, non vana superstitio, sed ratio divina commendat. Si enim sol (ut veteribus placuit) dux, et moderator est reliquorum luminum, et solus stellis errantibus præstat; ipsarum vero stellarum cursus, ordinem rerum humanarum (ut quibusdam videtur) pro potestate disponunt; vel (ut Plotino constat placuisse) significant; necesse est, ut solem, qui moderatur nostra moderantes, omnium, quæ circa nos geruntur, fateamur auctorem.'

Ascribam paucis, quæ docet idem Macrobius; nempe c. 17. tradit, 'omnes Deos referri ad solem, et quod ex variis Apollinis ostendatur nominibus, ipsum eundem esse Deum, quem solem dicimus.' Et cap. 18. 'Liberum quoque patrem, eum ipsum esse Deum quem solem:' et 19. 'Ne Martis quidem aut Mercurii aliud esse numen, quam solem.' et 20. 'Quin Æsculapium quoque et Salutem, et Herculem, et cum Iside ipsum etiam Serapim, alios quam solem Deos non esse:' et 21. 'Adonim, Attinem, Osirim, et horum aliud non esse quam solem.' Præterea et 'duodecim signa Zodiaci ad naturam solis referri:' et 22. 'Quod Nemesis, Pan, seu Janus, et Saturnus aliud non sint quam sol:' et 24. 'Jovem quoque et Assyriorum Adad, eundem esse quem solem. Tum et Theologorum et Orphei auctoritate, ostendi posse, omnes Deos referri ad solem,' &c.

[i] *Illuc usque (et fama vera) tantum natura*] Vera lectio. Loquitur Tacitus, ut Physicus; sed illius ævi: censebant Oceanum finem rerum, neque ultra naturam (hanc inferam) esse. Avitus declamator: 'Ita est rerum natura: post omnia Oceanus, post Oceanum nihil.' Albutius Alexandrum Magnum compellans: 'Eundem fortuna victoriæ tuæ, quem natura finem facit:' de hoc ipso Oceano.

Fabianus ad eundem, dissuadens tentare Oceanum: 'Sine potius rerum naturam, quam fortunam tuam deficere.' Sic et alii.

Crassuli fuerunt antiqui, nec orbem hunc vere orbem esse satis sciverunt: facit, quod jam nunc de sole in Oceanum lapso dicit. *Lipsius.*

Lego: *illuc usque, si vera fama, tantum natura.* Si verum est, inquit,

tro Suevici maris[j] littore Æstyorum[3] gentes[k] alluuntur: quibus ritus habitusque Suevorum; lingua Britannicæ propior.[l] Matrem Deum[4] venerantur: insigne superstitionis,

*tra Suevici Oceani ripa Æstyos populos allambit: qui cærimonias cultumque Suevorum habent; sermo* eorum *ad Britannicum magis accedit. Matrem Deorum*

—3 Brotierus e Mss. Vatic. scribit *Æstiorum*. In veteribus editionibus, *Estuorum*. In recentioribus, *Æstyorum*.—4 Puteol. et Rhag. *Deam*.—

NOTÆ

illud quod aiunt de stridore radiisque solis, sane sequitur ibi deficere hoc universum, nec ultra protendi. *Grotius.*

Scribe ex eodem libro: *Illuc usque, ut fama, non tamen natura.* Ait Oceano hoc glaciali terminari quidem famam, sed non rerum naturam; illam enim etiam ulterius extendi. *Is. Vossius. Illuc usque et fama,* quæ *vera* sit, et *natura.* Neutra ulterius extenditur. Seu potius: *Illuc usque* (et *fama* hæc *vera* est) *tantum* patescit *natura,* non ultra.

*Illuc usque*] Nihil clarius, ut puto: sic sume et intellige: 'Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem, hinc fides,' &c. *Cingi* et *cludi* hic idem est, ac terminari et finiri; et *fides* hic et *fama* idem est, quia *fides* ex fama, et *fama* ex fide seu persuasione et opinione hominum. Sic igitur capio: Trans Suionas aliud mare pigrum, quo cludi vel finiri terrarum orbem, hinc fides, quod, &c. Illuc usque (et fama vera est) tantum natura, supple, propagatur aut extenditur, non ultra. Nam ultra Oceanum jam nihil existere putabant. Plin. xxx. 1. 'In arte [Magica] Oceanum quoque transgressa, et ad naturæ inane pervecta.' Sic et Tac. Ann. lib. II. 24. 'Ita vasto et profundo, ut credatur novissimum ac sine terris mare.'

[j] *Suevici maris*] Mare Suevicum et sinus Codanus, pars Oceani occidentalis vel septentrionalis, alluit partem Germaniæ magnæ, Germano-Sarmatiæ, et Sarmatiæ Europææ: hodie vocatur *Oost-zee* ab Allemanis et *Mer Baltique* a Francis. Est inter regna Daniæ, Sueciæ, et Poloniæ, et inter imperia Allemaniæ et Moscoviæ. *Tillemonius.*

[k] *Æstyorum gentes*] Putaverim, *Æstyos* esse, qui Eginhardo *Aisti,* citato loco, dicuntur. Nam ipse pergens in narratione: 'At littus australe Sclavi, et Aisti, et aliæ diversæ incolunt nationes.' *Rhenanus.*

*Æstyorum gentes*] Nunc vulgo *la Prusse.* Similes erant Suevis ritu habituque, lingua vero Britannis similes.

*Æstyorum*] Æstiæi late sumti, populi Germano-Sarmatiæ regionis ad mare Suevicum: hodie pars orientalis *Prussiæ,* atque *Samogitia* et *Curlandia* provinciæ integræ, in statu regni Poloniæ. His addenda *Livonia,* provincia regni Sueciæ. Æstiæi proprie dicti sunt populi supra dictarum gentium: hodie *Prussia Ducalis,* et pars *Prussiæ Regiæ,* in statu regni Poloniæ, ad mare Balticum, ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[l] *Lingua Britannicæ propior*] Fuit autem Britannica haud multum diversa a Gallica, ut Tacitus in Agricolæ vita scribit. *Colerus.*

*Britanniæ*] Britannia major, insularum Britannicarum maxima, in Oceano occidentali: hodie vocamus,

formas aprorum[m] gestant. Id pro armis omnique[5] tutela:[n] securum Deæ cultorem[o] etiam inter hostes præstat. Rarus ferri, frequens fustium usus.[p] Frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia,[q] laborant. Sed et mare scrutantur, ac soli omnium succinum,[r] quod

*colunt: insigne religionis, effigies Aprorum ferunt. Id pro armis, et loco omnium id præsidium:* ea forma *adoratorem Deæ etiam protegit inter hostium tela. Raro gladiis utuntur, sæpius sudibus lignisque* præustis. *Triticum aliasque fruges laboriosius colunt, quam pro sueta Germanorum ignavia. Sed etiam pelagus investi-*

5 Sic bene Ernestus et recentiores e Ms. Turic. Sic quoque volebat Lipsius. In veteribus editionibus, *omniumque tutela*. Brotier.

NOTÆ

*Grande Bretagne*, in qua regna Angliæ et Scotiæ. *Tillemonius.*

[m] *Formas aprorum*] Sic cap. 7. 'Effigiesque et signa quædam detracta lucis in prælium ferunt.' Puto fuisse imagines aprorum, quas ferebant in signum suis, et terrorem hostibus, quemadmodum Romani, Leones et Aquilas, ac mox Dracones gestabant.

*Formas aprorum*] Diodorus Sic. lib. VI. 'Quidam in scutis animalium formas æreas paulum eminentes gestant, et ad ornatum, et ad corporis tutelam fabricatas. Ærea galea caput muniunt paulum eminentiore: in qua aut cornua impressa sunt, aut avium, vel quadrupedum effigies sculptæ.'

Idem Diodor. Sicul. Hist. lib. II. 'Ægyptiis mos erat regibus, aut Leonis, aut Tauri, aut Draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoque vero arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguenta. Hæc tum ad decorem spectabant atque ornatum, tum stuporem ac superstitionem quandam aspicientibus injiciebant.'

Idem auctor lib. II. ubi de veteribus Ægyptiis: 'Figuras igitur animalium, quæ nunc colunt, in tabulis pictas, duces eorum in bello tulisse; eaque ex re cognito servatoque, sub quo, quisque militaret, ordine, victoriam consecutos. Igitur visum esse, gratiam his animalibus tanquam victoriæ auctoribus reddi, statutumque, nefas esse, quodpiam eorum, quorum imago delata fuerat, occidi, sed coli potius debere honoreque affici.'

[n] *Omniumque tutela*] Fortasse melius, *omnique tutela*. Lipsius.

*Omniumque tutela*] Intellige, pro omni tutela, non tamen sic lege: scil. id pro armis, et ea loco omnium tutela fuit.

[o] *Securum Deæ cultorem*] Ita vertunt, quasi tutela Numinis, aut illa effigies aprorum, eos inviolatos redderet, ita ut vulnerari ab hostibus non possent. Sed non ea mens Taciti, neque forte veterum illorum Germanorum, ut puto. Insigne illud reddidit eos audaces et strenuos ad prælia, non tamen ita sacros et inviolatos, ut nullum plane periculum adirent.

[p] *Fustium usus*] Nempe sudium, seu lignorum igni duratorum ac præustorum.

[q] *Solita Germanorum inertia*] Sic cap. 14. 'Plus per otium transigunt dediti somno ciboque; fortissimuquisque ac bellicosissimus nihil agens .... ipsi hebent,' &c.

[r] *Succinum*] Hic locus est, quem Cassiodorus indicatum voluit, libro V. epistola 2. 'Hoc succinum, quo-

NOTÆ

dam Cornelio scribente, legitur in interioribus insulis Oceani, ex arboris succo defluens; unde et succinum dicitur, paulatim solis ardore coalescens.' Sed itane contemtim ille de nostro? potius scripsit, *quondam*. Lipsius.

*Soli omnium succinum*] Hodie Borussi, ubi Sambia in littoribus ad Sudaviam, cujus unum latus expositum est Zephyro versus occidentem, et huic continuo adhæret littus Gedanicum et Pomeranicum; alterum versus septentrionem Livonico contiguum. In Sudavico littore, et non ubivis, venas succini sub aquis esse, tametsi tempestatibus ad littus Pomeranicum, Gedanense, Livonicum nonnihil ejus extrudatur, loquitur experientia.

Non negandum tamen ad quædam Hispaniæ Britanniæque littora lectum fuisse, et adhuc quandoque legi succinum; sed ignobile, quodque vix nomen præ illo vero mereatur.

In littoribus Indiæ nonnullis etiam reperiri Plinius XXXVII. 3. auctor est. Adde quod in mediterraneis quibusdam locis, ubi lacus et paludes, arenosis, etiam frusta succini inventa sint, ut et in solo urbis Witebergensis. Modum succini legendi intra vada atque tempestates, descripsit Jo. Wigandus.

Ex Herodoto patet jam ante 2000. annorum constitisse Græcis fluvium in extrema Europa ad septentrionem esse, quem Eridanum barbari appellent, (*Raddune* vel *Radaune* dicere debebat) ubi succinum legatur. *Kirchmaier*.

Fluvius *Raddune* haud procul a *Vistula* oritur, et se in hunc amnem exonerat: ex *Radunæ* nomine effictum antiquis *Eridanum* putant viri docti.

*Succinum*] De quo sic Plin. hist. natur. XXXVII. 3. 'Certum est gigni in insulis septentrionalis Oceani, et a Germanis appellari Glessum: itaque et a nostris unam insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austraviam a barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore autumnali. Cum intumescens æstus rapuit, ex insulis certe in littora expellitur, ita volubile, ut pendere videatur, atque considere in vado: quod arboris succum esse prisci nostri credidere, ob id succinum appellantes. Pineæ autem arboris esse, indicio est pineus ex attritu odor, et quod accensum, tædæ modo ac nidore flagret. Affertur a Germanis in Pannoniam maxime provinciam: inde Veneti primum, quos Græci Henetos vocant, rei famam fecere, proximi Pannoniæ, id accipientes circa mare Hadriaticum. 600. fere millia passuum a Carnuto Pannoniæ abest littus id Germaniæ, ex quo invehitur, percognitum nuper. Vidit enim eques Rom. missus ad id comparandum a Juliano curante gladiatorium munus Neronis principis, qui hæc commercia et littora peragravit, tanta copia invecta, ut retia arcendis feris Podium protegentia, succinis nodarentur; arma vero et libitina, totusque unius diei apparatus esset e succino, &c. Liquidum primo destillare, argumento sunt quædam intus translucentia, ut formicæ, aut culices, lacertæque; quas adhæsisse musteo non est dubium, et inclusas indurescenti, &c.

'Nasci et in India certum est. Archelaus qui regnavit in Cappadocia, illinc pineo cortice inhærente tradit advehi rude, polirique adipe suis

NOTÆ

lactentis incoctum. Murrhinorum et Crystallinorum diximus gratiam: uniones, quod capite circumferuntur, gemmæ digitis; in omnibus denique aliis vitiis ostentatio aut usus placet: in succinis deliciarum tantum conscientia.' Putem quia noctu gestabantur monilia collo, quæ interdiu non ostentata, Plin. 'monilium vice succina gestantibus.' Usus aliquis in medicina, 'sed non ob hoc fœminis Rom. placet:' forte nec omnino gestata matronis splendidissimis, sed tantum inter delicias et opes secretas habita. 'Domitius Nero in ceteris vitæ suæ portentis, capillos quoque conjugis suæ Poppææ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine succina appellando.' Solin. cap. 23. 'Rude primum nascitur, et corticosum; deinde incoctum adipe lactentis suis expolitur, ad quem videmus nitorem. Pro facie habet nomina: melleum dicitur, et falernum; utrumque de similitudine, aut vini, aut utique mellis.' In regione, quæ succinum mittit, resini fere nullæ sunt arbores; at in septentrionalium littorum tractu, bituminis certe genus flavum est, ut nigrum apud nos in Arvernis, ejusque paphtha flava, qualem e Saxonibus afferunt, et Petroleum vocant, ut apud nos atra. Cum ergo fonte suo scaturit bitumen, id molle adhuc et liquidum obvia quæque amplectitur, retinet, includit; fluctu vero lambente, in altum provolutum, maris vertigine ac salsugine temporisque diuturnitate durescit, ut apud nos Pissaphaltum; et jam tum succinum est: sicque concretum in littora ejus scaturigini opposita adversis ventis ejicitur. *Dalecamp.*

*Succinum*] Poëtas hic omittimus, qui succinum lacrymas esse Heliadum, fratrem suum Phaëtonta deplorantium, prodiderunt, cum illud ingeniosum esse commentum nemo non intelligat. Philosophos certe mirari non satis possumus, qui in absurdas non raro sententias abierunt. Primum vero prorsus audiendi non sunt, qui succinum Elephantorum aut piscium semen, Lyncis urinam, vel lacrymas esse dixerunt. Non minus absurdi sunt, qui *succinum* concreti maris purgamentum, vel pinguem Oceani sudorem esse docuerunt: quam sententiam ex recentioribus quoque nonnulli fovent.

Neque fidem apud nos merentur, qui arborum succum esse putant; quanquam neque in designanda arboris specie conveniant, aliis populum, aliis cedrum, aliis alnum hic celebrantibus. Propius ad veritatem accedunt, qui in ipsis terræ visceribus succini originem quærunt. Sed et horum non una est opinio.

Quidam existimant, succinum esse bitumen subterraneum, ex terra scaturiens, in fundo vero maris frigore concretum. Quam sententiam amplectitur Joannes Wigandus Episcopus Pomeraniensis in historia Succini fol. 4. 6. ut et Johan. Aurifaber, Severinus, Goëbelius in libellis de succino Pruss. Athanasius Kircherus bitumen hoc, ex terra in aquam scaturiens, elevari ad superficiem maris; ibique fluctuum impulsu concrescere dicit, in mundo subterraneo, tomo 2. lib. VIII. sect. 3. cap. 3. Sed hanc Kircheri sententiam facile convellere possunt accolæ maris Balthici, qui nunquam id genus materiam aquis marinis supernatare viderunt.

Verissima igitur nobis illa videtur esse sententia, quæ succinum in terra gigni, non molle, sed durum, tenet. Testantur enim hoc evidenter in littore Sudavico venæ succineæ, quas et nos in montibus abruptis vidimus. Testantur item hoc ipsum et alia me-

NOTÆ

diterranea a mari longius recedentia loca, ubi succinum ex terra eruitur. Quod autem etiam ex aqua, nempe in mari Balthico hauritur, aliisque in lacubus et fluminibus aliquando colligitur, illud ita fieri existimo.

Gignitur in terræ visceribus succinum; tempestatibus autem ingentibus mare concitatum terram eluit, succinumque, quod antea terra latebat obrutum, denudat, sicque ad littus propellit. Dici etiam potest, montes in mari sub undis latentes, tempestatibus illis abrumpi, venasque eo modo aperiri.

Sed quæres ad quodnam genus corporum subterraneorum possit succinum referri? Illud breviter verbis Dn. M. Hartmanni explicabo: Subterraneum, inquit, esse succinum apud omnes in confesso est, idque ex historia satis probatur: et cum id nec duci, nec fundi possit, patet metallis non accensendum esse, neque reliquis fossilium generibus, terris, sulphuri, aut bitumini annumerandum: quod succino major insit soliditas, quam ceteris ejusmodi fossilibus. Restat igitur, ut dicamus esse lapidem, et quidem non ex saxorum, aut marmorum, sed nec ex lapidum peculiariter ita dictorum genere, sed gemmam; sicque apte responderi possit ad quæstionem quid sit, cum naturam ejus recte exprimat. Sic *Hartnochius lib.* II. *de succino Pruss. c.* 2. §. *ult.*

Forte nec proprie metallum, nec fossile, nec lapis, aut gemma dici possit. Sed potius quoddam medium est, quod distinctum specie a ceteris fossilibus et gemmis ipsis: non certe duci enim aut fundi potest ut metalla; et solidius est quam fossilia; et hoc habet etiam insigne et diversum a gemmis, quod aliter concrescat et coaguletur in ortu suo, nempe, ex pinguiori materia; sed tamen quasi fusili, et quæ tepescit, ac veluti liquefit, dum coalescit in corpus, quod solidatur sensim, aut aqua aut aëre; igitur habet aliquid distinctum et proprium, sive in ortu, sive etiam in dissolutione, quod forte non in gemma ulla reperias. Nempe ut liquescit in ortu, haud dubie ex calore interno, in visceribus terræ; ita et fere dissolvitur, igne admoto, et in vaporem suave olentem resolvitur. Ideoque reges Orientis apud aras, et præsertim inter splendidas epulas flammis adolent Soli, aut igni ipsi, quem solum agnoscunt Deum, magnam vim succini etiamnum; et facile foculis ignitis resolvitur in fumum, exhalatque. At gemmæ acres, indomitæ, et pervicaciores adversus ignem, et potius abrumpuntur, quam ardeant. Et quidni propriam speciem subterranei fossilis constituerit succinum? nam et ex terra eruitur; ita ut differat genere et specie a metallis et lapidibus et gemmis ipsis, et specie tantum discrepet a ceteris fossilibus. Nam et certe funditur, aut quasi funditur, cum tepescit igne et liquefit? nam resolvitur in odorem et 'ut in picem resinamve lentescit,' quasi funditur. Nam ex Plinio ibidem, 'Liquidum primo destillare argumento sunt quædam intus translucentia, ut formicæ, aut culices lacertæque.' Et infra, 'Rapacissimum ignium, et si juxta fuerint, celerrime ardescens.' Ergo ut primo congelatur et concrescit, ita et mox dissolvitur. Ibid. 'Ramenta quoque ejus in oleo addita, flagrant dilucidius diutiusque, quam lini [pini] medulla.' Non esse gemmæ speciem, patet etiam ex his Plinii, quia scil. gemmæ non colorem nativum mutant, neque tinguntur aut inficiuntur. Ibid. 'Genera [succini] plura. Candida odoris præstantissimi: sed nec his, nec cereis pretium; fulvis major auc-

ipsi *Glesum* vocant,[s] inter vada atque in ipso littore[t] legunt. Nec, quæ natura, quæve ratio[u] gignat, ut barbaris, quæsitum compertumve. Diu quin etiam inter cetera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria nostra dedit nomen: ipsis in nullo usu: rude legitur, informe perfertur,[6] pretiumque mi-

*gant, et soli omnium colligunt succinum, quod ipsi* Glesum *appellant, inter æstuaria, atque in ipsa ripa. Quæ natura* sit illius, *aut quo pacto producatur, ut barbari, nec inquisivere, nec intellexere. Quin etiam diu* neglectum *jacuit inter cetera purgamenta Oceani, donec luxus noster conciliavit* ipsi *famam: apud ipsos nullo in usu* est: *informe colligitur, rude et incomtum affertur, pecuniamque stupentes capiunt.*

6 Ms. Vatic. 2964. *profertur;* ut et volebat Groslotius. At melius ceteri Mss. Vatic. *perfertur.* Brotier.

NOTÆ

toritas. Ex iis etiamnum amplior translucentibus, præterquam si nimio ardore flagrent: imaginemque igneam inesse, non ignem, placet. Summa laus Falernis, a vini colore dictis, molli fulgore perspicuis. Sunt et in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoque notum fieri oportet, quocumque [modo] libeat tingi, hædorum sevo et anchusæ radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. Taxatio in deliciis tanta, ut hominis quamvis parva effigies, vivorum hominum vigentiumque pretia superet.' Itaque censeam succinum esse genus bituminis pretiosioris, in visceribus terræ diu excoctum, quod per glebas, vel ultro exudat, vel aquis et fluctibus excutitur. Et potius succina accensere videatur Plinius Crystallis et Myrrhinis, quam gemmis. Nam ante succinum immediate describit crystalla, et postea gemmas: 'nunc,' inquit, 'gemmarum confessa genera dicemus.' Non forte originem succini, attamen naturam et proprietates illius optime intellexit Plinius.

[s] *Quod ipsi Glesum vocant*] A similitudine vitri, simplicitate quadam barbara, quod Germani *Glas* vocant. Insula etiam, in qua legebatur, *Glesaria* a Romanis circa ea loca degentibus appellata fuit. Nostri vero succinum illud *Aistein* vocant, claro gentis Aistiorum argumento.

Plinii locum lib. XXXVII. corrigam, ubi scribit Glesariam *Austraniam* quoque a barbaris dictam, cum ibi plane legendum videatur, *Austraviam.* Colerus.

Salmasius in Solinum, *Glæsum* malit, indeque *Glæsarias insulas* denominatas, conjicit: ob vitream enim perspicuitatem, a vitro nomen traxisse creditur. A *Glebis* nihilominus K. in G. mutato, descendisse vocem, Libavius existimavit.

Alias et *Augstein, Agstein, Aydstein, Agesten, Pornstein,* vel *Bernstein,* ipsis Borussis *Genitar* vel *Gentar* dicitur. *Kirchmaier.*

[t] *In ipso littore*] Hoc ipso eodem loco colligitur succinum etiam nunc nostro ævo, cœli salique immutata natura.

[u] *Quæ natura, quæve ratio*] Quæ arbor, v. g. et qua ratione, quo pacto illa arbor gignat? an ex arbore exudet talis succus? et quæ species arboris? *quæ natura?* an mare ipsum gignat? aut etiam, quæ sit natura succini?

rantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas, quia terrena quædam[v] atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicata[7] humore, mox, durescente materia, cluduntur. Fœcundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis,[w] ubi thura balsamaque[x] sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse, crediderim;

*Conjicias tamen humorem esse arborum, quia sæpe interfulgent terrestres quædam animantes, atque etiam volatiles, quæ involutæ succo,* dum liquescit, *dein, coalescente humore, includuntur. Sicut igitur in Orientis solitudinibus* sunt *feraciores saltus lucique, ubi thura et balsama exudant effundunturque, ita* nemora similia *inesse existimaverim in insulis, et regionibus Occidentis; quæ radiis proximi solis elicita*

7 Ita omnes Mss. Vatic. et editiones veteres. Perperam in recentioribus emendatum, *implicita.* Plinius aliique sæpe usurpavere, *implicatum.*

NOTÆ

[v] *Terrena quædam*] Plinius lacerti meminit electro inclusi; Martialis formicæ, VI. Epig. 15. et IV. Epigr. 59. viperæ. Idem XI. Epig. 9. 'Succina virginea quod regelata manu.' Effecta autem succina illa optime olentia fuisse attritu manuum, idem Martialis innuit, lib. III. 65. 'quod messor Arabs, quod succina trita.'

Gestabantur ergo succina manibus delicatiorum, sed præcipue fœminarum nobilium. *Colerus.*

[w] *Orientis secretis*] Puto, de desertis et solitudinibus Arabiæ præcipue intelligit, ubi thura exudant. Sic Plin. Natur. Hist. XII. 14. 'Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem universæ. In medio ejus fere sunt Atramitæ pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelso, a quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, Saba appellata, quod significare Græci mysterium dicunt. Spectat ortus solis æstivi, undique rupibus invia, et a dextra malis scopulis inaccessa, &c. Juba Rex, iis voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium, ardentem fama Arabiæ, tradit, contorti esse caudicis, ramis aceris maxime Pontici. Succum amygdalæ modo emittere, talesque in Carmania apparere; et in Ægypto satas studio Ptolemæorum regnantium. Cortice lauri esse constat: quidam et folium simile dixere. Talis certe fuit arbor Sardibus: nam et Asiæ reges serendi curam habuerunt, &c. Prior atque naturalis vindemia circa canis ortum flagrantissimo æstu, incidentibus qua maxime videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta densatur, ubi loci natura poscat, tegete palmea excipiente, aliubi area circumpavita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum.'

[x] *Thura balsamaque*] Diodor. Sicul. Hist. IV. 3. ubi de Arabibus: 'Pars mediterranea sylvas continet amœnas, in quibus magnæ sunt thuris ac myrrhæ arbores: palmæ insuper, arundines, ac cinnamomum, et alia his odore similia. Neque enim referri posset singulorum species, ac naturæ: adeo affluenter multa in eam odorifera natura exaggeravit.'

quæ vicini solis radiis expressa[y] atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa littora exundant. Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tædæ accenditur, alitque flammam pinguem et olentem: mox ut in picem resinamve lentescit. Suionibus Sitonum[z] gentes continuantur. Cetera similes, uno differunt, quod fœmina dominatur: in tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant.[a] Hic Sueviæ finis.[8 b]

46. Peucinorum[c] Venedorumque[1 d] et Fennorum nationes[e]

*et exudantia in vicinum pelagus cadunt, ac violentia procellarum in oppositas ripas transmittuntur. Si, adhibito igne, naturam explores succini, instar tædæ flagrat, nutritque flammam crassam et redolentem: dein velut in picem, aut resinam liquescit ac tabescit. Suionibus contermini* sunt *Sitonum populi. In reliquis pares* ipsis, *una re distinguuntur, quod mulier imperat: adeo* illi *non solum a libertate, verum etiam a servitute deerrant. Hic Sueviæ terminus.*

*Dubius hæreo, an tribuam Germanis aut Sarmatis, Peucinorum, Venedorumque,*

Brotier.—8 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Ms. Turic. Cod. Kapp. et editione Spirensi, *fines*. Brotier.

1 Male Mss. et veteres editiones, *Venetorum* aut *Venethorum*. *Venedos* me-

NOTÆ

[y] *Quæ vicini solis radiis expressa*] Quomodo vicinus sol illis insulis, aut nemoribus, si ad occidentem posita sunt, ut supponit ibi? De Oriente non mirum, quod ibi exudent balsama thuraque: sed ad Occidentem, succos radiis solis elicitos diffluere ejusdem pretii et odoris, certe mirum fuerit. Attamen sol et his terris vicinus dici possit, quia ibi occidit, et 'illuc usque natura.' Et idem tamen sol est, etiam cum Oceano incumbit, et miros effectus, licet forma et natura diversos, producit.

[z] *Sitonum*] Sitones, populi Suevorum gentis, in Baltia seu Scandia peninsula Germaniæ magnæ: hodie præfectura *Dronthem*, in regno Norwegiæ, ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[a] *Non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant*] Degenerant *a libertate*, quia ceteri Germani fere omnes *liberi*, hi *servi*: degenerant *a servitute*, quia servientes populi regibus, ideoque viris, servire solent, hi fœminis. *Pichena.*

[b] *Hic Sueviæ finis*] Longissimum ergo et amplissimum Suevorum regnum fuit: quod quidem a Borussia etiam procedens, Suetiam cum vicinis insulis ambiret, vastissimique maris dominatum complecteretur.

Colligas id ex eo, quod Pomponius Mela de Corn. Nepote sumtum refert l. III. 'Corn. Nepos, ut recentior auctoritate, sic certior, tradit. Testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retulisse commemorat, cum Gallis proconsul præesset, Indos quosdam a rege Suevorum dono sibi datos: unde in eas terras devenissent requirendo, cognosse, vi tempestatum ex Indicis æquoribus abreptos, emensosque quæ intererant, tandem in Germaniæ littora exiisse.' Hausit ex Plin. II. 67. *Coler.*

[c] *Peucinorum*] Peucini late sumti,

Germanis an Sarmatis[f] ascribam, dubito: quanquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant,[g] sermone, cultu, sede

*et Fennorum gentes: quamvis Peucini, quos nonnulli Bastarnas appellant, lingua,*

morat Plinius, IV. 13. Ptolemæo, III. 5. Οὐενέδαι dicti sunt. Jornandes quoque, de rebus Geticis, c. 17. 'Winidarum natio populosa.' *Brotier.*—

NOTÆ

populi Germano-Sarmatiæ regionis: hodie *Prussia Nigra*, cum parte *superioris Poloniæ*, ad orientem Vistulæ fluvii, in statu regni Poloniæ ad meridiem. Peucini proprie dicti, sunt populi supradictorum populorum. Hodie pars septentrionalis et orientalis palatinatus *Lemburg*, in Russia Nigra. Ex Geograph. Sansonis. *Tillemonius.*

[d] *Venedorum*] Antiquissimi et *Henetos* appellarunt. Alii *Venetos* et *Winitos*. Helmoldus ejusque coævi, *Winulos*. Sed male idem Helmoldus cum Vandalis confundit. Immo fortasse non male, cum ita vagi illi Vinidæ a Germanis dicti fuerint. *Vagari* enim apud illos est *Vandalen*. *Vendos* etiam dictos fuisse credo. Unde apud Strabonem lib. IV. Οὐένδον civitas.

Jornandes: 'Vinidarum natio populosa consedit, quorum nomina, licet nunc per varias familias et loca mutentur, principaliter tamen Sclavi et Antes nominantur.' *Colerus.*

*Venedorum*] Venedi late sumti, populi Germano-Sarmatiæ: hodie ducatus *Lithuaniæ* et *Mazoviæ*, cum *Polaquia* provincia, in statu Poloniæ.

Venedi proprie dicti, sunt populi supradictorum populorum. Hodie palatinatus *Wilna*, in magno ducatu Lithuaniæ ad septentrionem, ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[e] *Fennorum nationes*] Alii *Finnos* aut *Finnones* vocant. Plinius l. IV. 'Nec minor est opinione Eningia.' Ego legerim, *Finningia*. *Finnia*, dicit Saxo Grammaticus.

Puto et *Finnoniam* Plinium scripsisse illo loco: 'Insulæ complures sine nominibus eo situ traduntur: ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur Finnonia.' Vulgo legebatur: *Pannonia*. Colerus.

*Fennorum*] Finni, populi Germano-Sarmatiæ regionis, ad mare Suevicum: hodie *Finlandia*, magnus ducatus regni Sueciæ ad orientem maris Balthici. *Tillemonius.*

[f] *Germanis an Sarmatis*] Ex hoc Taciti loco patet, istos populos non omnino esse *Germanos*, nec proprie esse *Sarmatas*, sed mixtum genus: recte igitur vocari possunt *Germano-Sarmatæ*, et eorum regio, *Germano-Sarmatia*. Id vidit doctissimus Nicolaus Sanson Geographus Regis Christianissimi; et hujus regionis edidit chartam Geographicam sub titulo *Germano-Sarmatiæ*; hanc vide. Germano-Sarmatia, regio Europæ antiquæ, in latere medio, et inter Germaniam et Sarmatiam Europæam, &c. hodie pars maxima statuum regni *Poloniæ*, pars quædam regni Sueciæ *Suede*, ad mare Balthicum, et pars imperii *Turcici Europæi* ad septentrionem Danubii fluvii. *Tillemon.*

[g] *Bastarnas vocant*] Plutar. in Æmilio: 'Excibat evocabatque Gallos, qui circa Danubium habitant, et Basternæ vocantur: quæ gens ferox præliis et equitatu præpollet.' Et infra: 'Advenerunt ipsi opem roganti Basternæ, decem scil. millia

ac domiciliis, ut Germani agunt. Sordes omnium[h] ac torpor procerum:[2] connubiis mixtis,[i] nonnihil in Sarmatarum[j] habi-

*veste, habitatione, atque tectis, ut Germani agitent. Squalor universorum atque inertia primoribus: per matrimonia connexis, in Sarmatarum cultum tantisper dege-*

2 Ernestus, *ceterum connubiis mixti.* Sic in Gallica versione Dureau.

## NOTÆ

equitum, et par numerus simul adequitantium, viri stipendiarii omnes, colendi agros, navigandi, gregesque et armenta pascendi prorsus inscii. Unum opus unamque artem exercebant, præliandi scil. et vincendi hostes.' Παραβάται illi sunt, qui succenturiabant dominis *occisis aut sauciis:* his scil. 'equos statim præbebant, aut vicem et locum eorum in pugna supplebant.'

*Bastarnas*] Bastarnæ late sumti populi Germano-Sarmatiæ regionis: hodie *Volhynia* et *Podolia*, provinciæ regni Poloniæ. Bastarnæ proprie dicti, populi sub majoribus Bastarnis contenti; hodie, pars meridionalis palatinatus *Krouv*, vel *inferioris Volhyniæ:* ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[h] *Sordes omnium*] Nicolaus Damascenus de vicinis quibusdam Scythiæ populis: 'Ter solummodo lavantur in vita; cum nascuntur, cum nuptias celebrant, et mortem obeunt.' Sic de Getis Ovidius: 'Stricto squalidus ense Getes.' *Colerus.*

*Sordes omnium ac torpor*] Vellem, *sordes omnium et par torpor;* aut saltem sic intelligere, ita ut sordes et inertia omnium pares essent similesque, tum plebeiorum cum primorum. Et potius est, ut intelligamus de inertia, squalore, et otio, quam de stupiditate ingenii, ut nonnulli vertunt.

*Sordes omnium ac torpor*] An tantum Peucinorum Venedorumque et Fennorum? an ipsorum, ut et Germanorum? ut Germani agunt omnes isti, quia in iisdem sordibus eodemque torpore, quo Germani. At procerum connubiis mixtis, forte ipsi solum proceres ob talia connubia, ac propter opes luxumque, illam vestem fluitantem et laxam gestabant, non autem vulgus egenum.

[i] *Procerum: connubiis mixtis*] An soli proceres, quia mixti connubiis cum Sarmatis, in eorum cultum fœdantur? an vero omnes omnino Peucini? an ad imitationem et exemplum procerum, qui connubia miscent cum Sarmatis, in Sarmatarum cultum fœdantur etiam plebeii? hoc postremo modo versio Gallica.

*Procerum connubiis mixtis*] Legunt: *ceterum connubiis mixtis.* Mihi vulgata lectio probatur: verisimile enim est, non a plebeiis hominibus uxores ex Sarmatia usque ductas, sed a proceribus tantum: et ideo ait, *mixtis procerum connubiis;* id est, inter proceres Bastarnas et primores Sarmatas. *Pich.*

Verius legeris: *procerum connubiis mixti.* Intelligit autem fœdum illum braccarum usum, quem et apud ceteros nonnullos Germanorum viguisse constat. Lucanus: 'Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis, Vangiones Batavique truces.' *Coler.*

Recte lectio vulgata: *sordes omnium*, scil. perinde vulgi et primorum, ut et *torpor.* Hoc tamen supra vulgus habent *proceres*, quod *connubiis mixtis*, nempe cum Sarmatis, *nonnihil*

tum fœdantur.[k] Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quicquid inter[l] Peucinos Fennosque sylvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia et domos fingunt[3][m] et scuta gestant[n] et pedum[4] usu[o] ac pernicitate gaudent; quæ omnia diversa Sarmatis sunt, in plaustro equoque viventibus. Fennis mira feritas,[p] fœda paupertas: non arma, non equi,

*nerant. Venedi multum ex institutis et ingenio* Sarmatarum *hauserunt. Nam furtis et incursionibus pervagantur quantum saltuum aut collium exsurgit inter Peucinos Fennosque. Hi tamen potius recensentur inter Germanos, quia etiam sedes statuunt, et clypeos ferunt, et pedum usu ac velocitate gestiunt; quæ omnia dissimilia sunt Sarmatis, qui fere in curru et equis agitant. Fennis maxima ferocitas, turpis egestas:*

3 Ita veteres et recentiores editiones. Lipsius, *figunt*. At melius, *fingunt*. Domos enim, seu tuguria, luto fingebant. Sic apud Plinium, XI. 22. bombyces in Assyria, *nidos luto fingunt*. Brotier.—4 In Mss. Vatic. 2964. 4498. et veteribus editionibus, *peditum*. Ms. Vatic. 1862. *pecudum*. Recte Lipsius et recentiores, *pedum:* quod quoque probat Cl. Ernestus, licet ediderit, *peditum*. Idem.

## NOTÆ

*in Sarmatarum habitum fœdantur. Sordes*, sunt paupertas et miseria victus. At τὸ *fœdantur* hic, mollitiam quandam arguit, præ veris et sinceris Germanis. Vel hic sensus esse possit: *sordes omnium ac torpor*, ut et Germanorum, at *procerum connubiis mixtis*, ea causa, omnes tantisper *Sarmatarum* laxa veste *fœdantur:* in quo solo degenerant a Germanis; et vulgus facile principum habitum æmulatur.

*Procerum connubiis mixtis*] *Sordes omnium* Peucinorum seu Bastarnarum, *ac torpor*, perinde ac Germanorum. Hi Germanis similes sunt, *sermone, cultu, sede, ac domiciliis;* sed tamen *nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur;* quia, scil. proceres Peucinorum connubiis miscentur cum proceribus Sarmatarum.

[l] *Sarmatarum*] Sarmatia Europæa, regio Europæ ad septentrionem et orientem: hodie pars magna et occidentalis imperii *Moscoviæ*, *Parva Tartaria* integra, pars orientalior statuum *Poloniæ*, et aliquid regni Sueciæ, *Suède*. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[k] *Fœdantur*] Cur *fœdantur?* Puto, quia degenerant a cultu virili Germanorum, nempe sago, et veluti fœdantur pellucida et fluitante veste Sarmatarum, qualis fuit Medica palla, de qua supra, et quæ minus decet viros ad arma genitos.

[l] *Nam quicquid inter*] An hoc habent ex moribus et ingenio Sarmatarum Venedi, quod latrociniis sylvas et montes pererrent? an vero ingenio Sarmatæ sunt, quia illa frequentant loca vicina Sarmatis?

[m] *Domos fingunt*] Sarmatæ enim ἀμαξόβιοι, scil. *in curribus degebant* plerique. Mela de hac gente: 'Non se urbibus tenet, et ne statis quidem sedibus.' *Colerus.*

[n] *Scuta gestant*] Quæ Sarmatis nulla, ut alibi docui ex Tacito. *Coler.*

[o] *Pedum usu*] Cum ad usum pedum nihil Sarmatis inertius sit. Tacitus Hist. lib. I. *Colerus.*

[p] *Fennis mira feritas*] Apud Jornandem, involutum atque mendosum

non Penates :[q] victui herba, vestitui pelles, cubile humus :[r] sola in sagittis spes, quas, inopia ferri, ossibus[s] asperant. Idemque venatus[t] viros pariter ac fœminas alit. Passim enim comitantur, partemque prædæ petunt. Nec aliud in-

*non tela, non equi, non domicilia: victui gramen, cultui pelles, lectulus terra: una in sagittis spes, quas, penuria ferri, ossibus acuunt. Eademque venatio nutrit viros perinde ac mulieres.* Hæ *quippe passim sectantur, portionemque venatus postulant. Nec*

NOTÆ

scriptorem, *Finni* inter mitiores Scanciæ cultores enumerantur. *Finni*, inquit, *mitissimi*.

Quando vero libellus hic a Tacito Germanis dicatus est, propter studiosos antiquitatis Germanicæ, non possum omittere quin Paulus Diaconus explicetur. Ille in historiæ Langobardicæ exordio, *Scritofinnos* insulæ Scandinaviæ vicinos facit. 'Huic,' inquit, 'loco Scritofinni, sic enim gens illa nominatur, vicini sunt; qui etiam æstatis tempore nivibus non carent, nec aliud, utpote feris ipsis ratione non dispares, quam crudis animantium carnibus vescuntur: de quorum etiam hirtis pellibus sibi indumenta coaptant. Hi a saliendo, juxta linguam barbaram, etymologiam ducunt. Saltibus enim utentes, arte quadam, ligno incurvo ad arcus similitudinem feras assequuntur.' Sic leg.

Non dissentiunt hæc cum his quæ Tacitus scribit: 'Sola in sagittis spes. Idemque venatus viros pariter ac fœminas alit.'

Quod vero dicit de *barbaro nominis etymo*, certe *scriten* Germanis, est *passum facere*. Sic et Jornandes histor. Gothica: 'Aliæ vero ibi gentes Scritofennæ, quæ frumentorum non quæritant victum, sed carnibus ferarum atque avium vivunt: ubi tanta paludibus fœtura ponitur, ut et augmentum præstent generi, et satietatem ac copiam genti.' Sic lego. *Rhenan.*

[q] *Non Penates*] Seneca epist. 90.: 'Non habebant domos instar urbium. Spiritus, ac liber inter aperta flatus, et levis umbra rupis aut arboris, et perlucidi fontes rivique, non opera, nec fistula, nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes, et prata sine arte formosa, inter hæc agreste domicilium, rustica positum manu. Hæc erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare, nec ipsam, nec pro ipsa timentem.'

[r] *Cubile humus*] Seneca libro I. Quare bonis viris mala accidant: 'Omnes considera gentes, in quibus Romana pax desinit: Germanos dico, et quicquid circa Istrum vagarum gentium occursat. Perpetua illos hyems, triste cœlum premit, maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, super durata glacie stagna persultant, in alimentum feras captant. Miseri tibi videntur? nihil miserum est, quod in naturam consuetudo perduxit. Paulatim enim voluptati sunt, quæ necessitate cœperunt: nulla illis domicilia, nullæ sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit. Vilis, et hic quærendus victus, horrida iniquitas cœli, intecta corpora; hoc quod tibi calamitas videtur, tot gentium vita est.'

[s] *Inopia ferri, ossibus*] Aut Urorum cornibus, ut supra ex Plinio ostendi: puto enim prope illum locum de his ipsis *Fennis* intelligendum. *Coler.*

[t] *Idemque venatus*] Apud Sarmatides etiam, 'Arcus tendere, equitare, venari, puellaria pensa sunt:' ut Mela tradit l. III. *Coler.*

fantibus ferarum imbriumque suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu[u] contegantur: huc redeunt juvenes, hoc senum receptaculum. Sed[5] beatius arbitrantur, quam ingemere agris,[v] illaborare domibus,[w] suas alienasque fortunas spe metuque versare.[x] Securi adversus homines, securi adversus Deos,[y] rem difficillimam assecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus esset.[6] [z] Cetera jam fabulosa: 'Hellu-

*aliud præsidium pueris contra feras pluviasque, quam ut aliquo ramorum simul innexorum tugurio abscondantur, defendantur: huc juniores remeant, hoc seniorum domicilium. Id felicius existimant, quam luctari cum prædiis, aut operari in ædibus, et suas alienasque opes spe et formidine exagitare. Tuti adversus mortales, haud soliciti erga Deos, rem quam maxime arduam adepti sunt, ut ne voto quidem indigeant. Cetera jam ficta et commentitia:* Hellusios et Oxionas habere fa-

5 Ita omnes Mss. Vatic. et veteres ac recentiores editiones. Frustra emendavit Rhenanus, *id beatius arbitrantur*. Omitti non debuit, *sed*. Intelligi autem potest, *id*. Brotier.—6 Sic omnes Mss. Vatic. veteres editiones et

## NOTÆ

[u] *Aliquo ramorum nexu*] Idem scribit de Septempaganis sive Mosynis Strabo; de quibus et Xenophon. *Colerus.*

*Ramorum nexu*] Senec. epist. 90. 'Illi, quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui adversus sævitiam hyemis, aut imbris, vili receptaculo tuti sub fronde vivebant, placidas transigebant sine suspicione noctes.'

Idem Seneca epist. 90. 'Furcæ utrimque suspensæ fulciebant casam, spissatis ramalibus ac fronde congestam.'

[v] *Ingemere agris*] Non enim sine suspiriis et singultibus scinduntur glebæ: jugo bos premitur, non sine onere aratoris, et sæpe etiam fatiscit agricola. Occat anhelando ipse, et sudore suo irrigat agros.

*Ingemere agris*] Plin. XVIII. 5. 'Malus est ager, cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari jubet, ut solum sua virtute valeat,' &c.

[w] *Illaborare domibus*] Vertunt, quasi hic ageretur de ædificandis domibus; sed præcise tantum agitur de negotiis, et præcipue de re familiari, cujus satagere debent qui sedes semel fixere.

[x] *Versare*] Id est, quam ancipiti animo pendere semper, suasque et alienas opes fluctuantes et obnoxias fortunæ contemplari, perpetuoque dubios inter spem et formidinem agitare.

[y] *Securi adversus homines, securi adversus Deos*] In fœda enim paupertate, securi adversus raptores furesque agebant, quibus nihil quæstui apud eos.

Et dum agriculturæ non studebant, securi etiam erant adversus Deos, id est, adversus grandines ac tempestates, ceterasque cœli injurias, quæ segetes atque omnes alios terræ fructus aliquando destruere solent. *Pichena.*

[z] *Ut illis ne voto quidem opus sit*] Quid enim optent homines, qui nihil sperant, nil cupiunt, aut timent?

*Ut illis ne voto quidem opus sit*] An intelligit, barbaras istas gentes, non

sios et Oxionas[7] [a] ora hominum vultusque, corpora[8] atque artus ferarum,[b] gerere:' quod ego, ut incompertum, in medium relinquam.

ciem hominum vultumque, *quoad* corpora *vero* et membra feris similes *esse: quod nos, ut incognitum, in medio relinquemus.*

Ernestus. Male emendavit Rhenanus, *opus sit.* Brotier.—7 Mss. Vatic. 2964. et 4498. *Etionas.* Ms. Vatic. 1518. *Exionas.*—8 Mss. Vatic. 1518. 2964. 4498. veteresque editiones, *et corpora atque artus.*

## NOTÆ

solum civiliorem humanioremque vitam penitus aspernari, sed et nullarum rerum desiderio teneri, quod difficillimum habetur inter mortales?

Potius videtur sensus: His gentibus, quippe adversus hominum cœlique injurias ob paupertatem securis, Deos votis fatigare non opus fuisse. *Pichena.* Quidni vetus lectio certior, ut *ne voto quidem opus esset?*

*Ne voto quidem*] Ita securi illi adversus homines et Numina, ut illis ne quidem opus sit fatigare cœlum aut Deos votis suis.

[a] *Hellusios et Oxionas*] Hæc de insulis intelligenda, quæ supra Sarmatiam Germaniamque in Glaciali Oceano sunt sparsæ; quarum maxima nunc noscitur vulgari vocabulo *Nova Zembla.* Hæc est, de qua ita tradit Stephanus, 'Elixona, insula Hyperboreorum, haud minor Sicilia, sub flumine Carambyca, unde insulani Carambicæ, teste Hecatæo.' Plinius de eisdem insulis, quamvis aliis et paulo diversis nominibus, l. IV. c. 13. 'Feruntur et Oonæ, in quibus ovis avium et avenis incolæ vivant: aliæ, in quibus equinis pedibus homines nascantur, Hippopodes appellati: Panotiorum aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingævonum, quæ est prima inde Germaniæ.' Fere eadem referunt Solinus cap. 23. Isidorus Origin. l. XI. c. 3. Mela l. III. c. 5. Apud Plinium equidem pro Panotiorum in vulgatis exemplaribus legitur, *Fanesiorum*, et apud Solinum *Phanesiorum:* at quia apud Isidorum diserte sunt *Panotii*, haud dubitaverunt viri eruditi, in utroque auctore legere, *Panotiorum;* nam ab argumento prægrandium aurium, quibus tota corpora contegebant, dicti sunt Græcis scriptoribus *Panotioi*, quemadmodum et alii ab equinis pedibus *Hippopodes*, et ab ovorum esu *Oonai.* Omnino igitur et in Mela corrigendos censeo *Satmalos* in *Panotios.* Nec Tacitum arbitror ex novo habuisse auctore sua de fabulosis illis insulis; vereorque apud hunc quoque vocabulum, *Hellusios*, esse vitiatum a *Panotios*, cujus scriptura, cum forte esset exoleta atque obscurata, imperitus quidam restituit ex Plinio et Solino *Phanesios*, qui porro detorti in *Hellusios.* Jam vero *Oxionas* debere esse *Oonas*, nescio quis dubitare queat. Ex Cluverii Germania antiqua l. III. c. 45. p. 203. *Tillemon.*

[b] *Corpora atque artus ferarum*] Talia, aut hæc ipsa naturæ monstra describit Plinius, ex fama tamen, quæ sæpe dubia et fabulosa, quod dicit ipse l. IV. 13. 'Reliqua littora incerta signata fama.' Sic igitur ibidem ille: Sunt aliæ insulæ, 'in quibus equinis pedibus homines nascan-

## NOTÆ

tur, Hippopodes appellati: Fanesiorum aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingævonum,' &c. Rationem tamen naturæ portentosæ in ipsa natura ingenioque terrarum, quasi ex vero, quærere videtur idem Plinius VI. 30. ubi de Æthiopia:

'Animalium,' inquit, 'hominumque effigies monstriferas circa extremitates ejus gigni minime mirum, artifici ad formanda corpora effigiesque cælandas mobilitate ignea. Ferunt certe ab Orientis parte intima gentes esse sine naribus, æquali totius oris planitie. Alias superiore labro orbas, alias sine linguis: pars etiam ore concreto, et naribus carens, uno tantum foramine spirat, potumque calamis avenæ trahit, et grana ejusdem avenæ, sponte provenientis ad vescendum. Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est.'

Quidni simile ludibrium naturæ *sit*, aut fingatur, ut ad Meridiem, *ita* et ad Septentrionem, licet diversis de causis?

# JULII AGRICOLÆ

# VITA,

SCRIPTORE

## C. CORNELIO TACITO.

---

### BREVIARIUM.

Cap. 1. Scribendi clarorum virorum vitam mos antiquus, 2. sub malis Principibus periculosus, 3. sub Trajano in honorem Agricolæ repetitus a Tacito; qui non eloquentiam, ast pietatem pollicetur. 4. Agricolæ stirps, educatio, studia. 5. Positis in Britannia primis castrorum rudimentis, 6. uxorem ducit: fit Quæstor, Tribunus, Prætor: recognoscendis templorum donis præfectus. 7. Othoniano bello matrem partemque patrimonii amittit. 8. In Vespasiani partes transgressus, legioni XX. in Britannia præpositus, alienæ famæ cura promovet suam. 9. Redux inter patricios ascitus Aquitaniam regit. Consul factus Tacito filiam despondet. Britanniæ præficitur.

10. Britanniæ descriptio. Thule cognita: mare pigrum. 11. Britannorum origo, habitus, sacra, sermo, mores, 12. militia, regimen, rarus conventus: cœlum, solum, metalla, margarita. 13. Victæ gentis ingenium. Cæsarum in Britanniam expeditiones. 14. Consularium legatorum res gestæ. 15. Britanniæ rebellio, 16. Boadicea duce cœpta, a Suet. Paulino compressa. Huic succedunt ignavi. 17. Rem restituunt Petilius Cerialis et Julius Frontinus; hic Silures, ille Brigantes vincit; 18. Agricola Ordovices et Monam. Totam provinciam pacat, et 19. 20. moderatione,

prudentia, abstinentia, æquitate in obsequio retinet, 21. animosque artibus et voluptatibus mollit.

22. 23. Nova expeditio novas gentes aperit, quæ præsidio firmantur. Agricolæ candor in communicanda gloria. 24. Consilium de occupanda Hibernia. 25—27. Civitates trans Bodotriam sitæ explorantur. Caledonii, Romanos aggressi, consilio ductuque Agricolæ pulsi, sacrificiis conspirationem civitatum sanciunt. 28. Usipiorum cohors miro casu Britanniam circumvecta. Agricolæ filius obit. 29. Bellum Britanni reparant Calgaco duce, cujus 30—32. oratio ad suos. 33. 34. Romanos quoque hortatur Agricola. 35—37. Atrox et cruentum prælium. 38. Penes Romanos victoria. Agricola Britanniam circumvehi præcipit.

39. Domitianus, fronte lætus, pectore anxius, nuntium victoriæ excipit. 40. Honores tamen Agricolæ decerni jubet, condito odio, donec provincia decedat Agricola. Is redux modeste agit. 41. Periculum ab accusatoribus et laudatoribus. 42. Excusat se, ne provinciam sortiatur Proconsul. 43. Obit non sine veneni suspicione, a Domitiano dati. 44. Ejus ætas, habitus, honores, opes. 45. Mortis opportunitas ante Domitiani atrocitates. 46. Questus auctoris et ex virtute solatia. Fama Agricolæ ad posteros transmissa.

---

CLARORUM virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus[a] usitatum, ne nostris quidem temporibus, quanquam

*Illustrium virorum res gestas moresque posteritati commendare, jam olim usu receptum* fuit, et id *ne nostro quidem ævo, quamvis incuriosa suorum tempora*

NOTÆ

*Libellus* hic, si quis alius, vere disertus, vere prudens, scriptus videtur sub idem tempus cum illo de Germania: vel certe haud longe secus. Nam quadriennio post mortem Agricolæ hunc contexuisse videtur Tacitus, ipso quidem indice, hoc libro: 'Nobis tam longæ absentiæ conditione, ante quadriennium amissus es.' Atque obiit Agricola Pompeio Collega et Corn. Prisco, Coss. uti hac ratione, scriptum syntagma hoc esse oporteat sub ipsum initium imperii Trajani. *Lipsius.*

[a] *Tradere, antiquitus*] Sero tamen scripserunt historiam Romani, teste Sueton. de Ill. Gramm. 2. 'Primus igitur, quantum opinamur, studium

incuriosa suorum ætas[b] omisit, quotiens magna[c] aliqua ac

*neglexere, quoties eximia aliqua et insignis virtus præcelluit ac superavit inscitiam*

NOTÆ

Grammaticæ in urbem intulit Crates Mallotes Aristarchi æqualis, qui missus ad senatum ab Attalo rege, inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, cum in regione palatii, prolapsus in cloacæ foramen, crus fregisset; per omne legationis, simul et valetudinis tempus, plurimas ἀκροάσεις subinde fecit, assidueque disseruit, ac nostris exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent; ac legendo commentandoque, etiam ceteris nota facerent.' Nondum itaque componebant historias aut annales, nisi forte carmine, ut fecit Ennius.

[b] *Incuriosa suorum ætas*] Sic fine Annal. II. 'Dum vetera extollimus, recentium incuriosi.' Ceterum hoc sæculorum omnium vitium fuit, viventes adhuc fastidire, veteres et olim defunctos admirari: de quo pulchre Demosthenes in Orat. de Corona.

Nimirum 'præsentia invidia, præterita veneratione prosequimur;' et 'his nos obrui, illis instrui credimus,' inquit Velleius. Cui succinens Horatius: 'Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi.' *Virdungus.*

*Incuriosa suorum ætas*] Incuriosa fuit ea ætas hominum rerumque, non tantum, quia præsentes viventesque sperneret; id enim commune est omni omnium mortalium ætati civitatique; sed etiam præcipue, quia 'sæva' illa et 'infesta virtutibus tempora' fuerunt. Quis enim curiosus virtutis tum commendandæ tradendæque posteris, cum exilio et nece sæviretur in auctores, et flammis 'ingenia' punirentur. Attamen, inquit, nostra ætas, 'quanquam incuriosa suorum,' non id prorsus omisit, quoties magna aliqua virtus altius emersit, licet id longe difficilius et longe maxime tum periculosius fuerit, quam 'apud priores:' nam vetere Repub. florente certe 'facta puniebantur, sed verba impune erant:' et ut apud priscos Romanos 'agere memoratu digna, pronum' et facile fuit; ita et ea scribere et posteris tradere, ut sine adulatione et ambitione auctorum, ita et sine periculo fuit. 'Adeo virtutes iisdem temporibus optime' et felicissime commendantur, 'quibus facillime gignuntur.' Igitur *incuriosa suorum* fuit illa *ætas*, quia exilio, nece, et igne oppressa, atque in silentium adacta ingenia, et quia in tanta servitute hominum, ademtum 'per inquisitiones et loquendi audiendique commercium:' quia 'expulsi sapientiæ professores,' et omnes bonæ artes 'in exilium actæ;' quia 'cito exstinguuntur' studia, et ingenia, quæ et ipsa 'lente augescunt;' et quia 'subit' etiam 'ipsius inertiæ dulcedo:' quia per quindecim annos, quibus imperavit, aut potius sæviit ac debacchatus est Domitianus, multi honesti et doctissimi viri 'fortuitis casibus,' et etiam fortissimus, ac virtutis et recti pervicacissimus quisque sævitia dominantis interciderunt: quia denique, 'per silentium ad ipsos exactæ ætatis terminos' ventum est; et tota illa ætas quindecim annorum, qua grassatus est calvus Nero, 'grande mortalis ævi spatium,' per silentium transacta: 'grande' certe illud 'spatium,' si brevitatem vitæ ævique hominum, si ætatem

nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium, parvis magnisque civitatibus[d] commune, ignorantiam recti et invidiam. Sed apud priores,[e] ut agere memoratu digna pronum magisque in aperto erat; ita celeberrimus quisque ingenio,[f] ad

*recti et livorem*, quod est *vitium commune modicis et magnis nationibus. Sed quemadmodum apud antiquos, res memoria dignas præstare facile, magisque licitum ac liberum erat; ita* tum *clarissimus quisque facundia, non favore vel cupiditate,*

NOTÆ

scribendo idoneam spectes.

*Incuriosa suorum*] Nempe propter 'ignorantiam recti et invidiam,' et forte magis etiam ob infesta virtutibus tempora. Nam tum infesta dominatio; et iis, qui virtutem exercerent, et qui laudarent.

[c] *Quotiens magna*] Possit id forte pro genio Taciti referri, et ad τὸ *usitatum antiquitus*, et ad ea, *incuriosa suorum ætas*, eo sensu ut *antiquitus usitatum* fuerit, celebrare virtutem, quoties emersit et vicit invidiam, et id quoque non omiserit nostra ætas, licet *incuriosa suorum*, quoties nostro ævo *magna aliqua ac nobilis virtus* emicuit.

[d] *Vitium, parvis magnisque civitatibus*] Cor. Nepos in Chabria: 'Est enim hoc commune vitium magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit; et libenter de his detrahant, quos emergere videant altius.'

[e] *Apud priores*] Qui vivente adhuc libertate et stante republica vixerunt.

*Ut apud priores*] Ut ea ætas ferax virtutum fuit, ut felix facilisque natura tum fuit gignendis viris illustribus, ita tum et 'celeberrimus quisque ingenio,' sine favore, sine adulatione in imperitantes potentioresque, scripsere; *sine ambitione*, id est, sine amore aut odio, nullo affectu privato, sed solius virtutis studio, et, *bonæ tantum conscientiæ pretio*, ad fortia facta posteris tradenda incitabantur. Ipsemet Tacitus Hist. I. 1. 'Sed veteris populi Rom. prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sunt; temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione, deterrerentur. Tiberii Caiique et Claudii ac Neronis res, florentibus ipsis, ob metum falsæ.' Idemque dici potuit de Domitiano. Nam vel res ipsius *ob metum falsæ*, vel silentio obliteratæ: quia tum a scribendo *decora ingenia* deterrebantur, metu scil. vel *gliscente adulatione* in quoscumque principes, seu dominationis magistros: utrumque refugiebant honesti viri, qui non ambitione, sed sola recti verique conscientia ad scribendum ducuntur. Hi neque metu scribere falsa, neque adulari dominantibus voluere: id quippe repugnabat conscientiæ auctorum et dignitati historiæ, cujus tota vis et tota majestas in vero est.

[f] *Celeberrimus quisque ingenio*] Sic Plinius major vitam amicorum scripserat, testis alter Plinius l. III. ep. 5. 'Scripti libri .... de vita Pomponii Secundi duo, a quo singulariter amatus, hoc memoriæ amici quasi debitum munus absolvit.'

*Celeberrimus quisque*] Historia ab honestis solum et ingenuis viris olim scripta. Suet. de Claris Rhet. 3. ubi de L. Octacilio Pilito: 'Primus omnium libertinorum, ut Corn. Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam.'

prodendam virtutis memoriam, sine gratia aut ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur. Ac plerique, suam ipsi vitam narrare,[g] fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati sunt: nec id Rutilio[h] et Scauro[i] citra fidem aut obtrectationi fuit: adeo virtutes[j] iisdem temporibus optime æstimantur, quibus facillime gignuntur. At mihi, nunc[k] narraturo vitam defuncti hominis, venia opus

*aut ostentatione*, sed *solo bonæ conscientiæ præmio, ad celebrandam virtutis famam incitabatur. Ac multi, sua ipsi vitæ instituta factaque memorare, securitatem* esse *potius bene actæ vitæ, quam superbiam existimarunt: nec ideo dubitatum de fide Rutilii et Scauri*, quod vitam suam ipsi narrassent, *nec* ideo etiam *decori* illorum *vel famæ obtrectatum est: adeo virtutes iisdem sæculis æquissime approbantur, quibus felicissime oriuntur. At mihi nunc trادituro vitam fatofuncti viri,*

NOTÆ

[g] *Plerique, suam ipsi vitam narrare*] Cic. l. v. ep. 12. 'Quod si a te non impetro, &c. cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt: scribam ipse de me; multorum tamen exemplo, et clarorum virorum. Sed quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere vitia: ut verecundius ipsi de se scribant, necesse est, si quid est laudandum; et prætereant, si quid forte reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas: multi denique reprehendant, et dicant verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarunt, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent.'

[h] *Rutilio*] Rutilium Rufum intelligit, qui et historias scripsit, et orationes, et De vita sua. Citant eum Latini Græcique scriptores passim, et nominatim Charisius hæc De vita. Etiam Isidorus, l. xx. Originum: 'Lecticæ, sive plutei lecti: de quibus Rutilius Rufus de vita sua: Primum, inquit, consuetudine imperatorum ipse pro lectis, lecticis utebatur.' Sic lego. *Lipsius.*

[i] *Scauro*] De quo Cicero in Bruto: 'Hujus et orationes sunt, et tres ad L. Fusidium libri scripti de vita ipsius acta, sane utiles.' Plinius lib. xxxiv. 'L. Fusidium illum, ad quem Scaurus de vita sua scripsit.'

Valerius Maximus l. iv. 'M. Scaurus quantulum a patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum, quos de vita sua scripsit, refert.' *Lipsius.*

[j] *Adeo virtutes*] Notæ præcipue virtutes bonis amicis: et quis eas melius æstimet aut commendet? Plin. l. vii. ep. 31. de Claudio Pollione: 'Quam fideliter amicos colat, multorum supremis judiciis, tum Musonii Bassi gravissimi civis, credere potes; cujus memoriam tam grata prædicatione prorogat et extendit, ut librum de vita ejus, (nam studia quoque sicut alias artes bonas veneratur,) ediderit. Pulchrum istud, et raritate ipsa probandum, cum plerique hactenus defunctorum meminerint, ut querantur.'

[k] *At mihi, nunc*] *Nunc;* nempe ea ætate qua vixit et interiit Agricola, et etiam qua scripsit Tacitus, venia et præfatione opus fuit auctori; quia scil. descripturus et 'cursaturus' fuit

fuit:[1] quam non petissem,[1] ni[2] incusaturus[3 m] tam sæva et infesta virtutibus tempora.

*excusatio petenda fuit: quam* tamen *non postularem, nisi percursurus* essem *sæculum tam immane,* tamque *infensum egregiis artibus.*

1 Ms. Vatic. 4494. *petiissem.*—2 Ms. Vatic. 3429. *ni* abest.—3 Brotierus

NOTÆ

'tam sæva et infesta virtutibus tempora,' quia cladium Rom. memoriam repetiturus fuerit; quæ continuæ clades, similitudine et sævitia perpetua, tædium sui lectoribus pariunt, ut et auctori ipsi.

Possint afferri et aliæ rationes *veniæ* petendæ; quia scil. adhuc fere vivebat spirabatque Agricola, et ejus virtus ac gloria fere in oculis hominum, cui invideri adhuc, et quæ tum veluti sperni potuit; nam præsentia odimus et contemnimus. Sic est ingenium hominis; ideoque narraturo vitam hujus viri, *venia* opus fuit. Et etiam quia Tacitus gener filiusque Agricolæ, sic suum ipse decus ac familiæ suæ prædicare videbatur: sicque laudes suas prodere, ipsi arrogantiæ tribui potuit. Supra: 'Plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati sunt.'

Et ipsemet prævertere et occupare *veniam* illam et *defensionem* videtur infra: 'Hic interim liber honori Agricolæ soceri mei destinatus, professione pietatis, aut laudatus erit, aut excusatus.' At cum hoc loco Tacitus ipse afferat rationem, cur *venia* ipsi *opus* fuerit, nempe quia 'cursaturus' fuit 'tam sæva et infesta virtutibus tempora,' huic uni rationi standum hoc loco.

*Nunc*] Τὸ *nunc* non respicit ad sequentia tempora, quasi timuerit Tacitus Domitiani sævitiam; ideoque distulerit narrare vitam Agricolæ in hæc tempora, quibus 'gloria post cineres.' Τὸ *nunc* spectat ad antecedentia, quasi diceret: Olim florente libertate, suammet narrare vitam, 'nec citra fidem, aut obtrectationi fuit' viris illustribus; sed *nunc* mihi narraturo vitam soceri *venia* opus fuit, quam tamen *non petissem,* nunc in tanta felicitate imperii Trajani, *ni cursaturus* prisca mala, ni veteres Reipub. plagas retractaturus essem, dum narro vitam Agricolæ. Nec ideo *veniam* petit Tacitus, quia Aruleno Rustico Pætum Thraseam, et Herennio Senecioni Priscum Helvidium laudatos esse, *capitale* fuit: sed quia illa hæc tempora tantis *virtutibus infesta* retractaturus fuit; quæ mala, quæ tempora odium simul et tædium, atque indignationem legentibus pariunt.

[1] *Venia opus fuit*] Metuebat fortassis. Et cur, quæso? ne incideret in 'sæva et infesta virtutibus tempora' sub Domitiano. Sed scripsit hæc sub Trajano, et 'in beatissimi sæculi luce,' ut vocat.

Neque rationis quicquam solidæ dispicio, cur, cum plenam securitatem tempora indulgerent, quibus scripsit, terrorem ex iis, de quibus scribebat, temporibus, conciperet; aut ex iis, quæ secuta sunt, 'legimus cum Aruleno Rustico,' &c. quæ diu post gesta in recenti ejus memoria, et velut in conspectu versabantur. Sic enim ait c. 45. hujus libri, 'Nos Maurici Rusticique visus, nos innocenti sanguine Senecio perfudit.' *Savilius.*

Licet præterita sint mala, tamen

2. Legimus,[1] cum[n] Aruleno Rustico Pætus Thrasea, He-

*Legimus, crimini datum et exitiabile fuisse Aruleno Rustico, quod* laudavisset

cum Ryckio et Gronovio scribit *cursaturus;* et ita veteres Edd. Pichena et recentiores. Rhenanus emendaverat *ni incursaturus.* Lipsius, *incusaturus;* et sic quidem Ms. Vatic. 3429.

1 Mallet Lipsius *vidimus.*

NOTÆ

adhuc terrent et auctorem, simul et horrorem incutiunt adhuc animis legentium. Ideoque veniæ præfatio justa, necessaria.

[m] *Quam non petissem, ni incusaturus*] Comparandus ille locus cum altero loco simili Taciti, Ann. XVI. 16. Ubi sic habet: 'Etiam si bella externa, et obitas pro Repub. mortes, tanta casuum similitudine, memorarem, meque ipsum satias cepisset, aliorumque tædium expectarem, quamvis honestos civium exitus, tristes tamen et continuos aspernantium. At nunc patientia servilis, tantumque sanguinis domi perditum, fatigant animum et mœstitia restringunt. Neque aliam defensionem [quod idem est ac *veniam*] ab iis quibus ista noscentur, exegerim, quam ne oderim [vel oderint] tam segniter pereuntes. Ira illa Numinum in res Romanas fuit,' &c.

Sic et *veniam* hic rursus, ubi de calvo Nerone scripturus est, petit Tacitus, quia clades Romanas renovare, totque vulnera Reipub. imperante Domitiano, inflicta retractare, et veluti recrudare scribendo, cogitur. Sic quasi præfatus olim Æneas apud Virgil. 'Infandum, regina, jubes renovare dolorem.'

Videbis similem locum ex Livii proëmio a nobis allatum ad hunc locum Annalium Taciti XVI. 16. Ibi eodem prorsus consilio et voto et sensu veniam etiam petit Livius, res Romanas compositurus, scilicet ob sævitiam proscriptionum Marianarum, quas ingressurus erat, et ob bella civilia continua, quibus Respub. Rom. conflictata, et tandem oppressa est: tot tantisque malis publicis ingemiscit auctor, et statim præfari veniam ac dolorem cogitur.

*Ni cursaturus tam sæva*] Veniam petebat, ne socerum Agricolam laudando, arrogantiæ ambitionisque argueretur: cum jam ea tempora non essent, quibus unicuique vitam alienam suamque narrare in proclivi erat. Nam etsi Trajanus quotidie felicitatem imperii augebat, tamen ut inferius ait, 'tardiora sunt remedia, quam mala:' et: 'ingenia studiaque oppresseris facilius, quam revocaveris.' *Pichena.*

[n] *Legimus, cum*] Itane *legimus?* immo *vidimus.* Nam hæc sub Domitiano gesta, ut in extremo libello indicas, te vivo, atque adeo præsente. *Lipsius.*

Thrasea obtruncatus a Nerone, 'virtutem ipsam exscindere cupiente,' inquit Tac. Ann. XVI. Helvidius Priscus a Vespasiano, quod consilio Eprii Marcelli recte in senatu suadentis aliquot ante annis, obsequi detrectasset, narrante Tac. Hist. IV. 8. *Savilius.*

Ἐνεστῶς, nos scilicet, qui nunc sub Trajano vitam degimus, quibusque tandem legere licet flagitia Domitiani: jam enim aureum illud sæculum advenerat: 'ubi sentire quæ velis, et quæ sentias dicere licet.' Nec

rennio Senecioni Priscus Helvidius laudati[o] essent, capitale fuisse: neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum sævitum, delegato Triumviris[p] ministerio,[q] ut monu-

*Pætum Thraseam*, et *Herennio Senecioni, quod Priscum Helvidium celebrasset; neque ipsos solummodo scriptores punitos, sed etiam monumenta illorum* abolita, *cum triumviris* capitalibus *mandatum* esset, *ut libri illustrissimorum virorum*

## NOTÆ

de se tantum hæc Cornelius dicit, (ut voluit Lipsius,) sed de aliis etiam, qui ea non videre: et nos jam *legimus* sæpe, quod ipsi vidimus. Loquitur Tacitus, quasi post longum et infestum somnium, quasi post novam vitam sub optimo principe, et velut in nova *beatissimi sæculi luce*, qua jam spirare, libere loqui, scribere et legere licuit, quæ antea cum horrore viderant.

[o] *Senecioni Priscus Helvidius laudati*] Rem describit ex parte Plinius l. VII. ep. 19. 'Animus tantum [Fanniæ] et spiritus viget, Helvidio marito, Thrasea patre dignissimus. Reliqua labuntur, meque non metu tantum, verum etiam dolore conficiunt! doleo enim maximam fœminam eripi oculis civitatis, nescio an aliquid simile visuris. Quæ castitas illi! quæ sanctitas! quæ gravitas! quanta constantia! Bis maritum secuta in exilium est; tertio ipsa propter maritum relegata. Nam cum Senecio reus esset, quod de vita Helvidii libros composuisset, rogatumque se a Fannia in defensione dixisset, quærente minaciter Mettio Caro, an rogasset? respondit, Rogavi. An commentarios scripturo dedisset? Dedi. An sciente matre? Nesciente. Postremo nullam vocem cedentem periculo emisit; quin etiam illos ipsos libros, quanquam et necessitate et metu temporum abolitos senatusconsulto, publicatis bonis, servavit, habuit, tulitque in exilium exilii causam.' Primo exularat Helvidius sub Nerone, dein sub Vespasiano; sub quo et occisus est a magistris dominationis. Mox Helvidius filius interfectus a Domitiano.

*Helvidius*] De ultione Helvidii Plinius etiam libros composuerat. Sed post Domitianum ea vindicta et libri. De quibus ipse Plinius l. VII. ep. 30. 'Licet tu mihi bonum animum facias, qui libellos meos de ultione Helvidii, orationi Demosthenis κατὰ Μειδίου confers; quam sane cum componerem, illos habui in manibus, non ut æmularer (improbum enim ac furiosum) sed tamen imitarer.' Forte ultionem Helvidii filii intelligit, cujus exitium in delatorem vindicare potuit pro sua auctoritate et eloquentia Plinius, jam meliore sæculo, et æquiore virtutibus principe.

[p] *Triumviris*] Qui ad Religionem spectabant libri, olim a victimariis facto igne cremabantur in Comitio, senatu statuente et prætore curante. Victimarii illi ministri sacerdotum erant, qui scil. victimas ligabant, cultrum, aquam, molam salsam parabant, &c. Sed nunc qui ad majestatem pertinent libri, a Triumviris capitalibus uruntur, qui loco prætoris forte in id substituti.

At ne intelligas, eorum manu seu ministerio ipso crematos libros. Quippe hi habebant octo lictores sibi apparentes ministrantesque; quorum haud dubie opera accendebatur ignis, quo libri illi cremarentur.

Hi triumviri custodiam carceris habebant et latomiarum, cognoscebant de furibus et servis nequam, et

menta[r] clarissimorum ingeniorum[s] in comitio ac foro[t] ure-

*cremarentur in comitio ac foro. Nempe, hac flamma exstingui putabant sermones*

NOTÆ

in scelerosos animadvertebatur ipsorum interventu, et ad id opera lictorum utebantur.

*Triumviris*] De triumviris non novum. Nam sic Gell. III. 3. 'De Nævio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam, et probra in principes civitatis, de Græcorum poëtarum more dicta, in vincula Romæ a triumviris conjectus esset.'

[q] *Ministerio*] Intellige, *interventu;* sic suppliciis a senatu decretis interveniebat prætor, tanquam pœnæ exactor; ita et ipsi triumviri capitales exigebant pœnam a prætore vel a Senatu constitutam, et per lictores talia exequebantur.

[r] *Ut monumenta*] Herodotus Terpsich. Clisthenes Sicyoniorum Rex cum decrevisset in Argivos bellum, edicto vetuit, ne Homeri versus aut canerentur aut legerentur, quod passim Argos et Argivos deprædicent; prudenter secum animo reputans, quantum turbandis subditorum animis, etiam cum regni periculo, faceret poëma, dictantibus quasi facundiæ gratiis conditum.

Romani quoque, cum inter omnia solicitandæ per intestinos motus Reipublicæ instrumenta, nullum deprehenderent aptius, quam si per editos libros disseminaretur seditionis materia, et res novas molientibus tacitum sic admoveretur calcar, voluerunt, Ædiles et Triumviros Capitales operam dare, ne quieti publicæ ex illis noxa crearetur.

Punico bello secundo, cum mali fatidicorum libri novis sacris licentiam fecissent, scribit Livius l. XXV. 'Incusati graviter ab Senatu Ædiles Triumvirique Capitales, quod non prohiberent.' Atque hic apud Tacitum locus, Triumviros, alius apud eundem designat Ædiles Ann. l. IV. 'Libros Cremutii Cordi per Ædiles cremandos censuere patres.'

Destinatus autem rei isti locus erat in Comitio parte fori Romani. Livius l. XL. 'Libri Numæ de jure Pontificio in Comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.' *Savilius.*

Talia simul curabant Ædiles et triumviri, sed diverso modo; ita, scil. ut Ædilibus talia prohibentibus, persequentibus, aut etiam abolentibus, triumviri ministerium suum, operamque navarent ex officio, ut et in aliis rebus, quæ ad turbidam plebeculam continendam pertinebant.

[s] *Ingeniorum*] Pro ipsis viris doctis, pro facundia et eloquentia, pro ipsis artibus literisque et studiis hic *ingenium* sumitur. Infra: 'ingenia studiaque facilius oppresseris,' &c.

[t] *In comitio ac foro*] Ambigitur, num in foro comitium, an juxta forum. Ego sentio in foro fuisse, et quidem in Romano foro. Ascribam de comitio, quæ memini me legere, ex quibus quid fuerit, et ubi fuerit, facile quis intelliget.

Asconius Ped. in 3. contra Verr. 'Comitium, locus propter senatum, quo coire equitibus et populo Rom. licet:' tangit perite vocis originem, dum *coire equitibus et populo licere*, dicit. Festus: 'Comitiales dies appellabant, cum in comitio conveniebant; qui locus a coëundo, id est, insimul veniendo, dictus est.'

Sex. Rufus in regione octava quæ

rentur. Scilicet, illo igne vocem Populi Romani et libertatem Senatus et conscientiam generis[u] humani aboleri arbi-

*populi Rom. et libertatem Patrum, et cognitionem omnium omnino mortalium, ejec-*

NOTÆ

fori Romani est, locat Comitium. Belle: nam in Comitio erat ficus Ruminalis, P. Victore teste: ficus autem in foro, si Plinio credimus xv. 18. 'Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio, Romæ nata, sacra fulguribus ibi conditis.'

Jam Comitii quis usus? Varro docet 4. de L. L. 'Comitium, ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis, et litium causa.' Plautus Pœn. III. 2. 7. 'Jam istorum nullus nefastu'st, comitiales sunt meri:' (id est, in litigiis versatissimi.) Comitium ergo locus in foro est, et is locus, in quo lites, ut ille ait, discingebantur. *Barclaius.*

*In Comitio*] *Comitium* sic dictum, quod comitiis curiatis populus illic conveniret. Fuit comitium foro conjunctum, immo pars fori, a palatii porta incipiens, et finiens ad templum D. Mariæ Novæ. *Comitium* multis annis tecto caruit, et propterea comitia indicta, sæpe ob tempestatem ingruentem, peragi non potuerunt, immo et dissoluta sunt. Longo autem post tempore, ubi Hannibal in Italiam venit, tectum impositum fuit, idque postea a Cæsare restauratum. In hac parte fori celeberrima plurimæ statuæ fuerunt, item rostra, &c. Ibi spectatu digna populo exhibita, ibi et magna supplicia ostentui proposita; ibi Tiridates pro rostris, ostentatus plebi et veluti triumphatus a Nerone, et similia.

*Foro*] Forum Romanum, fuit inter Capitolinum et Palatinum montes, in octava regione Romæ antiquæ: hodie pars illa Campi *Vaccino*, quæ est inter septemtrionem et occidentem, in regionibus *Campitelli* et *Ripa*, inter ecclesias vulgo dictas, *Santa Maria Liberatrice*, *Sant Adriano*, arcum *Septimii Severi*, et circa ecclesiam vulgo dictam, *Santa Maria della consolatione*. Ex Nardino, Rubeis Falda. *Tillemon.*

[u] *Conscientiam generis*] Cognitio hæc interna et arcana omnium mortalium, quæ simul et secreta ac tacita accusatio fuit scelerum Domitiani: quæ conscientia ad tempus cohibita vi dominationis, pressaque silentio tandem erumpet.

*Conscientiam*] Sic vocat, quia cognitio, seu cogitatio hæc interna et arcana, et premebatur altius, metu infesti principis et delatorum; quæ tamen conscientia, quo magis opprimitur, eo gravior est; non certe tam ipsi qui obtegit et intus recondit, quam ei qui tali infamia laborat in animis hominum. Quod clare patet ex hoc loco Ann. l. XIII. ubi Agrippina apud filium conjurationis accusata sic loquitur: 'Nec ideo aut mihi infamia parricidii, aut Cæsari conscientia subeunda est.' Ubi *conscientia*, secreta infamia est Neroni, hoc meruisse videri, hoc cogitare potuisse matrem hoc voluisse: nec gravius pondus ullum *tali conscientia*. *Secretum illud et silentium* generis humani tamen maxime metuendum: ex secreto illo conscientia propria dominantis maxime exagitatur, nisi penitus obstupuerit. Conscientia illa populi, vox tamen publica est, quantumvis cohibeatur.

*Conscientiam*] Vocat *conscientiam*, quia cognitio hæc interior, nec facile extra pectus prorumpebat, *interdicto* nempe *audiendi loquendique commercio:*

trabantur,[2] expulsis insuper sapientiæ professoribus,[v] atque omni bona arte in exilium[w] acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiæ documentum: et,[3] sicut vetus ætas vidit, quid ultimum in libertate[x]

*tis præterea philosophiæ magistris, atque omnibus bonis artibus in exilium amandatis, ne quid usquam egregium reperiretur. Præbuimus certe exemplum ingens* servitii, seu *tolerantiæ: et, sicut prisca tempora videre, quid extremum in libertate*

2 Frustra tentat Barclayius *arbitrabatur*. Id enim non tantum de Domitiano, sed de ejus scelerum instinctoribus quoque intelligendum. *Brotier.*— 3 Puteol. Alciat. Rhenan. *ut, sicut*. Emendavit Lipsius.

NOTÆ

quæ tamen *conscientia*, silentio, flammis, fumoque evanido aboleri non potuit. Nam sublata tyrannide, statim *redit animus:* nec in potestate hominis est *oblivisci*, quemadmodum et *tacere*.

[v] *Expulsis insuper sapientiæ professoribus*] Sueton. Dom. 10. 'Junium [Tacito Arulenus est] Rusticum [interemit Domitianus] quod Pæti Thraseæ, et Helvidii Prisci [ex Taciti sententia, non Helvidii Prisci, sed Thraseæ solius] laudes edidisset, appellaretque eos sanctissimos viros, cujus criminis occasione, philosophos omnes urbe Italiaque summovit.' Sulpitia, istius temporis poëtria: 'Nunc igitur, qui res Romanas imperat inter Et studia, et sapiens hominum nomenque genusque, Omnia abire foras, atque urbe excedere jussit.'

*Expulsis sapientiæ professoribus*] A. Gellius xv. 11. 'C. Fannio Strabone, M. Valerio Messalla, Coss. SC. de philosophis et rhetoribus Latinis factum est, &c. Neque illis solum temporibus nimis rudibus, necdum Græca doctrina expolitis, philosophi ex urbe Roma pulsi sunt; verum etiam Domitiano imperante, sc. ejecti, atque urbe et Italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus quoque philosophus, propter id SC., Roma decessit.'

[w] *Omni bona arte in exilium*] Sic et Nero fere se gerebat. Plin. III. ep. 5. de avunculo suo: 'Dubii sermonis octo [libros] scripsit sub Nerone, novissimis annis, cum omne studiorum genus paulo liberius et erectius periculosum servitus fecisset.'

[x] *Quid ultimum in libertate*] Hoc dicit: Illi, qui sub primis principibus, expirante libertate, vixerunt, experti sunt, quis esset rerum status, cum civibus Rom. rigida adhuc cervice jugum subeuntibus, principes suam potestatem temperarent, et multa per senatum, nonnulla etiam per populum administrari et fieri paterentur; nec ad sese solos omnium rerum jus revocarent, aut negotiorum omnium judices essent; denique cum adhuc semilibera videretur respublica.

Potest etiam ad illa tempora, et quidem, ut reor, melius referri, quibus respublica per bella civilia jam animam agebat, et libertas in exitium suum turbis et dissensionibus civium præceps agebatur.

*Ultimum* vero *in servitute* vocat idem, cum veluti frænis exsoluta tyrannis in omne nefas prorupit; cum

## NOTÆ

viri boni clarique, exilio, morte, suppliciis afficiuntur; cum delatores præmiis eliciuntur; cumque ipsi servi in dominorum capita subornantur; cum denique princeps avaritia, libidine, sævitia intestabilis, uno quasi ictu rempublicam exhaurit: talis enim rerum status sub Domitiano. *Virdungus.*

*Ultimum* id *in libertate*, cujus felicitati nihil addi; et *ultimum* in servitute, cujus calamitati nihil adjici potest. Utrumque illud cum est, utriusque status mutationem portendit: nempe huic, qui in summa libertate est, quia aliud jam ei non restat, et proxime expectat servitutem ex nimia licentia. Etiam qui in summa servitute est, acceptis a desperatione viribus, magno animo ad libertatem eluctatur. *Boxhornius.*

*Quid ultimum in libertate*] Fingi possint quidam veluti gradus in libertate, ut in servitute: potest populus a libertate degenerare, ut et a servitute. Cum degenerat a libertate, tamen adhuc libertas est, seu licentia; sic et cum a servitute, durat adhuc servitus, sed aliquando strictior duriorque, aut mollior, aut etiam fœdior. Tacit. de mor. Germ. 45. ubi de Sitonibus: ‘ Fœmina dominatur: in tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant.’

*Quid ultimum in libertate esset*] Vel intelligit Tacitus, quod supremum, maximum, seu felicissimum in libertate Rom. vel quod ultimum et extremum fuit; cum, nempe, libertas populi Rom. adhuc tantillum spiraret, jam tamen expiranti similis. Nam opponit hic Tacitus extrema extremis. Si per τὸ *ultimum in libertate*, intelligis summam et maximam libertatem, nempe licentiam, vix mihi persuadeas illud esse quod summum in libertate bonum est. Vix credam summam felicitatem liberæ Reipub. in licentia positam esse. Et si per τὸ *ultimum*, intelligeret Tacitus, quod summum et maximum in libertate sit, puto, non dixisset, *quod ultimum in libertate esset*, sed potius *quod maximum et optimum in libertate est*, ut sic directe opponeret, quod summum bene constitutæ Reipub. et libertatis bonum est, summo malo et exitio ultimo Reipub. quod scil. ultima servitus est, qualis fuit sub Domitiano, aliisque malis principibus.

Igitur cum dicit, *quid ultimum in libertate esset*, intelligit tempus morientis libertatis, quale fuit sub triumviris et Augusto: tum enim manebat adhuc species quædam Reip. et libertatis; at sub sequentibus Cæsaribus exstincta prorsus est libertas, et tum videre cives Romani, *quid ultimum in libertate esset*. At sub Domitiano, seu calvo Nerone, tum *grande patientiæ documentum* dedere: et ea ætas tandem vidit, *quid ultimum in servitute esset*. Et si compares eventum utriusque rei, nempe libertatis ultimæ, et ultimæ servitutis, animadvertes parem utriusque exitum fuisse: quia nempe exstincta est libertas sub prioribus principibus, et tum *ultimum* libertatis expirantis fuit, et prima initia servitutis Romani tum sensere. Sic et post Domitianum exstincta servitus illa ultima, et illo exstincto sublatoque, tandem renovata Respublica, et velut e cineribus suis emersit rursus nova civium libertas, sub felici imperio Nervæ, Trajani, et aliorum principum sequentium; ut optime tradit Sueton. Domit. 23. ‘ Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse, gibbam sibi pone cervicem auream enatam: pro certoque habuisse, beatiorem post se lætioremque portendi statum Reipub. sicut sane brevi evenit, abstinentia et moderatione inse-

esset, ita nos, quid in servitute, ademto per inquisitiones[y] et[4] loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam[z] cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci, quam tacere.

*esset, ita nos, quid in servitute* ultimum foret, *ablata* nobis *per informationes colloquii seu miscendi sermonis libertate. Et ipsam etiam memoriam amisissemus una cum sermone, si perinde penes nos esset facultas obliviscendi atque silendi.*

4 Lipsius vellet *etiam loquendi.* At veteribus scriptoribus sæpe *et* pro *etiam* usurpatum. *Brotier.*

NOTÆ

quentium principum.' Itaque post Augustum desiit, quod ultimum in libertate est, et post Neronem, dein et Domitianum, quod ultimum in servitute; et tum rediit libertas, seu mixtus feliciter libertate principatus.

[y] *Per inquisitiones*] Quod non novum, sed jam olim usurpatum a malis dominantibus. Plutarch. libell. de Curiositate: 'Primus itaque Darius minor, quosdam habebat auscultatores, quos ὠτακουστὰς vocant, sibi ipsi diffidens, nullosque non suspectos habens ac timens.' Et Dionysius de Tarquinio Superbo: 'Erant illi dispersi passim exploratores quidam et inquisitores eorum, quæ dicerentur, aut agerentur: et illi in vulgus ignoti, sermones miscebant cum proximis; et quandoque ipsi obtrectare tyranno incipiebant: sicque explorabant et expiscabantur, quid alii de eo sentirent.'

[z] *Memoriam..ipsam*] Memoria non perdita prorsus, sed certe obliterata, et quasi exstincta vox senatus et procerum: ita ut neque censerent, aut dicerent, nisi tristia, impia, et nefanda. Quod facunde exequitur Plinius l. VIII. epist. 14. 'Priorum temporum servitus, ut aliarum optimarum artium, sic etiam juris senatorii oblivionem quandam et ignorationem induxit. Quotus enim quisque tam patiens, ut velit discere, quod in usu non sit habiturus? Adde, quod difficile est tenere, quæ acceperis, nisi exerceas. Itaque reducta libertas rudes nos et imperitos deprehendit; cujus dulcedine accensi, cogimur quædam facere, antequam nosse. Erat autem antiquitus institutum, ut a majoribus natu, non auribus modo, verum etiam oculis disceremus, quæ facienda, mox ipsi, ac per vices quasdam tradenda minoribus, haberemus. Inde adolescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere dum sequuntur, assuescerent. Inde honores petituri assistebant curiæ foribus, et consilii publici spectatores, antequam consortes erant. Suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat, maximus quisque et vetustissimus pro parente. Quæ potestas referentibus, quod censentibus jus, quæ vis magistratibus, quæ ceteris libertas; ubi cedendum, ubi resistendum; quod silendi tempus, quis dicendi modus, quæ distinctio pugnantium sententiarum, quæ executio prioribus aliquid addentium, omnem denique senatorium morem (quod fidelissimum percipiendi genus) exemplis docebantur.'

Infra: 'Iidem prospeximus curiam; sed curiam trepidam et elinguem; cum dicere, quod velles, periculosum; quod nolles, miserum esset.

3. Nunc demum redit animus: et[1] quanquam, primo statim beatissimi sæculi ortu, Nerva Cæsar res olim dissociabiles miscuerit, Principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem[2 a] Imperii Nerva Trajanus, nec spem

*Nunc tandem respirat animus ; et quamvis, primo statim felicissimæ ætatis initio, Nerva Cæsar res antiquitus infensas sociaverit, imperium atque libertatem, et Reipub. prosperitatem augeat in dies Nerva Trajanus, et jam tranquillitas publica,*

1 Bipont. emendant *animus: sed*.... Verum *et* sæpe apud nostrum idem valet. *Oberl.*—2 Ita veteres Edd. aliæque quam plurimæ. Nec *facilitatem*, ut ait Cl. Ernestus, sed *felicitatem* habet Puteolanus. *Facilitatem* emendavit Beroaldus; quem quidam sunt secuti. Utrumque non incommodo sensu.

NOTÆ

Quid tunc disci potuit? quid didicisse juvit, cum senatus, aut ad otium summum, aut ad summum nefas vocaretur, et modo ludibrio, modo dolori retentus, nunquam seria, tristia sæpe censeret? Eadem mala jam senatores, jam participes malorum, multos per annos vidimus tulimusque; quibus ingenia nostra in posterum quoque hebetata, fracta, contusa sunt.'

[a] *Augeatque quotidie felicitatem*] Juxta Venetum, τὸ *felicitatem* prætuli. *Pichena.*

Omnino scripserat Tacitus *facilitatem*. Aperte ad Trajani *simplicitatem morum* alludit, quam ei tribuunt omnes historici: potest et *facilitas* ista de imperii ipsius tranquillitate accipi. *Colerus.*

*Facilitatem imperii* scripsit, quia de mistione principatus ac libertatis præmiserat. *Acidalius.*

*Facilitas imperii* maxime cernitur in eo, si princeps non ad suum unius nutum et arbitrium omnia revocet; sed et cum ceteris rempublicam communicet, adeoque infinitam potestatem ac liberam restringat, ac veluti in ordinem cogat. *Virdungus.*

*Augeat quotidie facilitatem imperii*] Legunt *felicitatem*. Sed discrimen est inter *felicitatem* et *facilitatem imperii*. Felicitas imperii habet *facilitatem*, et multa alia bona præterea continet.

*Facilitas imperii*, de qua hic Tacitus, recte explicatur et clare his aliis Taciti verbis; et licet de Agricola ipso prolata sint Agric. 19. attamen optimo prudentissimoque principi maxime conveniunt: 'Omnia scire, non omnia exequi [id est, persequi, seu vindicare]; parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contentus esse.'

Et certe *facilitas* in principe idem est ac lenitas et indulgentia, seu clementia; quod recte expressit Bonfinius IV. in oratione Joannis Transylvaniæ Vaivodæ ad Mathiam primum Hungariæ regem: 'Nulla in regia majestate virtus plus dignitatis habet, quam ipsa clementia; qua Deum reges propius accedunt. Quid enim magis regium est, quam vincere se ipsum, parcere supplicantibus; et errata mortalium, cum tuto fieri potest, facilitate potius, quam severitate vindicare?'

Inscriptio tamen apud Gruterum pag. 229. legitur: QUANDO. EUM SÆCULI. FELICITAS. ORBI. TERRARUM. RECTOREM. EDIDIT. Sed *facilitas imperii* seu principis, est vera *sæculi felicitas:* et unde *securitas publica*, de

modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur, assumserit: natura tamen infirmitatis humanæ tardiora sunt remedia, quam mala; et, ut corpora[3] lente augescunt, cito exstinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius, quam revocaveris. Subit quippe etiam ipsius inertiæ dulcedo:[b] et invisa primo desidia postremo amatur. Quid?[c] si per quindecim annos,[d] grande[e] mortalis ævi spatium, multi[4] fortuitis casibus, promtissimus quisque sævitia Principis, interciderunt? Pauci, et, ut ita[5] dixerim, non

*non solum spem votumque, sed et ipsius voti possessionem vimque ac securitatem obtinuerit: attamen ex indole homini innata et per imbecillitatem insitam mortalibus, lentius procedunt remedia, quam mala; et, quemadmodum corpora* hominum *serius adolescunt, et protinus intereunt, ita ingenia et artes citius exstinxeris, quam instauraveris. Quippe arrepit* animis sensim *ipsius etiam otii ac desidiæ illecebra: et quæ primo odiosa* erat *inertia, tandem diligitur. Quid? si per quindecim annos, ingens humanæ vitæ intervallum, plurimi variis fortunæ casibus* absumti, *et constantissimi quique immanitate imperatoris intercepti sunt? Pauci, et, ut ita*

Probabilior tamen, *felicitas.* Brotier.—3 Ms. Vatic. 3429. *ut corpora nostra.* —4 Sic bene Lipsius. Male Mss. et veteres editiones, *multis.* Brotier.— 5 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Vatic. et veteribus editionibus, *et uti dixerim.* Brotier. Copulam recte sustulere Bipont. *Oberl.*

NOTÆ

qua infra, nisi ex facilitate dominantis? Unde et *Optimi* cognomen, forte Trajano datum. Forte *facilitas imperii* dicta, ut directe opponeretur adducto imperio, et immani sævitiæ Domitiani, quæ adhuc in oculis erat.

[b] *Subit quippe ipsius inertiæ dulcedo*] Sic Ausonius ad Paulinum: 'Agnosco pudorem; Quod vitium fovet ipsa suum cessatio jugis: Dumque pudet tacuisse diu, placet officiorum Non servare vices: et AMANT LONGA OTIA CULPAM.' Et Apuleius: 'desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit.'

[c] *Quid*] Τὸ *Quid* potest referri ad antecedentia, hoc sensu: *Quid* erit? seu quam longe difficilius et tardius revocabuntur *ingenia* studiaque, si per quindecim annos tot docti viri perire? Vel ad sequentia sic: Quid si per quindecim annos tot et tanti viri interciderunt? jam certe nos *pauci* senes, *superstites* non modo aliis, sed et nobis ipsis sumus: viximus, sed quasi mortui: supersunt adhuc et vivunt quidem senes, sed quasi non viverent. Namque hi artium et laborum jam incapaces facti longa desidia, et jam senio fluxa ipsorum ingenia. Sic sibi post mala ea tempora, quasi post extrema fata, non solum aliis, qui periere, sed et sibi ipsis, superstites sunt et exangues; certe et inanimes senes quoad artes, quoad ingenia et studia pertinet.

[d] *Per quindecim annos*] Hoc enim temporis ambitu definitur Domitiani imperium. *Savilius.*

[e] *Grande*] Et præcipue cum e medio hominis ævo, quæ pars vitæ melior, quindecim anni eximuntur, ut habet ipse Tacitus: 'exemtis e media vita tot annis, quibus juvenes ad senectutem, senes ad exactæ ætatis terminos venimus.'

modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus;[f] exemtis e media vita tot annis, quibus juvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos exactæ ætatis terminos, per silentium[g] venimus. Non tamen pigebit, vel incondita ac rudi voce, memoriam prioris servitutis,[6] [h] ac testimonium[i] præsentium

*dicam, superstites sumus, non modo aliis, sed etiam et nobis* ipsis, *abreptis e medio vitæ spatio tot annis, quibus juvenes ad senium* pertracti, et *senes fere ad ipsos affectæ ætatis terminos per silentium rapti sumus. Haud tamen pœnitebit, licet ineleganti et incomta oratione, condidisse historiam præteriti servitii, ac documentum*

6 Sic bene adhuc Lipsius. Perperam in veteribus editionibus, *prioribus senectutis.* Quidam emendabant, *severitatis.* Brotier.

NOTÆ

[f] *Nostri superstites sumus*] Seneca ep. 30. 'Vivere tanquam superstes sibi.' Apuleius Metam. l. 1. 'Ipse mihi supervivens et postumus.' *Pichena.*

[g] *Per silentium*] Nempe prohibito per tot annos audiendi, studendi, philosophandique, ac loquendi scribendique commercio.

[h] *Memoriam prioris servitutis*] Per hanc *servitutis memoriam*, intelligit, nisi fallor, historiarum libros: per *testimonium præsentium bonorum*, volumen animo designatum, scribendis scil. Nervæ et Trajani temporibus, (ut historiarum docet præfatio,) sed, ut ego quidem sentio, non perfectum. *Savil.*

*Prioris*] Bene Lipsius restituit, *prioris servitutis;* nam opponit hic Tacitus *priorem servitutem*, quam nempe servierant Romani sub Domitiano, *præsentibus bonis*, seu præsenti felicitati libertatique, qua læti cives ceterique mortales fruebantur nunc sub optimo principe Trajano.

Nec extendi hoc loco debet memoria *prioris servitutis* usque ad historias et Annales Taciti, neque ad imperia Tiberii, Caii, et Neronis, ut volunt doctissimi viri. Nam præcise hoc loco per *priorem servitutem*, intelligit tantum Tacitus memoriam servitutis quam modo passi erant sub Domitiano. Quam servitutem retractare et renovare invitus nunc cogitur, narrando vitam Agricolæ soceri; opponitque mala tempora Domitiani felici sæculo quo tum imperabat Nerva Trajanus, cum ipse hancce historiam domesticam componeret.

Neque etiam intelligas, per *testimonium bonorum præsentium*, libros, quibus Tacitus historiam Nervæ et Trajani composuerit, aut saltem agitarit animo: hic sensus Taciti est, vel memoriam pristinæ servitutis, hoc ipso, *testimonium* et argumentum amplissimum esse præsentis felicitatis; vel hoc ipsum, quod historiam *prioris* seu præcedentis *servitutis* componere ausus sit, *testimonium* esse locupletissimum præsentis libertatis, qua *sentire quæ velis, et quæ sentias dicere licet.* Ita ut *memoriam prioris servitutis* componere, ac *testimonium præsentium bonorum* exhibere, hic prorsus unum et idem sit.

Respicere tamen hic Tacitus potuit, ad historias, non quidem præcise bellorum civilium, aut quibus tempora Vespasiani et Titi scripserat; sed ad libros illos historiarum; quibus res Domitiani composuerat, quo dominante jam incubuit certe tota illa et ultima servitus. Nam in genere loqui videtur hic: *Non tamen pigebit*...memoriam prioris servitutis,

bonorum composuisse. Hic interim liber honori Agricolæ, soceri mei, destinatus, professione pietatis aut laudatus erit, aut excusatus.

4. CNÆUS Julius Agricola,[j] veteri[1] et illustri Forojuliensium[k] colonia ortus, utrumque[l] avum Procuratorem Cæsarum habuit: quæ Equestris nobilitas[m] est. Pater Julius[2] Græ-

*præsentis felicitatis. Hoc interim opus, in decus Agricolæ, soceri mei, compositum, professione caritatis, aut commendabitur, aut excusabitur.*

*Cnæus Julius Agricola, vetusta et celebri Forojuliensium civitate oriundus, duos avos* suos *habuit procuratores principum: quæ claritudo equestris est. Pater* ejus *Julius*

1 Gronov. scribit *vetere*.—2 In Mss. Vatic. et veteribus editionibus, *pater*

NOTÆ

ac testimonium præsentium bonorum composuisse; dein separatim loqui videtur de libro hoc soceri gloriæ destinato: qui tamen liber, ut et libri historiarum Domitiani, testimonium esse possit præsentium bonorum sub Trajano. Forte de utrisque libris intelligit indistincte.

[i] *Ac testimonium*] Quia non potuit memorare servitutem sub priori dominatione, Domitiani scil. toleratam, quin simul exhiberet specimen ac documentum præsentis felicitatis, qua jam fruebantur sub Trajano; nimirum, facta comparatione utriusque principatus.

[j] *Cnæus Julius Agricola*] Ad quem pertinere videri epigramma quoddam Antiphili, probabiliter observavit Jo. Brodæus libro I. Ἀνθολογ. εἰς θάνατον. *Lipsius.* Rarum *Cnæi* vocabulum.

[k] *Forojuliensium*] Forum Julium urbs in littore Narbonensi sita, Massilia distans 75. milliaribus, ex Strabonis l. IV. sententia. Fuerunt ejusdem nominis aliæ, sed infra hujus celebritatem. Ut nunc se habet, describit optime (ut et alia omnia) eximius Galliæ Cancellarius Michaël Hospitalius Epist. l. v. 'Inde forum Juli parvam nunc venimus urbem. Apparent veteris vestigia magna theatri, Ingentes arcus, et thermæ, et ductus aquarum; Apparet moles antiqui diruta portus, Atque ubi portus erat, siccum nunc littus et horti.' *Forum Julii* Galliæ Narbonensis est celebre oppidum, Cæsare procul dubio conditore; cujus mentio in quadam Planci epistola ad Ciceronem: hæc etiam Φόρος Ἰούλιος *Commonorum* Ptolemæo, *Octavanorum colonia*, quæ *Pacensis* appellatur, et *Classica* Plinio lib. III. Nat. Hist. cap. 4. *Virdungus.*

*Forojuliensium*] Forum Julii, urbs Oxybiorum populorum, in Viennensi Tertia, Galliæ Narbonensis provincia: hodie *Frejus* urbs provinciæ *Provence*, in ora meridionali regni Franciæ. *Tillemon.*

[l] *Utrumque*] Nempe paternum ac maternum.

[m] *Equestris nobilitas*] Sic alibi, *equestre fastigium.* Sic et Sueton. ubi de senatu et equite, hos vocat 'augustissimos ordines:' et procuratores Cæsaris sæpe asciti ex equitibus, vel ob meritum plebeii seu liberti aureis annulis ornati: et ordo equestris destinatus procurationibus amplissimis; unde opes immensæ, et auctoritas supra senatores et patricios. Hinc *insignes, illustres,* et *splendidi* dicti equites Rom.

cinus,[n] Senatorii ordinis, studio eloquentiæ sapientiæque notus,[o] iisque[3] virtutibus iram Caii Cæsaris meritus: namque M. Silanum accusare[p] jussus, et,[4] quia abnuerat, interfectus est. Mater Julia Procilla[q] fuit, raræ castitatis: in

*Græcinus, senatoriæ dignitatis, eloquentiæ et philosophiæ doctrina clarus, hisque egregiis artibus indignationem Caii principis incurrit: nam cum accusatio Marci Silani* ipsi *imperata foret, quia recusarat, interemtus est. Mater* illius *Julia*

*Julii Julius.*—3 Ms. Vatic. 3429. *iisque ipsis virtutibus.*—4 *Et* omissum vellet

## NOTÆ

*Equestris nobilitas*] Suet. Vit. 2. 'Eques certe Rom. et rerum Augusti procurator.'

*Equestris nobilitas*] Vertunt, quasi procuratio istiusmodi dignitas esset, seu administratio, quæ daretur solis equitibus Romanis. Certe ut plurimum procurationes fisci dabantur equitibus Romanis. Sed sensus Taciti hic præcise est, procuratores Cæsaris, aut fuisse ordinis equestris, aut certe nobilitate et splendore æquales equitibus. Non enim semper equestri fastigio erant tales procuratores, sed ditati et ornati, quamvis liberti vel plebeii forent, sic a Cæsare tandem, vel ultro ipsa opum vi, et ex censu equestri, fiebant equites Romani; et gratia Cæsaris sufficiebat: simul aderant auctoritas, opes, splendida matrimonia et nobilitas insignis equitis, et quandoque superabant etiam illustres equites, et illustribus ipsi illustriores evadebant, erantque 'candidati summi gradus equestris,' ut habet Sueton. de Icelo Galbæ liberto.

[n] *Julius Græcinus*] De quo Seneca de Benef. libro II. 'Si exemplo magni animi opus est, utemur Græcini Julii viri egregii, quem C. Cæsar occidit, ob hoc unum, quod melior vir esset, quam esse quenquam tyranno expediret.'

Et epistola 29. 'Julius Græcinus vir egregius.' Scripsit de re rustica, aut certe de vineis, ex Columella, libro I. capite 1. 'Julii Antici velut discipulus, duo volumina similium præceptorum de vineis, Julius Græcinus composita facetius et eruditius posteritati tradenda curavit.'

Citat et Plinius eundem inter scriptores, Indice libri XIV. et XV. *Lipsius.*

[o] *Notus*] Id est, nobilis, clarus: sic alibi Tacitus, *notos equites*, id est illustres, insignes.

[p] *M. Silanum accusare*] M. iste Silanus socer Caligulæ: quibus rebus ejus iram incurrerit, exponit Dio Cassius libro LIX. ubi eundem fuisse in tanto honore apud Tiberium refert, ut is nunquam ferre sententiam de causa, in qua facta fuisset ab illo provocatio, voluerit; sed ipsi omnes hujusmodi causas remiserit. Meminit ejusdem et noster Annal. lib. III. cum elogio insignis nobilitatis et eloquentiæ. Fuit proconsul Africæ, quam provinciam ei ademit Caligula, Tac. lib. IV. unde initium offensionum: 'humanum est odisse, quem læseris.'

[q] *Mater Julia Procilla*] Fœminas Romanas duobus usas fuisse nominibus compertum est. *Procilla* a Proculo formatum nomen: ut et *Procillus.* Fuit autem *Proculus* prænomen Juliorum, et hoc prænomine ille Julius appellabatur, qui 'affirmavit se Romulum vidisse augustiore forma quam fuisset,' ut Florus loquitur; unde mater Agricolæ prænomine

hujus sinu[r] indulgentiaque educatus,[s] per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium, præter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerit,[5 t] locum Græca[u] comitate et provinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Memoria teneo, solitum ipsum narrare, ' se in prima[6] juventa studium philosophiæ acrius, ultra quam[7] concessum Romano[v] ac Senatori, hausisse, ni prudentia matris incen-

*Procilla fuit, eximiæ sanctitatis* fœmina; *in cujus gremio indulgentiaque enutritus, per omnem optimarum artium eruditionem pueritiam atque adolescentiam traduxit. Præter bonam ipsius incorruptamque indolem,* etiam *removebat illum a vitiorum delinimentis, quod a tenera ætate statim nactus sit literarum sedem* simul *et magistram Massiliam, quæ civitas Græca urbanitate et provinciali frugalitate temperata ac recte constituta est.* Quin et *recordor memorasse ipsum sæpe,* se initio juventæ appetiisse doctrinam sapientiæ vehementius et acrius, quam Romano fas sit, ac senatori, nisi sapientia matris promtum ardentemque juvenem retinuisset.

Acidalius.—5 Ita veteres et recentiores editiones. Lipsius, *habuerat.* Mallet Ernestus, *haberet.*—6 Ms. Vatic. 3429. *prima in juventa.*—7 Lipsius putat emendandum, *ultraque.* Contra Pichena, cui consentit Gronovius, pro *acrius* correxit *ac juris.* Minime displicet vulgata scriptura. *Brotier.* Bipont. re-

## NOTÆ

suæ gentis, *Procilla* docte nominatur. *Barclaius.*

[r] *In hujus sinu*] Sidonius Apol. Epist. v. 16. ' Roscia te salutat, quæ in aviæ amitarumque indulgentissimo sinu, quod raro nepotibus contingit alienis, et cum severitate nutritur.' *Pichena.*

[s] *Indulgentiaque educatus*] Hoc idem fere Plin. lib. VII. epist. 24. de nepote Numidiæ Quadratillæ: ' Conspicuus forma .... vixit in contubernio aviæ, delicate, severissime tamen et obsequentissime.'

[t] *Massiliam habuerit*] Strabo lib. IV. ' Hoc tempore Romana nobilitas literarum studiosa Massiliam se confert, ante solita se conferre Athenas.' Alibi idem tribuit Massiliensibus laudem ' temperantiæ et modestiæ.' *Savilius.*

*Massilia*] Urbs Commonorum populorum ad oram, in Viennensi Prima, Galliæ Narbonensis provincia: hodie *Marseilles,* ad oram, in regno Franciæ ad meridiem. *Tillemonius.*

[u] *Græca*] Græcia, regio et peninsula Europæ in latere meridionali, ad mare Adriaticum, Ionium, Siculum, et Ægæum. Hodie pars est major præfecturæ *Romeliæ,* cum *Insulis* adjacentibus, sub præfecto *Maris* vel *Insularum,* in Turcico imperio Europæo, ut plurimum. *Tillemonius.*

[v] *Studium philosophiæ acrius, ultra quam concessum Romano*] Sic vulgo: at quod vox *acrius* corrupta sit, nemo, ut opinor, ambiget; Lipsius tollendam censet, quasi glossema. Ego repono, *philosophiæ ac juris.* Nam constat illius ævi oratores philosophiæ ac juri operam dedisse.

Auctor Dialogi de causis corr. eloq. ' Ideoque et juris civilis scientiam veteres oratores comprehendebant, et grammatica, musica, et geo-

sum ac flagrantem animum coërcuisset.' Scilicet, sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem excelsæ magnæque[8] gloriæ vehementius, quam caute, appetebat:

*Nempe, alta excelsaque indoles speciem ac splendorem sublimis ingentisque decoris ardentius, quam prudenter, amplectebatur: dein* ardorem *compescuit ratio et ætas:*

cepere *ultraque.*—8 Ms. Vatic. 3429. *magnæ excelsæque.*

NOTÆ

metria imbuebantur.' Et adhuc alibi clarius: 'Qui si forte hoc audierint, certum habeo dicturos, me, dum juris et philosophiæ scientiam, tanquam Oratori necessariam laudo, ineptiis meis plausisse.' Ciceronem etiam utramque facultatem didicisse, omnes sciunt. De philosophia res non indiget probatione.

De jure ipsemet, libro I. De leg., Atticum inducit ita loquentem: 'Nam a primo tempore ætatis juri studere te memini, cum ipse etiam ad Scævolam ventitarem: neque unquam mihi visus es ita te ad dicendum dedisse, ut jus civile contemneres.'

Quod ipse Agricola utrique scientiæ studuisset, testatur Tacitus infra: 'frustra studia fori, et civilium artium decus, in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet.' *Pich.* Nihil probat hic locus.

Forte scripserat, *philosophiæ acrius, ultra quam concessum Romano:* ita ut comma post vocem *acrius,* sit pro conjunctione, *et,* scil. pro *acrius et ultra;* vel glossema est. Forte ediderat, *acrius, et ultra;* vel *ultraque.*

*Studium philosophiæ*] Quid mirum, si sapientiam, si reginam omnium artium tantopere diligat excelsi animi juvenis, a natura sapientia præcellens? Aristippus dicebat, eos, qui liberalibus imbuti disciplinis, philosophiam negligerent, similes esse procis Penelopes; quod hi cum Melanctone et Polydora ancillis rem habuerint, et omnia potius se habituros speraverint, quam dominæ nuptias. Sensit, liberales disciplinas esse, velut pedissequas philosophiæ moralis; quæ cum primis sit adhibenda, et cujus gratia reliqua discuntur omnia. Simile quiddam dixisse fertur, et Aristo de Ulysse, qui cum descendisset ad inferos, ait illum cum omnibus fere Manibus fuisse collocutum, cum ipsam reginam ne videre quidem potuerit. Plut. Apophth.

*Acrius ultra*] Nihil hic de jure, ut puto, ascriptum, nisi forte quod etiam sapiens dictus sit, qui juris civilis peritus erat; vel, vice versa. Sic de Lælio Tullius: 'Unum te sapientem et appellant, et existimant: tribuebatur hoc modo M. Catoni. Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem: sed uterque alio quodam modo. Acilius, quia prudens esse in jure civili putabatur, Cato, quia multarum rerum usum habebat. Multaque ejus et in senatu et in foro vel provisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur.' Nihil hic de *jure* Tacitus.

*Quam concessum Romano*] Romanum decere potius videbatur militaris virtus, et belli gloria; studia autem illa philosophiæ reservata otiosis Græculis. Virgilius: 'Tu regere imperio populos, Romane, memento.' Imperium autem armis habetur, obtinetur, regitur.

mox mitigavit ratio et ætas : retinuitque,[x] quod est difficillimum, ex[9] sapientia modum.[y]

5. Prima castrorum rudimenta in Britannia[z] Suetonio[a] Paulino, diligenti ac moderato Duci, approbavit :[b] electus, quem contubernio æstimaret.[1 c] Nec Agricola licenter, more

*servavitque, quod maxime arduum est, ex sapientia* sapientiæ *modum.*

*Prima belli stipendia meruit in Britannia sub Suetonio Paullino, duce strenuo atque modesto, cui se laudabilem præstitit ;* ab ipso *dilectus, quem domo comitatuque approbaret. Neque per lasciviam Agricola, ad instar juvenum, qui bello in*

9 Conjicit Lipsius, *et sapientiæ modum.* Utrumque bene. Sed per *sapientiam* intellexisse *philosophiam* puto, aut usurpasse populariter pro quavis rerum notitia et libidine judicandi. *Brotier.*

1 Tentat Ernestus, *adhiberet.* Eleganter dictum, *æstimaret.* Brotier. Bi-

## NOTÆ

[x] *Retinuitque, &c.*] Sic vertit Alamus Hispanus : Retinuit, quod est in sapientiæ philosophiæque studio difficillimum, ostentationem doctrinæ : in summa sapientia, ex sapientia ipsa modum servare didicit.

*Quod est difficillimum*] Quasi a recenti lectione Ciceronis caluisset, lib. I. de finib. ' Qui autem, si maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, et difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod, semel admissum, coërceri reprimique non potest : ut propemodum justioribus utimur illis, qui omnino avocent a philosophia, quam iis, qui rebus infinitis modum constituant ; in reque eo meliore, quo major sit, mediocritatem desiderant.'

[y] *Ex sapientia modum*] Immo hoc docet et præit sapientia, servare *modum.* Forte *et sapientiæ modum.* Difficile omnibus studiis temperare, sed huic utique. *Lipsius.*

*Ex sapientia*] Ex sapientiæ amore, et ex sapientia ipsa, eum etiam fructum percepit, quod et ipsius sapientiæ modum tenuit. *Ex sapientia,* sapientiæ modum *retinuit.*

[z] *Britannia*] Albion vel Britannia major, insularum Britannicarum maxima, in Oceano occidentali : hodie vocamus *la Grande Bretagne ;* in qua regna Angliæ et Scotiæ. *Tillemonius.*

[a] *Suetonio*] Meminit hujus noster diversis locis, et Dio. Etiam apud Plin. lib. v. 1. fit mentio expeditionis ejus in Mauros, et superati ab eodem primo Romanorum Atlantis montis.

[b] *Approbavit*] Ita se gessit Agricola primis militiæ annis, ut tirocinium ejus laudaret approbaretque Paulinus. Hoc magni ac summi decoris fuit, tanto duci approbasse virtutem et prima stipendia.

[c] *Contubernio æstimaret*] Inter comites imperatoris erant honestiores multi, qui amicitiæ causa, aut militiæ, sponte eum sequebantur. Hi *e contubernio* prætoris, aut *contubernales* ejus dicebantur, quoniam eadem illi pedatura (de qua Polyb. lib. VI.) tendebant. Immo senatorum filii et tale nobiliorum genus comitari ita magistratus solebant.

Et sane hic utilitas clara, quod juventus caste modesteque agebat in oculis et in latere ducis ; quod sermonibus sæpe militaribus et interdum consiliis intererat : denique duces agere, ut Plinius admonet, parendo discebant.

juvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter, ad voluptates et commeatus[d] titulum Tribunatus[e] et inscitiam[f] retulit: sed noscere provinciam,[g] nosci exercitui, discere a peritis, sequi[h] optimos, nihil appetere jactatione,[2 i] nihil ob formidinem recusare, simulque[3] anxius et intentus

*licentiam abutuntur, neque ignave, honorem tribunatus, et* militiæ *imperitiam vertit ad oblectamenta, aut abeundi a signis et statione licentiam: sed cognoscere regionem ac socios, agnosci legionibus, institui ab eruditis, sectari egregios, nihil ambire per ostentationem, nihil ob metum renuere, simulque solicite et caute agere. Nun-*

pont. vellent *admoveret.*—2 Ms. Vatic. 3429. et Puteolanus, *in jactationem.* Beroaldus, omissa præpositione, *appetere jactationem.* Emendavit Rhenanus, *ob jactationem.* Minutianus et recentiores, *jactatione.* Brotier.—3 Sic Ryckius et Gronov. cum Bipont. Brotierus ex Ms. Vatic. 3429. *simulque et anxius.*

## NOTÆ

Similiter Cicero inter laudes Plancii; quod 'adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic ab illo sanctissimo viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo, et adolescentuli modestissimi pudor postulavit.' *Virdungus.*

[d] *Et commeatus*] *Commeatus* nihil est aliud, quam venia, et jus absentiæ a signis, concessæ a duce, per causam quamcumque. Sic et Hist. I. 'Pars manipuli sparsa per commeatus.' *Gronovius.*

[e] *Titulum Tribunatus*] Id sic, quia tribunatus inter initia seu prima rudimenta belli; quod spectat ad juvenes nobiliores et splendidiores; qui hoc gradu seu tirocinio ad altiora statim nitebantur. Inter *equestres militias* fuit tribunatus ille militum: sicque spectabat ad juvenes *honestiores.* Quare et hic *inscitiam* adjungit tribunatui.

*Titulum Tribunatus*] Plin. lib. VIII. epist. 23. de Junio Avito. 'Quod ille obsequium Serviano exactissimo viro præstitit? quem legatum tribunus ita dilexit, et cepit, ut ex Germania in Pannoniam transeuntem, non ut commilito, sed ut comes assectatorque sequeretur.'

[f] *Et inscitiam*] Nam immo necesse est, ut adolescens statim pernoscat copias imperii et Reipub. et hostium vires; hoc est, equitatum, peditatum, robur animorum, vires corporum, genus armorum, disciplinam, ærarium, uber soli, annonam, opes, inopiam, interiora, exteriora, ingenia, virtutes, vitia, aditus ad provinciam, qui faciles, qui difficiles, vicinas et conterminas ac fœderatas gentes: exploranda, vallum, fossa, murus, propugnacula, numerus ac virtus propugnatorum, aliaque munimenta, ardua et declivia, plana, edita, lata, angusta, locorum accessus et recessus, sylvas, itinera, flumina, maria, portus, emporia, &c.

[g] *Noscere provinciam*] Sallust. 2. ad Cæs. 'Mihi studium fuit adolescentulo, &c. uti Rempub. domi militiæque, quantumque armis, viris, opulentia posset, cognitum habere.'

[h] *Sequi*] Imitari, æmulari, forte et comitem se dare optimis illis.

[i] *Jactatione*] Rhenanus *ob jactationem.* Venetus, *in jactationem;* alii libri particula utraque vacui. Scribo, *appetere jactatione.* Lipsius. Forte per *jactationem.*

agere. Non sane alias exercitatior,[4] magisque in ambiguo Britannia fuit: trucidati veterani, incensæ coloniæ,[5 j] intercepti[6 k] exercitus: tum de salute, mox de victoria, certavere. Quæ cuncta, etsi consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum et reciperatæ provinciæ gloria in Ducem cessit; artem[7 l] et usum et stimulos addidere juveni: intravitque animum militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex mala.

*quam certe alias magis exercita, magisque in incerto Britannia fuit: obtruncati veterani, crematæ coloniæ, circumventæ legiones: tum de incolumitate, postea de victoria dimicavere. Quæ omnia, quamvis ductu atque auspiciis alterius* ducis *gerebantur, ac summa belli imperiique ac receptæ provinciæ decus penes legatum fuerit;* hæc tamen *artem, experientiam, et gloriæ incitamenta adjecere juveni: incessitque animum bellici decoris cupido, infesta* his *temporibus, quibus maligna erga præcellentes* viros *interpretatio, nec minus discrimen ex magno decore, quam ex probro aut flagitiis.*

—4 Acidalius correxit *exercitior*.—5 Mallet Lipsius, *incensa colonia*; quod una colonia Camalodunum incensa feratur Annal. XIV. 31. At hæc ἐωφατικῶς dicta. *Brotier*.—6 Brotierus edidit *intersepti exercitus*, et ita Ms. Vatic. 3429. sic quoque placebat Freinshemio aliisque eruditis viris. Multitudine enim, inquit, barbarorum circumventos esse exercitus, ut dictum est supra Annal. XIV. 32. In libris editis, *intercepti*, quod et retinent Bipont.—7 Mallet Lipsius, *attamen et usum*. Verum intelligi potest, *artem tamen et usum*. Sæpe omittitur, *tamen*. Per *artem* illam intelligit militandi, et quomodo agendum cum hoste, quis capiendus pugnæ locus, qua forma disponenda acies, ubi præsidiis opus,—Ab hac multum differt artis *usus*; is enim cædes est hostium et victoria, et magnarum regionum occupatio, et fama gloriaque. Vide Ann. II. 21. *Brotier*. Lipsii *attamen* probant Bipont.

NOTÆ

j *Incensæ coloniæ*] Camalodunum et Verulamium. Sed posterius hoc erat municipium, non colonia, si voces stricte sumimus. *Savilius*.

Recte *incensæ coloniæ*, pro genio Taciti. Nam præter Camalodunum, invenio etiam Londinium *coloniam*, de quo Ann. lib. XIV. 'Et Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit; cognomento quidem coloniæ non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre.' Et statim ostendit, id oppidum a Britannis captum atque direptum. Infra etiam eodem libello dixit: 'Vacua castella, senum coloniæ.' *Pichena*.

*Incensæ coloniæ*] Bene in plurali exprimit Tacitus. Nam præter Camalodunum coloniam, fuit et Londinum municipium: idque, quamvis coloniæ vocabulo nondum insignitum foret, habuit tamen multos cives Romanos, et jam potentia, nobilitate, et opibus colonias adæquabat. Præterea sic in concionibus usurpare solet oratoria facilitate. Sic dixit, *Varrones, Egnatios, Iulos, &c.*

k *Intercepti*] Recte *intercepti exercitus*: nam intercepti Nonani, profligati veterani, qui sub vexillo merebant, &c.

l *Artem*] Lipsius, *attamen*. Sic intellige, sed lege *artem et usum, &c.*

6. Hinc ad capessendos Magistratus in urbem digressus, Domitiam Decidianam,[m] splendidis natalibus ortam, sibi junxit : idque matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit : vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem et invicem se anteponendo :[n] nisi quod in bona uxore tanto major[1] laus,[o] quanto in mala plus culpæ est.

*Hinc ad capiendos honores Romam reversus, uxorem duxit Domitiam Decidianam, illustri stirpe procreatam : illudque conjugium decus* ei *ac subsidium fuit ad altiora contendenti : vitamque egerunt mirabili consensu, per mutuam amicitiam, et se* sibi *invicem præferentes : nisi quod in bona fœmina tanto major gloria* est, *quanto in*

1 Male emendant Pichena et Lipsius, quod tamen nonnullis probatum, *tanto minor laus;* quasi in virum caderent, quæ in uxoris laudem evidenter dicta sunt. Sic ferme Seneca de uxore sua Paullina dixit supra Annalium xv. 63. 'Sit hujus tam fortis exitus constantia penes utrosque

## NOTÆ

Forte *artem tamen et usum:* ita ut una vox similem alteram suo loco dejecerit.

[m] *Domitiam Decidianam*] Puto fuisse filiam *Decidii* alicujus, adoptatam ab aliquo ex gente *Domitia,* sed non illa veteri. *Virdungus.*

Mihi generis hujus splendor promicare videtur ex lapide antiquo, quamvis flagitiose habito, ubi lego : *Domitio T. F. Vol. Decidio:* ut hic sit pater hujus *Domitiæ.* Et cum temporibus Claudianis virum illustrem fuisse satis ostendat lapis, patet, cur dixerit Tacitus, *splendidis natalibus ortam:* nec opus, ut adoptionem nobis fingamus. *Rupertus.*

[n] *Invicem se anteponendo*] *Yielding preeminence the one to the other ;* cedentes partes priores utrimque alteri. Aut alio sensu Latinorum verborum, quod potest dubium videri : *each preferring the other : both virtuous alike :* se invicem præferentes, cum ambo essent eximia probitate, scientes tanto majorem commendationem esse, &c. *Savilius.*

*Se invicem anteponentes*] Sic vertit Alamus Hispanus : *y anteponiendo se de la misma suerte el uno al otro en lo que se offerecia, saluo que en una buena casada es tanto major la alabanca por esto, quanto es major la culpa en la mala.*

[o] *Tanto major laus*] Lego, *tanto minor laus:* et sic capio : Non est maxima laus in fœmina, bonam esse, et mariti sequentem. Quid ita? quia sic facta a natura est, mitis, mollis, imbecilla, ad parendum. Si ergo non facit, tanto plus culpanda, quia et in naturam pugnat. *Lipsius.*

*In bona uxore tanto major laus*] Cur maxima culpa in malis uxoribus, nisi quia naturali quodam ingenio bonæ plerumque soleant ac debeant esse? quod cum ita sit, laudem quidem merentur bonæ, sed non magnam. Legendum puto, *tanto minor laus.* Pichena.

Facit et naturæ convenienter et institutis moribusque omnium gentium uxor, si viro pareat ; ideoque in re usitata, debita, et necessaria, non tanta ejus videri laus potest, quanta, si contra faceret, vituperatio foret. Non enim Tacitus de omni virtute loquitur, sed de modestia tantum et obsequio erga maritum : quare et in

NOTÆ

hac parte Agricolam laudat, quod tam humaniter comiterque uxorem tractarit.

At ea re pari major tamen viri laus est quam uxoris : eoque pertinet particula, *nisi*, quæ temperamenti potius quam exceptionis vim habet. *Sc. Gentilis.*

Hoc dicere videtur, Qui bonam uxorem habet, haud magnam inde laudem capit : quare ? videtur enim sponte bona fuisse, vel ipse, si correxit, fecisse quod oportuerat facere unumquemque. At si malam habet, omnia ejus vitia marito imputantur, ut supra III. 34. quin et flagitia atque dedecora, ut ipse reus eorum non sit, ei infeste exprobrantur. *Freinshemius.* Optime Pichena. Laudem bona uxor non meretur ; quippe talis modo est, qualis esse debet : sed et ideo plus culpæ in mala ; quippe talis non est, qualis esse debet. Propter concordiam et mutuam caritatem uxor Agricolæ operose laudari non debet : quemadmodum enim mala uxor reprehensionem summam, ita bona, vel nullam vel modicam laudem meretur ; dum hæc tantum sequitur, illa autem evertit naturam. *Boxhornius.*

*Nisi quod in bona uxore*] Sic vertit Italus Interpres : Vixeruntque mira concordia, et secum invicem certando de pari caritate fideque ; nisi quod fides tanto laudabilior est in bona uxore, quam in viro ; quanto infidelitas in mala muliere flagitiosior est.

*In bona uxore tanto major laus*] Difficilis et ambiguus locus, ideoque scinditur hic animus in diversas sententias. Amore ac concordia pares et æquales inter se vir et fœmina, qui se invicem anteponunt, nisi quod uxor bona, quæ sibi virum præfert, tanto plus laudis habet, quanto plus flagitii et culpæ est in mala, quæ scil. aliter agit, et præ se virum spernit. Vixerunt ambo mira concordia et mutua caritate, se invicem anteponentes : vir uxorem, uxor virum sibi præferebat ; et recte quidem sic uterque ; nisi quod viro *in bona uxore* sibi anteponenda, *tanto major laus, quanto in mala* sibi præferenda *plus culpæ est.* Et pariter, vice versa, in uxore illa bona, quæ virum sibi per caritatem præferebat, tanto major etiam laus fuit, quanto plus culpæ in mala est, quæ aut non sibi præfert maritum, aut id male et malo animo agit, aut in aliis rebus peccat ; et quæ, dum forte palam colit virum male dissimulans, eum in occulto turpi infamiæ labe dehonestat. Sic potest ambigue intelligi de utrisque : sed tamen prima sententia, de viro scil. probabilior videtur. Nam hic Tacitus celebrat Agricolam, non vero Decidianam, nisi obiter, et ex occasione : et exceptio illa, *nisi quod*, pertinere potius videtur ad maritum : quod Taciti brevitas seu gravitas in obscuro, et nobis mente supplendum relinquit.

Si forte scripsit, *minor*, is sensus fuerit : Vir sibi uxorem anteponebat, et, vice versa, uxor virum ; uterque recte ; nisi quod viro, id in bona uxore usurpanti, *tanto minor laus* sit, (quia scil. id pronum et facile,) *quanto in mala* sibi præferenda *plus culpæ* admittit. Sic et *tanto minor* etiam laus bonæ fœminæ, quæ virum sibi præfert : quia, scil. agit, quod decet et debet, ultro naturam ducem secuta ; *quanto plus culpæ in mala* est, quæ aberrat ab officio, a decoro, a sexu, et ab ipsa natura.

Lipsius, qui legit *minor laus*, ex parte uxoris id explicat : Si uxor non colit virum, ni sibi eum præfert, ea maxime culpanda est ; at quæ sibi virum præfert et colit, modica laude

Sors Quæsturæ provinciam Asiam, Proconsulem[p] Salvium Titianum, dedit: quorum neutro corruptus est; quanquam et provincia dives ac parata peccantibus,[q] et Proconsul in omnem aviditatem pronus, quantalibet facilitate redemturus esset mutuam dissimulationem[r] mali. Auctus est ibi filia, in subsidium et solatium simul:[2] nam filium ante sublatum brevi amisit. Mox inter Quæsturam ac Tribunatum plebis atque etiam ipsum Tribunatus annum quiete[3] et otio transiit,[4] gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sa-

*mala plus flagitii. Sorte quæsturæ nactus est provinciam Asiam, et Salvium Titianum proconsulem: quorum neutro depravatus est; quamvis et provincia opibus affluens, ac prona delinquentibus, et proconsul in omnem cupiditatem promtus,* eum *quantacumque indulgentia toleraturus, ac vicem ipsi redditurus esset, per dissimulationem flagitii reciprocam.* Ei *ibi nata est filia, in subsidium simul et levamen: quippe filio antea suscepto paucis postea diebus orbatus est. Dein tranquille et per otium transegit* tempus elapsum *quæsturam inter et tribunatum plebis,* sic *et ipsum quoque annum tribunitiæ potestatis* egit, *haud ignarus Neronianæ dominationis,*

par, claritudinis plus in tuo fine.' *Brotier.*—2 Sic libri editi. Brotiero placuit magis *simul et solatium,* quod habet Ms. Vatic. 3429. *Idem.*—3 In Ms. Vatic. 4498. *quietis et otio.* Senatus perhibuit Plinio, 'in tribunatu quietis, in prætura modestiæ testimonium.' Plin. in Panegyric. cap. 95. *Idem.*—4 Sic mallet Rhenanus, *transiit.* Brotierus cum Ryck. et Gronov. *transit.*—

NOTÆ

digna est, quia facit, quod debet. Igitur, hoc sensu, in viro, cum sibi uxorem præfert, *tanto minor laus;* quia facit, quod debet et quod decet; *quanto in mala* sibi præferenda plus culpæ est. Sicque et ex parte uxoris, (si is sensus magis placet,) si virum sibi præfert, *tanto minor* ea *laus* bonæ fœminæ; quia, scil. facit quod debet, *quanto in mala plus culpæ est,* quæ scil. naturam corrumpit, et sanctissimum fœdus polluit. At non fuit hic consilium Taciti minuere laudem Agricolæ; immo attollere et celebrare præcipue virtutes ejus voluit. Itaque lego, *major:* et standum libris vett. quoties sensus commodus elici potest. At hic certe commodior elicitur ex veteri lectione, *major.*

[p] *Proconsulem*] Nempe sub Nerone: nam Salvius ille proconsul Asiæ, antequam Otho frater ipsius imperium occupasset.

*Asiam, Proconsulem*] Proconsulatus Asiæ continebat partem occidentalem Asiæ minoris proprie dictæ, ad mare Ægæum, et ubi provinciæ *Æolis, Ionia,* et *Doris:* hodie pars præfecturæ *Natoliæ* ad Archipelagum, in Turcico imperio Asiatico. Ex notitia imperii Orientis et Panciroli commentario cap. 101. &c. *Tillemon.*

[q] *Parata peccantibus*] Hoc est, exposita rapinis magistratuum, ut dives et spoliari facilis; inde enim fere repetundarum rei redibant. Vel, ubi provincialium plerique promtos se administros scelerum magistratibus præbebant. Plinius l. III. ep. ad Minutianum. *Virdungus.*

[r] *Redemturus esset mutuam dissimulationem*] Libro II. Hist. 'Valens ob lucra et quæstus infamis, eoque alienæ etiam culpæ dissimulator.'

pientia fuit.[s] Idem Præturæ tenor et silentium: nec enim jurisdictio obvenerat.[t] Ludos et inania[u] honoris moderationis[5] atque abundantiæ[v] duxit, uti longe a luxuria, ita[w] famæ

*sub qua ignavia pro prudentia fuit. Idem præturæ ordo et quies: nec enim ei juris dicendi potestas obtigerat. Spectacula et inania dignitatis exhibuit celebravitque adhibito temperamento quodam prudentiæ ac magnificentiæ,* et *uti procul a luxu, ita*

5 Brotierus cum Ryckio et Gronovio edidit *modo rationis atque abundantiæ;* et ille quidem sic lectionem defendit: Frustra tentat Lipsius, *moderationis suæ atque abundantiæ;* vel *moderationi satisque abundantiæ.* Alii aliter et pejus. In Ms. Vatic. 3429. *medio rationis, Ducuntur omnia Dei nutu,* i. e. gubernantur. Plaut. Merc. *ducere modo rationis,* est, regere talia eo modo, quem præscribit ratio. De *modo abundantiæ,* in ludorum cura observavit non modo quid a se requireret ratio, sed et quid rerum abundantia, ne si minus faceret, licet forte non adversum esset rationi, tenacius tamen et parcius facere crederetur. Sic Brotier.—Recte se habet conjectura Lipsii, quam recipio cum Bipont. subaudiendo *rem* vel *res.* Colerus quoque sic sensit, sed male τὸ *atque* vertit in *neque.* Oberl.

## NOTÆ

[s] *Inertia pro sapientia fuit*] Tacitus I. Hist. de Galba, et de iisdem scribens temporibus, 'claritas natalium et metus temporum obtentui; ut quod segnitia erat, sapientia vocaretur.' *Savil.*

Sub tyrannis vita actuosa intuta; at contra inertia ipso contemtu tuta et secura est. Sic Ann. VI. 4. Haterius Agrippa 'ob segnitiam, quamvis crudelem principem non metuens.' Item, Junius Silanus, 'segnis et dominationibus aliis fastiditus.'

[t] *Nec enim jurisdictio obvenerat*] Id est, Nec prætor Urbanus nec Peregrinus erat; quæ duo rerum civilium munia erant, *jurisdictionis* proprie vocabulo comprehendi solita.

Alia vindicabat sibi criminalis cognitio, ut de *ambitu, repetundis, falso, veneficiis, &c.* distinctoque *quæstiones* nomine vocabantur; quibus sub imperatoribus vacabat præfectus urbis, potius quam suus prætor; cui isto tempore tantum umbra nominis restabat sine re. *Savil.*

Jus non dixit, neque inter ipsos cives, neque inter cives et peregrinos: *quiete et otio* præturæ suæ annum transegit, *ludos* tantum *et inania honoris* celebravit ex more.

[u] *Ludos et inania*] Per ludos et oblectamenta studere populari gratiæ, videtur proprium fuisse *Ædilium;* transiitque postmodum consuetudo ad omnes pæne magistratus, ut quæstores, prætores, consules, &c. Hi sunt ludi, quos 'honorarios' vocat Suetonius libro II.

*Inania*] Intellige ludos ipsos, seu spectacula, quæ prætor ex officio celebrare et exhibere plebi tenebatur suo sumtu. Quid inanius ea ambitione? ut vulgi oculos ad unum diem pascerent, sese fortunis omnibus evertebant: ut scil. quod per prodigentiam profuderant, statim per scelus supplerent, et ex sociis raperent.

[v] *Moderationis atque abundantiæ*] Id est, modo quodam et temperamento inter *rationem* et *abundantiam.* Rationem, scil. quæ dissuadet in talibus opes effundere. Utrique satisfecit, et Moderationi seu rationi, et Abundantiæ: medius igitur. *Lips.*

## NOTÆ

*Modo rationis atque abundantiæ duxit*] Sunt qui *abundantiæ* vocem interpretentur, magnificentiam: quasi Agricola duxerit ludos, temperamento quodam adhibito, intra terminos a ratione consuetudineque præscriptos, ac magnificum liberalemque apparatum.

Ego vero hanc non fuisse Taciti mentem arbitror: sed *abundantiam*, ad ipsius Agricolæ opes et rem familiarem referri: ut scilicet ludos atque inanes honores exercuerit, modo quodam convenientis rationis, et suarum facultatum.

Cicero De Leg. lib. II. de liberalitate loquens præcipit, 'ut modus adhibeatur, isque referatur ad facultates.' Et inferius eodem lib. de iis ipsis ludis præscribit, ut pro facultatibus fiant.

Quomodocumque tangit luxum in ludorum spectaculorumque editionibus: cum omnis generis feras, nobiles equos, &c. designati certatim mercari curarent; præter dona immensa, quæ sportularum nomine amicis post editiones mittebantur. *Pichena.*

Spectavit modum rationis et prudentiæ in edendis ludis, spectavit et forte abundantiam opum suarum; sed simul etiam præcipue spectavit abundantiam et magnificentiam indefinite, qua populo Rom. satisfaceret placeretque: cujus favor tamen sperni, nec potuit, nec debuit.

*Modo rationis atque abundantiæ*] Id est, pro patrimonii modo et viribus; quas plerumque ista editio spectaculorum exhauriebat. Hinc Boëtius præturam 'senatorii census gravem sarcinam' vocat. Nam quæ olim magna vis imperii jurisdictionisque fuit prætoriæ, ea postea cœpit esse onus senatorum, in edendis populo scenicis et circensibus voluptatibus.

Postremo, si prætores et quæstores designati non adessent, quando ob dignitatem ludos exhibere debebant, plectebantur condemnatione frumentaria, sive triticana, ex Constantini l. I. et l. II. de prætor. et quæst. C. Th. confirmata a Constantio l. III. et VII. eod. mox a Valentiniano l. XVIII. eodem.

Fiscus quoque eorum nomine expendebat sumtus, quos absentes postea refundere cogebantur, l. VI. eodem. *Virdungus.*

[w] *Uti longe a luxuria, ita*] Ut, etiamsi non nimis profusus esset in his ludis, tamen eos potius fama celebraret, ut magnificos, quam ut de parvis sumtibus, parceque exhibitis, sileret etiam, aut eos sperneret.

*Uti longe a luxuria, ita famæ propior*] Qui locus accipiet lucem ex altero, infra 19. 'Ne laureatis quidem gesta prosecutus est; sed ipsa dissimulatione famæ, famam auxit.' Alii luxuria, abundantia opum, et magnificentia, famam et auram popularem captabant; at Agricola, talia, ut inania spernendo, plus gloriæ et famæ habuit apud prudentes. Nam dum ex ludis nempe et spectaculis inanibus vanam gloriam spernit, ex solida virtute sui famam auget: quia spernit inania, vera gloria dignus censetur: aut fama major ex eo, quod virtute propria, non prodigentia, placuerit melioribus: aut certe constantiæ fama exinde, quod usitata illa et vana in vulgus obsequia spernere tandem ausus sit, et bonis artibus evehi maluerit.

*Uti longe a luxuria*] Teste Sueton. unus Augustus 'fecisse ludos se dicit, suo nomine quater et vicies: pro aliis magistratibus, qui aut abessent aut non sufficerent, ter et vicies.' At puto, nullos ex istis principalibus ludis minoris constitisse *quingenties*,

propior. Tum electus a Galba ad dona templorum[6] recognoscenda,[x] diligentissima conquisitione fecit, ne cujus alterius sacrilegium Respublica, quam Neronis sensisset.[y]

et *gloriæ propior* visus est. *Tum ascitus a Galba ad donaria templorum perlustranda, strenuissima informatione egit, ne cujus alterius quam Neronis sacrilegio Respub. pollueretur.*

6 Sic Rhenanus. Ante vitiose edebatur *temporum*. Ernest.

## NOTÆ

aut etiam *millies sestertio*. Nam certe in ipso theatro, amphitheatro, aut circo adornando, qui sumtus? cum semper gratia aliqua et illicium novitatis in ipsa forma quæreretur.

Passim in ipsis coloniis ac municipiis scenæ argenteæ. Adde tot *gladiatorum millia*, tot *ferarum*, ex toto orbe quæsitarum, tot *equorum* nobilium: his adde *missilia* et *sparsiones* in populum. Dices principum hæc fuisse. Sed certe de Milone hoc jam olim Cicero notabat, tria patrimonia in has res effudisse. Sic et de Messalla quodam Vopiscus in Carino: 'Legat hunc locum Junius Messalla, quem ego libere culpare audeo. Ille enim patrimonium suum scenicis dedit, hæredibus abnegavit, matris tunicam dedit mimæ, lacernam patris mimo: et recte, si aviæ pallio aurato atque purpurato, pro syrmate tragœdus uteretur. Jam quid lineas petitas Ægypto loquar? quid Tyro et Sidone perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles! Donati sunt ab Attrebaticis birri petiti; donati birri Canusini, Africanæ opes in scena non prius visæ. Et hæc quidem idcirco ego in literas misi, ut futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia sua, proscriptis legitimis hæredibus, mimis et balatronibus deputarent.'

[x] *Ad dona templorum recognoscenda*] Servius ad hoc Virgilii: 'Dona recognoscit populorum,' sic notat: 'Aurum coronarium dicit, quod hodie a victis gentibus datur. Imponebant autem hoc imperatores, propter concessam vitam.' Sed certe omnes etiam non victi: socii, amici populi, et ipsi Itali; etiam et ex ipsa urbe datæ tales coronæ aureæ: non solum post victoriam, sed in re læta, etiam quandoque et tristi, oblatum aurum; et quotannis mittebant sociæque civitates, velut honorarium tributi genus.

In Capitolio et aliis templis dicatæ illæ coronæ: Plin. 'Inde natum, ut etiam triumphaturis conferrentur in templis dicandæ.'

Livius de legatis Saguntinorum: 'Non grates tantum agere jussi sumus, sed donum hoc etiam, si vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriæ igitur ferre.'

Etiam alia templa minora auro coronario exornata. Augustus de se in lapide Ancyrano: 'In Capitolio et in æde divi Julii, et in æde Apollinis, et in æde Vestæ, et in templo Martis ultoris consecravi, quæ mihi constiterunt circiter millenis auri coronarii pondo triginta quinque millibus.'

[y] *Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda, diligentissima conquisitione fecit, ne cujus alterius sacrilegium Respub. quam Neronis sensisset*] Qui locus puto elucidatur a Suet. Ner. 32. 'Ultimo templis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro vel argento fabricata confla-

NOTÆ

vit: in his Penatum Deorum, quæ mox Galba restituit.' Igitur puto, non solum Galba recognovit aut recensuit, Agricolæ ministerio, dona templorum, sed etiam dona quæ ablata sacrilegio Neronis fuerant restituit templis, ut patet ibi de simulacris *Penatum Deorum*. Igitur Agricola, jussu Galbæ, conquisivit dona et simulacra ablata templis, et illa restituit. Intellige ea dona, quæ luxu et prodigentia Neronis nondum perierant. Nam certe non pauca absumta in tanta luxuria accipientium dona a Nerone; et post interitum Neronis, non sine gaudio publico visi illi sacrilegi perinde inopes ac qui spoliati erant. Nec etiam statim restituit Galba imagines aut statuas, quæ raptæ in templis urbis, aut in Græciæ et Asiæ locis publicis; et quæ locatæ in *domo aurea* fuerant a Nerone; sive quia brevis principatus illius, seu avaritia trium pædagogorum impeditus, sive alia causa. Puto, per Galbam seu Agricolam restituta dona et simulacra templis Romæ, quantum fieri potuit; sed quæ Achaiæ Asiæque et provinciarum templis sublata erant, non revecta in provincias. Postea tamen religione motus, et ad invidiam leniendam palatinæ domus, Vespasianus talia dona ex domo aurea detraxit, collocavitque in templo suæ pacis, ut ait Plinius, quod ipse construxerat. Puto, cum Galba rerum potitus esset, ejus jussu Agricola recognovit dona templorum in templis ipsis, ne quis ultro sacrilegus manum injiceret, vel avertendo vel minuendo dona: simul tamen Galba restituebat dona templis, et simulacra vetera, ni conflata forte essent, et absumta Neroniano luxu.

*Ad dona templorum*] Puto officium hoc, seu ministerium, fuit extraordinarium, ut tali tempore; scil. ob sacrilegia Neronis, et satellitum ipsius. Neque enim hoc, puto, cura fuit operum publicorum, quod munus instituerat Augustus; et de quo Sueton. Vitell. 5. 'Curamque operum publicorum administravit, &c. in urbano officio dona atque ornamenta templorum surripuisse et commutasse quædam ferebatur, proque auro et argento stannum et aurichalcum supposuisse.' Igitur præcepto Galbæ, recognoscebat Agricola dona templorum; ne quid surriperetur, immutaretur, aut supponeretur. Quæstio esse possit, an id antea usitatum fuerit, et an præpositus sit, ut ea dona recognosceret ex veteribus memoriis priorum huicce officio præpositorum, an illud novum fuerit. Videtur inclinare Tacitus, ut caverit Agricola diligenti inquisitione, ne in posterum sacrilegia ulla perpetrarentur, quasi ad id antea minus adverteretur, quasi a proprio ministro non antea dona hæc recognoscerentur, sed tantum talia curaret, qui opera publica curabat; et quasi id prudentiæ novæ, seu Galbianæ fuerit; scil. propter Neronem, qui templa in urbe ipsa spoliarat, et in provinciis passim, præcipue in Græcia et Asia, ubi miracula fuere artium et ingeniorum, quæ omnia in auream domum invexerat Nero. Non temere se talibus furtis immiscebant aut polluebant boni antiqui.

*Ad dona recognoscenda*] Plutarch. Apophth. ubi de Scipione minore: 'Cum vero invenisset urbem Carthaginem, et statuis Græcis et Deorum donariis, ex Sicilia asportatis, refertam, edixit, ut quisquis ex civitatibus adesset, sua recognosceret, ac reportaret.' Sic et tegulæ illæ aureæ, detractæ templo Junonis Laciniæ, ut iis ornaretur templum Fortunæ equestris quod Romæ struebatur, pio jussu senatus, revectæ redditæque delubro Junonis.

*Recognoscenda*] Sic autem de sacrilegiis Neronis habet Sueton. 32. 'Templis compluribus dona detraxit,

7. Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus afflixit: nam classis Othoniana,[z] licenter vaga, dum Intemelios[1] [a] (Liguriæ[b] pars est) hostiliter populatur, matrem

*Sequens annus gravi dolore perculit mentem familiamque ipsius: quippe classiarii Othonis, licenter palantes, dum Intemelium (quæ Liguriæ pars est) hostiliter vas-*

1 Pessime libri editi, *dum in templo*. Vitium primus deprehendit eruditus

NOTÆ

simulacraque ex auro vel argento fabricata conflavit; in his Penatium Deorum, quæ mox Galba restituit.' Si conflata erant, quomodo Galba restituit? nisi forte nova ac similia conflavit. Itaque talia inquisivit sedulo adversus prædæ conscios Galba, et donaria recognovit restituitque, quantum potuit; sed quot et quanta nepotinis sumtibus jam absumta erant, quæ restitui et restaurari jam nulla arte aut diligentia humana potuerunt?

*Ad dona*] Puto, non solum recognoscebantur illa dona, seu ἀγάλματα, et anathemata templorum, ut numerus illorum recenseretur simpliciter; sed ut etiam explorarent, an eadem essent, an ejusdem æris, argenti, vel auri; an ejusdem ponderis et artis, an idem opus, an eadem materia donorum: quod patet ex Suet. Vit. 5. Ideo forte et Augustus post victoriam Actiacam, ex suis castris structo Apollini templo, dona quæque lustrat Virg. VIII. 'Ipse, sedens niveo candentis limine Phœbi, Dona recognoscit populorum, aptatque superbis Postibus,' &c. Recognoscebat Augustus, lustrabatque oculis pretiosa populorum dona, priusquam illa appenderet in templo, dicaretque. At Galba princeps recognoscebat per Agricolam dona jam olim sacrata templis, ne quis postea sacrilegas manus inferret.

*Sensisset*] Pro, *sentiret*: sic recognoscendo dona templorum, fecit ut post Neronem, nemo illis sacrilegas manus inferre auderet. Nam haud dubie annotatum libris et testimoniis, quæ dona templis superessent, et qua forma, quo metallo, quo pondere, &c. nec tantum id intelligendum de auro coronario, sed de quibuscumque donariis, statuis, simpuviis, lampadibus, et aliis id genus.

[z] *Classis Othoniana*] Licentiam hanc describit Tacitus Hist. II. 12. et 13. 'Blandiebatur cœptis fortuna, possessa per mare et naves majore Italiæ parte, penitus usque ad initium maritimarum Alpium, &c. Non Italia adiri, nec loca sedesque patriæ videbantur: tanquam externa littora et urbes hostium urere, vastare, rapere; eo atrocius, quod nihil usquam provisum adversum metus, &c. Miles vertit iras in municipium Albium Intemelium: quippe in acie nihil prædæ, .... calamitatibus insontium expleta avaritia. Auxit invidiam præclaro exemplo fœmina Ligus,' &c. Unde clare patet hic legendum esse, *Intemelio*, *Intemelium*, vel *Intemelios*. Nec putes matrem Agricolæ esse eam fœminam, quam ibi celebrat Tacitus: quippe *fœmina* hæc *Ligus* fuit; at socrus Agricolæ splendida fœmina Romana, quæ nec habuit filium quem occuleret: habuit Agricolam, sed qui tum Romæ degebat.

[a] *Intemelios*] Lego, *Intemelio*. Intemelium, vel Albintimilium, oppidum Liguriæ regionis in ora, hodie *Vintimiglia*, urbs dominii Genuensis, in ora occidentali *Tillemonius*.

[b] *Liguriæ*] Liguria, regio vel provincia Galliæ Togatæ ad mare Li-

Agricolæ in prædiis suis interfecit: prædiaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quæ causa cædis fuerat. Igitur ad solennia pietatis profectus Agricola, nuntio affectati a Vespasiano Imperii deprehensus,[c] ac statim in partes transgressus est. Initia Principatus ac statum urbis Mucianus regebat, admodum juvene[a] Domitiano, et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. Is missum ad delectus agendos Agricolam, integreque ac strenue versatum, vicesimæ legioni, tarde[d] ad sacramentum transgressæ, præposuit, ubi decessor seditiose[e] agere narrabatur: quippe

*tant, parentem Agricolæ interemerunt in villa sua: villamque ipsam, et magnam avitarum opum partem abripuere, quæ causa necis fuerat. Itaque cum ad celebrandas* matris *exequias huc venisset Agricola, nuntio assumti a Vespasiano principatus audito, statim ad ejus partes transiit. Primordia imperii ac res civitatis curabat Mucianus, adolescente tum Domitiano, et ex paterno fastigio solam* flagitiorum *licentiam sibi arrogante. Is cum misisset Agricolam ad conscribendas copias,* et ipse *innocenter et industrie se gessisset,* illum *præfecit legioni vicesimæ, quæ cunctanter* Flavianis *partibus accesserat,* his castris *decessor discordia laborare fere-*

Surita, et emendavit, *Intemelio.* Melius postea Lipsius, *Intemelios.* Sic enim Strabo, l. IV. 139. Πόλις εὐμεγέθης Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰντεμέλιοι: 'Urbs magna Albium Intemelium, incolæ Intemelii.' Ursinus ait se in veteri codice legisse, *dum Intemelium, Liguriæ urbs est.* Bene quidem, si vere. At multum suspectus est codex ab Ursino laudatus. Ejus tamen fidei argumentum videbimus infra c. 19. *Brotier. In Templo* habet Gronov. et Ryckius.—2 Ms. Vatic. 3429. *juvene admodum.*

NOTÆ

gusticum, in Italia: hodie fere omnis status Genuensis, *Genes*, nonnullique *minores status* in hac republica siti, et major pars ducatus Montisferrati, *Montferrat*, nec non partes meridionales statuum Pedemontii et Mediolanensis, *Piemont* et *Milan*, in Lombardia superiore. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[c] *Deprehensus*] Plin. Epist. v. 15. 'Prævertam ad ea, quæ me agentem hic nuntius deprehendit.'

[d] *Vicesimæ legioni, tarde*] Erat ea legio in Britannia. Ergo subintelligendum est, eo missum Agricolam, licet Tacitus non exprimat. *Pichena.*

*Vicesimæ legioni, tarde ad sacramentum transgressæ*] Id intelliges ex Hist. III. 44. 'Et Britanniam inclytus erga Vespasianum favor; quod illic secundæ legioni a Claudio præpositus, et bello clarus egerat, non sine motu adjunxit ceterarum, in quibus plerique centuriones ac milites, a Vitellio provecti, expertum jam principem anxii mutabant.' In iis vicesima legio anxie mutabat cognitum principem, et difficile transibat ad Vespasianum.

[e] *Seditiose*] Id explicat Tacitus Hist. I. 60. ubi de electione Vitellii: 'Ne in Britannia quidem dubitatum. Præerat Trebellius Maximus, per avaritiam ac sordes, contemtus exercitui invisusque. Accendebat odium ejus Roscius Cælius, legatus vicesimæ legionis, olim discors; sed occasione civilium armorum atrocius

Legatis quoque Consularibus[f] nimia ac formidolosa erat. Nec Legatus Prætorius[g] ad cohibendum potens, incertum, suo[h] an militum ingenio: ita successor simul, et ultor electus,[i] rarissima moderatione, maluit videri invenisse bonos, quam fecisse.[j]

8. Præerat tunc Britanniæ Vettius Bolanus,[1] placidius, quam feroci[k] provincia dignum est:[2] temperavit Agricola

*batur: nam* legio hæc *etiam adversus legatos consulares pervicax ac metuenda erat. Nec legatus prætorius par* legioni *continendæ, dubium* an *suo, an militum flagitio: ita successor simul, et vindex ascitus* Agricola, *singulari modestia et æquanimitate, maluit videri reperisse probos, quam reddidisse.*

*Tunc regebat Britanniam Vectius Bolanus, mollius quam indomitæ provinciæ*

1 Male veteres editiones, *Voctius* aut *Vectius Volanus.* De Vectio Bolano jam dictum supra ad Annal. xv. 3. Ms. Vatic. 4498. habet quoque, *Vettius.* Brotier. Gronov. habet *Vectius:* Ryckius *Vettius.*—2 Frustra tentat Acidalius, *dignum esset.* Brotier.

## NOTÆ

proruperat. Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinæ Cœlio; spoliatas et inopes legiones Cœlius Trebellio objectabat,' &c.

[f] *Consularibus*] Quia legio illa fovebat partes Cælii legati sui contra Trebellium, qui legatus consularis; at Cælius tantum legatus prætorius, vel quasi prætorius fuit; nempe, legati legionum vel jam prætorii erant, vel saltem quasi præturæ candidati.

[g] *Legatus Prætorius*] Legatus consularis imperabat omnibus legionibus, et provinciæ; at prætorius uni tantum legioni. Talis fuit Roscius Cælius decessor, talis et Agricola nunc vicesimæ tantum legioni impositus. Quod dico, quia ibi turbant in sensu; nempe, quasi illa legio metuenda fuerit consularibus, et etiam prætoriis legatis, qui utrique successive Britanniam et exercitum regerent, pari imperio; quod falsum. Loci hic sensus est: Illa legio ferox et parum obsequens etiam legatis consularibus, et a fortiori prætorius legatus, qui minori auctoritate fuit, et qui isti tantum legioni præerat, vix eam cohibere potuit, *an suo an militum ingenio,* dubium; forte non tam ex ingenio hominum, quam ex occasione temporum: nempe ex bellis civilibus orta licentia et lascivia legionum Britannicarum. Forte initio, prætorii legati obtinere potuerunt Britanniam provinciam, ut quæ fere neglecta essent, usque ad Claudium; at ab eo tempore consulares eam obtinuerunt. Igitur hæc legio erat metuenda non solum prætoriis legatis, qui scil. legioni uni tantum præerant, sed etiam consularibus legatis.

[h] *Incertum, suo*] Quod aut ille imperandi, aut hi parendi nescii forent.

[i] *Electus*] Successor Cælio simul et ultor disordiæ vicesimanorum electus Agricola: maluit tamen videri invenisse legionarios bonos, quam fecisse.

[j] *Quam fecisse*] Nempe ne ipsa legio nova pervicacia primam scil. culpam alia culpa tueretur; ideoque dissimulatio pro prudentia fuit.

[k] *Placidius, quam feroci*] *Placidius:* id est, legatus non tam alacris arrec-

vim suam,[1] ardoremque compescuit,[m] ne incresceret; peritus obsequi, eruditusque utilia honestis miscere. Brevi deinde Britannia Consularem Petilium Cerialem accepit. Habuerunt virtutes[n] spatium exemplorum.[3] Sed primo Cerialis modo labores[4] et discrimina, mox et gloriam communicabat: sæpe parti exercitus, in experimentum, aliquando

*consentaneum est: retinuit Agricola vigorem suum, et impetum cohibuit, ne acrius evalesceret erumperetque; gnarus obsequentiæ, doctusque utilitatem decori conjungere. Paulo post Britanniæ impositus est* legatus *consularis Petilius Cerialis.* Tum *habuere virtutes liberum egressum ad egregia eximiaque facinora. Sed initio Cerialis solummodo curas et pericula, dein etiam decus consociabat: sæpe parti legionum præfecit, quo viri periculum faceret, interdum* illum *ex successu pluribus*

3 Hæc Lipsius ad Cerialem perperam referebat; et emendabat, *habuerunt virtutes spatium et exemplum.* Nec de Ceriali simul et Agricola, ut Pichenæ placuit, sed de unius Agricolæ virtutibus sunt intelligenda. *Brotier.*—4 Brotierus præfert lectionem Msti Vatic. 3429. *labores modo:* et sic edit.

## NOTÆ

tusque et intentus ad bellandum, quam oportebat esse ducem, ubi quotidie hostis ante oculos exultabat et lacessebat. At Agricola ardebat quidem cupidine rei gerendæ; non tamen eam sic prætulit, ut legatum consularem offenderet, ne vel audendo vel censendo fortia et ferocia, sic segnitiem ei suam exprobraret. *Gronovius.*

[1] *Temperavit Agricola vim suam*] Vertit Interpres Ital. Agricola, qui sciebat obsequi, et utilia honestis miscere, suum ardorem temperavit.

[m] *Ardoremque comspescuit*] Mollius regebat Britanniam Bolanus, quam dignum est *feroci provincia;* at Agricola, quamvis flagranti animo, attamen prudens sciensque obsequentiæ, temperavit ardorem suum, et retinuit, *ne incresceret;* ne scil. contentione aut æmulatione gloriæ se attolleret supra ducem, seu legatum consularem; ne quid faceret contra ingenium et indolem ducis, quo illum offenderet: sciens obsequelæ, accommodabat se animo legati, et sequebatur potius lenitatem ejus aut segnitiem, quam impetum et ardorem suum. Hoc sensu temperabat vim suam Agricola, sic et *utilia honestis* miscebat.

[n] *Habuerunt virtutes*] Ego sic lego: *Habuerunt virtutes spatium et exemplum. Sed primo Cerialis, modo labores, &c.* hac sententia: Cerialis et spatium campumque exercendis virtutibus dedit, et exemplum. Sed tamen initio, labores duntaxat et pericula cum Agricola partiebatur; mox, virtute ejus clare cognita, etiam laudem. *Lipsius.*

*Habuerunt virtutes spatium exemplorum*] Ego vulgatam lectionem probam sic censeo, ut de utriusque Cerialis et Agricolæ virtutibus loquatur Tacitus; quæ spatium habuerint, multa de se ipsis exempla prodendi. *Pichena.*

Forte non tantum de Agricolæ et Cerialis *virtutibus* id intelligendum, sed in genere de virtutibus quibuscumque, et quorumcumque ducum aut militum, qui in eo exercitu aderant.

majoribus copiis, ex eventu, præfecit: nec Agricola unquam in suam famam gestis exultavit;[o] ad auctorem et[5] Ducem,[p] ut minister, fortunam referebat: ita virtute in obsequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam, erat.

9. Revertentem ab legatione legionis D. Vespasianus inter patricios ascivit,[q] ac deinde provinciæ Aquitaniæ[r]

*copiis* præponebat: *nec unquam Agricola res* a se *gestas prædicavit in suam laudem; in consultorem imperatoremque, ut minister, prosperum eventum refundebat: sicque moderatione in obediendo, pudore in gloriando, procul a livore, nec* tamen *extra famam erat.*

*Redeuntem a cura legionis Divus Vespasianus numero ordinique patriciorum ascripsit, ac mox provinciæ Aquitaniæ præfecit,* quasi *administratione summi splen-*

5 Ms. Vatic. 3429. *ac ducem.*

NOTÆ

[o] *In suam famam .... exultavit*] Teste Theophyl. lib. XVIII. Georgio, qui a Mauricio imperatore missus legatus erat ad Chosroën, vitio vertit, quod Rex Persarum plus legato tribuerat, quam imperatori: dixit quippe Rex Persas id dare Georgio, ut servent fœdera, non Cæsari: aut hoc: 'Propter legati virtutem solvo bellum:' utroque modo id refertur.

[p] *Ad auctorem et Ducem*] Agrippa duorum admonebat virum in aula, 'salvum futurum: unius, scil. ut difficultatem rerum ipse susciperet atque amoliretur; alterius, ut gloriam summæ manus impositæ principi relinqueret.' Dio lib. XLIX. *Virdungus.*

[q] *Inter patricios ascivit*] Ex præcipuis populi Romani divisionibus hæc erat, qua dispescebatur inter *patres, patricios*, et *plebeios*. *Patricios* omnes Romulus, narrante Livio, in senatum et publicum consilium cooptaverat. Dionysius vero ex patriciis vult senatores electos.

Hostilius cum Albam transferret Romam, principes Albanorum in *patres*, ut ea quoque pars reipublicæ cresceret, legit Julios, Servilios, Quinctios, Geganios, Curatios, Cæliios. Post quem Tarquinius Priscus, non minus regni sui firmandi, quam augendæ reipublicæ memor, centum in patres legit, qui deinde *minorum gentium*, sunt appellati, Livius l. I.

Ejectis deinde regibus, 'quo plus virium in senatu, frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis deminutum patrum numerum, prioribus equestris gradus lectis, ad trecentorum summam explevit Brutus.' Livius libro II. Quinquennio post, Appius Claudius cum sua factione ex Sabinis Romam profugus, inter patres lectus est; ultimus, quantum ex lectione recordor, quem libera respublica patriciatus honore dignata est.

Cæsares longo post tempore, exolescentem morem revocarunt similes ob causas, vel ut amicis gratificarentur. 'Julius,' apud Sueton. XLI. 'Senatum supplevit, patricios allegit.' Tum Augustus: 'permittente Senatu, ut præ se ferebat, supplevit patriciorum numerum, quorum maxima pars perierat, cum nulli bellis civilibus magis absumantur, quam antiqua nobilitas.' Sic Dio lib. LII.

'Iisdem diebus in numerum patriciorum ascivit Cæsar [Claudius] ve-

præposuit, splendidæ[s] in primis dignitatis, administratione ac spe Consulatus, cui destinarat. Credunt plerique, militaribus ingeniis subtilitatem deesse;[t] quia castrensis juris-

*doris ac spe consularis dignitatis, cui* illum *destinabat. Multi existimant, militaribus viris haud inesse ingenii calliditatem; quia jurisdictio castrorum minus*

NOTÆ

tustissimum quemque e senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, et L. Brutus minorum gentium appellaverat, exhaustis etiam, quas dictator Cæsar lege Cassia, et princeps Augustus lege Senia sublegere.' Tacitus Annal. XIV. Tandem Vespasianus, ut fidem facit hic locus; post quem subrogationis similis nulla deprehendo vestigia.

Solum invenio excognitatum Constantino Magno novum dignitatis genus, sub prisco quidem *patriciatus* titulo, sed quod honores præfecti prætorio excederet. Zosimus: 'Optatus obtinuerat patriciatus dignitatem Constantini beneficio, qui honoris id commentus erat, eique supra præfectum prætorio concessit loci prærogativas.' Lib. II. et crebra patriciorum in hunc sensum mentio sub posterioribus imperatoribus. *Savilius.*

[r] *Provinciæ Aquitaniæ*] Hæc latissima ditissimaque regio a Pyrenæis montibus ad Ligerim, usque tunc ex instituto Augusti pertinebat. Et Aquitaniam triplicem ille instituit: *primam*, cujus caput Avaricum fuit Biturigum Cuborum; *secundam*, cujus primaria urbs Burdigala Biturigum Vibiscorum; *tertiam*, Transgarumnam, in qua principem tenebat locum Augusta Auscorum. Hæc provincia ab Augusti temporibus ad Pipinum usque, nominata fuit *Novempopulania;* inde ad hunc diem *Vasconia.* Virdungus.

*Aquitania*] Regio Galliæ Comatæ ad Oceanum occidentalem, a Romanis in tres divisa provincias, Aquitaniam primam, secundam, et tertiam, sive Novempopulanam. Hodie primatiatus *Bourges*, et ubi provinciæ Ecclesiasticæ, *Bourges*, *Alby*, *Aux*, et *Bourdeaux*.

Vel secundum divisiones temporales, hic sunt provinciæ integræ, *Poictou*, *Berry*, *Auvergne*, *Franc-Alleud*, *Combraille*, *Velay*, *Gevaudan*, *Rouergue*, *Quercy*, *Agenois*, *Bearn*, *Basque*, *Guienne*, *Saintonge*, *Aunis*, *Angoumois*, *Marche*, *Limosin*, *Perigort;* atque partes provinciarum, *Anjou*, *Touraine*, *Blaisois*, *Nivernois*, *Bourbonnois*, *Languedoc;* cum majori parte provinciæ *Gascogne* late sumtæ; omnes in regno Franciæ ad meridiem et occidentem. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[s] *Splendidæ*] Ut post splendidam inprimis dignitatem seu provinciam, jure jam sperare posset consulatum, cui eum destinarat. Vel sic sume: *provinciæ Aquitaniæ* eum *præposuit*, spe consulatus: quæ spes præcipue et proxime fundata in illa *splendidæ inprimis dignitatis administratione* erat.

Causam reddit, cur eum præponeret tali provinciæ; ut eo, nempe, quasi gradu, ad consularem dignitatem proveheretur. Erant provinciarum aliæ aliis splendidiores: sic infra 40. 'Syriam provinciam ... majoribus reservatam.' Similiter *Aquitaniam* obtinuerat Galba, et ex ea, consulatum, teste Sueton. capite 6.

[t] *Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse*] Qui rem po-

NOTÆ

puli tractant, alii pacis artibus instruuntur, alii belli, plures neutris, vix quisquam utrisque. Cum tamen singuli cives ita se comparare debeant, ut quem respublica armatum hostibus opposuit, eundem, pace parta, regendæ multitudini togatum imponat. Sive illo, sive hoc opus est, semper ex ejus amplissimo pectore promtet vim consilii, et habeat illum veluti præsens numen, et insigne firmumque præsidium. At nos ista sejungimus, et unum ex istis deligimus, tanquam unum patriæ debeamus, non omnia. Et quidem hodiernæ nobilitatis ita se mores habent, ut ipsa nihil se aliud esse putet, quam seminarium militiæ. Sed cur non et magistratuum urbanorum? Quam enim Rempub. armis protegendam suscipiunt, hanc prius necesse fuit fundari legibus, iisdem roborari atque æternari. Ipse princeps, quod est *caput reipub.* telis et brachiis inserit bona *auspicia*, id est, fortia consilia; neque solum armis, sed et legibus armatur, ut in ipso aditu jura clamant. Palladem solers antiquitas et Minervam unam fecit; quanquam duplici functione. Quippe natales ejus *olea*, *triplex vestis*, *noctua*; hæc, quid sunt aliud, nisi documenta sapientiæ et pacis artium? At *galea cristata*, *hasta*, *ægis*, *Gorgon*, laudum bellicarum insignia. Hæc tam alte sunt commissa, unita, et compacta, ut altero labefacto, utrumque ruat. Hinc est quod prisca sapientia Maia nato Mercurio, simul et Herculi, statuas posuit; illi, ut rationis et orationis præsidi; huic, ut roboris viriumque et belli Deo. Ædem Herculis et Musarum fecit in Circo Flaminio Fulvius Nobilior. Signum Apollinis in Delo dicatum, dextera arcum, læva gratias gestabat. Archilochus apud Athen. l. IV. sic gloriabatur. 'Et clueo cultro Martis, fortisque satelles; Atque artes musæ me docuere, scias.' Apud Lucian. in Scytha, statua Toxaris læva manu tenet arcum, dextra librum. Sic Plato l. III. de Repub. sociat τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ φιλόσοφον, conjungitque in eo, qui regat remp. Gymnasticam et Musicam. Hoc voluit posita ante ædem Castorum statua equestris togata Q. Marcii Tremuli apud Plin. XXXIV. 6. Ex Plutarch. Apophth. Lac. prisci sacrificabant musis ante discrimen, ut consulta sic, prospero Martis exitu, terminarentur. Sciant nobiles nostri primam cohortem legionis Rom. quæ *milliaria* dicta, quæsisse viros genere atque institutione literarum clarissimos, ne feriato ferro animus otiaretur. An tam anguste se natos putant, ut solum profiteantur feritatem et truculentiam? Cicero Off. l. I. 'Non solum scientia, quæ est remota a justitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda; verum etiam animus ad periculum, si sua cupiditate, non communi utilitate impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis.' Hos certe laudo, qui sapiunt sciuntque 'justum gémina suspendere lance Ancipitis libræ.' Sed minus laudandi, si hoc decus eo limite sistunt, nec nituntur ad summum decus, ac prætexta non mutetur paludamento, nunquam toga sago. 'Nam ex utroque Cæsar,' et princeps: hinc 'omnia Cæsar erat.' Ex summa illa et perpetua calliditate juris mala infinita pullulant: in æternis se imperiis locatos putant judices, et magis callent ad quæstum, quam ad jus. E diuturno illo honore assuescunt dominationi iniquæ; perpetua auctoritas flectit majestatem legum ad studia quæstus privatamque rationem: malitiosa, aut etiam aperte iniqua, juris

dictio secura[u] et obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori[v] non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamvis

*anxia, et minus arguta, ac plerasque res vi aut impetu gerens, subtilitatem fori non usurpet. Agricola ingenita solertia, licet inter togatos, expedite et juste res transi-*

NOTÆ

interpretatione audacter rectum faciunt quod libitum est. Hinc apud Tertull. de Pallio, ‘ plus togæ Rempub. lædunt, quam loricæ.’ Sensim pro habitu ingenuo infert se personata gravitas; loco prudentiæ calliditas; multæque artes inextricabiles invasere, quibus omnis simplicitas abdicata. Quam optanda præ miseris artibus dolisque et insidiis rabularum; ac veteratorum simplicitas militaris in præside et rectore provinciæ, longe melior et desiderabilior illa avorum simplicitas, quam calliditas illa fori; quam immensa ea series litium, quibus neque toto ævo aut sæculo extricantur familiæ, quibus subvertuntur et opulentissimi penates. Redeat antiquus mos et prisca virtus illa: nec jam se tradat uni illi arti juventus, quæ inertiam simul et perniciem invehit mortalibus, quasi ferro minus callide abscindantur inimicitiæ, dum modo breviter abscindantur. Et si qua forte fuerit jactura, multum tamen hinc lucrabitur respub. et quod privatis peribit, feliciter *utilitate publica rependetur*. Flectant nobiles et divites ad summum decus, et pacis artes bello vicissim mutent, ita ut neque prorsus in torporem et segnitiem resolvantur, neque prorsus militiæ ferociam et atrocitatem induant, fere quasi ritu furentium ferarum: ex utraque gloria crescant juvenes, ut si forte unum numen absit, alterum adjuvet et suffulciat. Ut Romani senatores, sciant illi uti sago, sciant et toga: non exhorreant gladium et paludamentum. Non aliter perfecti consultores aut Reipub. rectores evadent: ex utroque coalescit summa virtus, summa sapientia, summa gloria. Pindarus Olymp. Od. 6. ‘ Desidero mei exercitus oculum Utrumque, vatemque egregium, Et ad pugnandum hasta.’ Ovid. de Pont. 3. ‘ Nam modo bella geris, numeris modo verba coërces; Quodque aliis opus est, hoc tibi lusus erit. Utque nec ad citharam, nec ad arcum segnis Apollo, Sed venit ad sacras nervus uterque manus; Sic tibi nec docti desunt, nec principis artes; Mista sed est animo cum Jove Musa tuo,’ Prout sors jusserat, Romani erant prætextati aut paludati: et teste Veget. l. 1. 3. ‘ Idem bellator, idem agricola: genera tantum mutabat armorum.’ In Paneg. Luc. ‘ Qui tempora certis Ponderibus pensavit, eum si bella vocabunt, Miles erit: si pax, positis toga vestiet armis; Hunc fora pacatum, bellantem castra videbunt.’ Respice Drusos, Germanicos, et ipsos Cæsares primosque principes, videbis summa eloquentiæ laude floruisse, nec indiguisse ingenio alieno, si Neronem excipis; qui ut in ceteris, ita et hac parte deterior, et ultimus Æneadum. Vide, quid ageret Varus in Gallia Germaniaque, postquam Syriæ præfuisset. Fato suo quidem et vi Arminii abreptus est; at non in causa pacis artes aut forum. Immo et bonæ artes consilia suggerunt, quibus fraudem cavere, et insidias hostium retegere possis.

[u] *Castrensis jurisdictio secura*] *Secura:* scil. ea minus anxia et solicita, neque ipsa μικρολογοῦσα, in apicibus, nodisque et ænigmatibus commenticii juris. *Gronovius.*

[v] *Calliditatem fori*] Præsertim in

inter togatos,[1w] facile justeque agebat. Jam vero tempora curarum remissionumque divisa:[x] ubi conventus ac judicia poscerent, gravis, intentus, severus, et sæpius misericors; ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona:[2] tristitiam et arrogantiam[y] et avaritiam[z] exuerat: nec illi,

*gebat. Jam vero tempora negotiorum et otii* sapienter *disposita* erant: *cum cœtus et tribunalia postularent, gravis, acer, ac severus, et sæpius clemens; postquam munus impleverat, nulla ultra gravitas, aut potestatis arrogantia: severitatem, superbiam, et cupiditatem* omnem *deposuerat: nec illi, quod est eximium* et singulare,

1 Frustra tentat eruditus Grotius, *quamvis inter sagatos*, vel *quamvis non inter togatos*. Nec satis apposite Illustr. Huetius interpretabatur, Agricola naturali prudentia, quamvis ex usu etiam et arte, ut pote etiam sæpe diuque inter togatos versatus, facile justeque agebat. *Brotier.*—2 Sic optime Rhenanus et recentiores. Perperam in Ms. Vatic. 3429. et editionibus veteribus,

NOTÆ

formulis illis, in quibus qui uno verbo errarat, causa cadebat: has formulas, ut et alias solennitates juris, in jurisdictione castrensi, non ita stricte observari solitas innuit Tacitus. *Virdungus.*

w *Inter togatos*] Aquitania enim tum pacata erat provincia, et belli expers, nec militibus insessa. *Savil.*

Legiones Hispaniæ, et præcipue Germaniæ utriusque, forte et Britanniæ, satis defendebant Aquitaniam: sic et tota Gallia fere inermis, excepta ripa Rheni, et præsidio cohortium apud Forum Julii et Lugdunum.

*Togatos*] Causidicos nempe et litigatores, hominesque in foro versatissimos, ut in provincia, diuturna pace et continuo otio edomita; quo otio lites et causidici florent: 'Gallia causidicos docuit facunda Britannos.' Juven. Per togam intelliguntur pacis artes, eloquentia, juris civilis peritia, &c. et per *togatos*, ii, qui forum celebrant, et tales artes exercent.

*Inter togatos*] Sic dicit, quia Agricola fere semper inter milites et in castris versatus erat, ubi jurisdictionem tantum castrensem exercuerat; quæ secura, *obtusior*, et parum arguta; attamen ille inter Vascones, qui *togati*, et longe usu rerum forensium periti erant, *naturali prudentia* facile, juste, et accurate jus reddebat. Et frustra Grotius, hic *sagatos*, reponit: nam statim de Agricola ipso: 'ubi conventus ac judicia poscerent, gravis, intentus, severus.'

x *Curarum remissionumque divisa*] Id est, utrumque tempus, et otii et negotii, recte dispensatum, et in utroque *decorum* observatum. Nimirum, ut canit poëta: 'Temporibus servire decet. Qui tempora certis Ponderibus pensavit, eum si bella vocabunt, Miles erit; si pax, positis toga vestiet armis.' Quare mox idem Pisonem deprædicans: 'Mira subest gravitas inter fora: mirus, omissa Paulisper gravitate lepos.' Talem L. Crassum Cicero describit de Orat. I. et Africanum Juniorem Velleius; ubi 'neminem eo elegantius intervalla negotiorum otio dispunxisse,' refert. *Virdungus.*

y *Nulla ultra potestatis persona: tristitiam et arrogantiam*] Sic Catonem Uticensem describit Plutarchus, 'Usque ad tribunal et consessum videbatur difficilis ac metuendus, cum de

quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem, deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, injuria virtutum fuerit.[a] Ne famam quidem,[b] cui etiam sæpe[3] boni[c] indulgent, ostentanda virtute,[4]

*aut comitas potentiam, aut gravitas caritatem infregit. Incorruptibilitatem atque innocentiam memorare in tanto viro,* aliarum ejus *virtutum labes fuerit. Ne gloriam quidem, quam sæpe vel optimi* viri *vehementer appetunt, prædicando forti-*

*nullam ultra potestatis personam.* Brotier.—3 Ms. Vatic. 3429. *sæpe etiam;* ad aures commode. *Idem.*—4 Sic bene adhuc Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *ostentandam virtute.* Ms. Vatic. 3429. *ostendendam virtutem.* Idem.

## NOTÆ

jure ageretur: dein benevole, benigne et comiter omnes alloquebatur.'

*Potestatis persona*] Nullum supercilium, nulla gravitas post officium, nulla severitas, nulla tristitia aut arrogantia supererat.

*Tristitiam*] *Tristitia* est nimia morum austeritas sive asperitas: qualem cum in Xenocrate animadverteret Plato, jubebat eum, θύειν ταῖς χάρισιν, *Operari Gratiis:* sic Tiberius, dein et Piso adoptatus Cæsar male audierunt.

*Tristitiam*] Satis ad rem Gellius XIV. 4. 'Chrysippus,' inquit, 'facit imaginem justitiæ, fierique solitam esse dicit a pictoribus rhetoribusque antiquioribus, ad hunc ferme modum: Forma atque filo virginali, aspectu vehementi et formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reverendæ cujusdam tristitiæ dignitate. Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit, judicem, qui justitiæ antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesque immisericordem atque inexorabilem, erectumque et arduum et potentem, vi et majestate æquitatis veritatisque terrificum.'

[2] *Et avaritiam*] Vellem deleri has voces, *et avaritiam:* quippe bis idem dicere videretur Tacitus præter genium et morem. Nam infra: 'integritatem atque abstinentiam' referre injuria virtutum fuerit, quod idem est ac, 'exuere avaritiam:' nisi forte his vocibus, 'gravis, intentus, severus, et sæpius misericors,' hæ aliæ voces respondeant, 'tristitiam et arrogantiam et avaritiam exuerat;' ita ut prioribus respondeant istæ, et opponantur velut per antithesim, hoc sensu; ut in judiciis *gravis, intentus, et severus* fuerit Agricola; at post judicia exercita, ubi officio satisfactum erat, *tristitiam et arrogantiam* exueret; ita ut in judiciis esset *misericors,* et postea in aliis rebus etiam omnem *avaritiam* exueret. Sed sic etiam nondum placet. Nam quid *avaritia* ibi cum *tristitia et arrogantia?* qui cohærent hæc? et præcipue extra forum et conventum, ubi maxime exercetur *avaritia?* cur statim repetit de *integritate* et *abstinentia,* si jam ante ex Tacito, *avaritiam exuerat?* puto id perperam additum.

[a] *Injuria virtutum fuerit*] Hoc est, Longe excellentioribus virtutibus exsplendescebat Agricola, quam ut in ejus laudibus hæ commemorari debeant; quibus qui præditus est, non

aut per artem[d] quæsivit: procul ab æmulatione adversus collegas,[e] procul a contentione adversus Procuratores: et

*tudinem, aut ullo* adhibito *lenocinio captavit: procul a livore in collegas, procul a rixa aut jurgio adversus procuratores: quos superare, infra gloriam suam, et se*

NOTÆ

tam laudandus sit, quam vituperandus, qui præditus non est. *Virdungus.*

Vulgatæ nimis hæ virtutes: usque adeo spernebat opes, et cupiditatem omnem proculcaverat Agricola, ut etiam *famam* et gloriam, *cui sæpe* et *boni* nimis *indulgent*, (quod licitum tamen; et eximium est in summis viris: nam fructus optimus virtutum gloria;) non admodum quæreret, neque jactando virtutem, aut arte ullâ decus captaret.

[b] *Ne famam quidem*] Plin. lib. I. epist. 22. 'Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert; recteque facti, non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit.'

[c] *Cui etiam sæpe boni*] Quippe etiam 'sapientibus cupido gloriæ novissima exuitur,' Hist. l. IV. ex illo Platonis, *τὴν κενοδοξίαν ὡς τελευταῖον χιτῶνα: Gloriæ cupidinem velut ultimam tunicam deponi.*

[d] *Aut per artem*] Ut Africanus superior. Livius l. XXVI. et Polybius lib. IX. Apud nostrum lib. XIII. Domitius Corbulo, 'Super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validus.' Ceterum hi tales jure excusantur, quibus scenæ serviendum. At non illi, qui simulando virtutes per artem abutuntur dolo, falluntque inani specie plebeculam, ut famam et laudem quærant, intus ambitione, avaritia ac superbia, et aliis flagitiis detestabiles.

[e] *Procul ab æmulatione adversus collegas*] Præerat tunc Agricola Aquitaniæ. Quid ergo ait Tacitus de collegis? nam omnes alii ejusdem provinciæ ministri sub illo erant. Censeo collegas vocari legatos alios, qui finitimis provinciis præerant. *Pichena.*

Forte et inter collegas procuratores Cæsaris, qui licet vi et auctoritate impares, plus tamen sæpe sibi arrogant, quam nobiles legati aut proconsules. Multa suppetunt exempla apud Tacitum talis æmulationis, in Rempub. infestæ ac infaustæ, et in bonos honestosque proceres sæpe exitiabilis.

*Adversus collegas*] In universum Agricolæ ingenium indolemque describit Tacitus; nec solummodo refert, qua ratione se gesserit in Aquitania, sed etiam qui se gesserit cum *collegis* suis, legatis nempe legionum, cum in Britannia militaret, pariter legatus legionis vicesimæ.

Vel etiam intelligi potest Tacitus de aliis legatis inferioribus, seu aliis senatoribus aut quæstoribus, qui in eadem provincia: nam licet sint inferiores rectores, attamen in eadem provinciæ administratione, et in negotiis, et in consilio publico collegæ, aut certe quasi collegæ censeri possunt. Similes et legati, qui legionibus et armis præerant in certis provinciis, cum legatus consularis haberet tantum jurisdictionem ac potestatem in conventibus et judiciis; non vero auctoritatem in castris aut præsidiis: quod repertum erat a Caligula in Africa, exitio privatorum et Reipub. Possint etiam et ipsi procuratores Cæsaris dici *collegæ* aliquatenus, qui, licet inferiores dignitate et splendore, attamen potentia, gratia

vincere[f] inglorium,[g] et atteri sordidum,[h] arbitrabatur. Minus

NOTÆ

principis aut popularium, et auctoritate sæpe legatos præcellebant. Et in id eo acrius incumbebant, quia minores, ut scil. prætores anteirent, tales homines fovente et consulto impellente principe, ut et ipsi rectores provinciarum observarent, custodirentque velut emissarii, ὠτακουσταὶ et inquisitores: quamvis sibi magis hi studerent sæpe, quam vel principi, vel Reipublicæ.

*Adversus collegas*] Sic de Africa Hist. IV. 43. ' Æquatus inter duces beneficiorum numerus, et mixtis utriusque mandatis, discordia quæsita auctaque: pravo certamine legatorum jus adolevit, diuturnitate officii, vel quia minoribus major æmulandi cura: proconsulum splendidissimus quisque, securitati magis quam potentiæ consulebant.'

*Collegas*] Certe procuratores quandoque adhibiti a proconsule in judiciis et negotiis, vel necessitate rerum, vel etiam jussu principis. Plin. epist. X. 90. ' Nicensibus, qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum a Divo Augusto affirmant, debebis vacare, contractis omnibus personis, ad idem negotium pertinentibus, adhibitis Virdio Gemellino, et Epimacho liberto meo procuratoribus, ut, æstimatis etiam iis quæ contra dicuntur, quod optimum crediderit is, statuatis.'

Cum hoc tamen discrimine, quod sub malis principibus liberti et procuratores proconsulibus dominarentur, et tantum ex arbitrio nebulonum fides clarissimorum virorum spectaretur; at contra, bonus princeps non haberet fidem procuratori, nisi in quantum proconsuli in negotiis et ministeriis se approbasset.

Quod patet ex his Plinii Epist. X. 91. ' Maximum libertum et procuratorem tuum, domine, per omne tempus, quo fuimus una, probum, industrium et diligentem; ac sicut rei tuæ amantissimum, ita disciplinæ tenacissimum expertus, libenter apud te testimonio persequor, ea fide, quam tibi debeo.'

Quod et usurpatum in aliis præfectis, seu legatis vicinioribus, ut etiam patet ex sequenti epistola; ita ut in negotiis perficiendis mutuo consentirent. Plin. Epist. 93. ' Gabium Bassum, domine, præfectum oræ Ponticæ, integrum, probum, atque inter ista reverentissimum mei, expertus, voto pariter et suffragio prosequor,' &c.

[f] *Vincere*] Mediam viam inierat, ita ut neque *vincere* vellet tales homines, quod ipsi *inglorium;* neque tamen infra ipsos videri; aut *atteri*, seu contemni se non pateretur; quod splendido viro *sordidum*, turpe, et indignum foret.

[g] *Inglorium*] Id et sequentia intellige tantum de procuratoribus, a quibus plerumque dissidebant legati seu proconsules; non de collegis proprie, qui forte aut munere aquales essent. Sic in Hispania procuratores Neronis, provinciam lacerantes reprimebat Galba, et carmina, quæ in eum componebantur, non ægreferebat, aut abolebat, ut scelesti liberti. Plutarchus.

[h] *Atteri sordidum*] Senecæ est: ' Cum superiore contendere, furiosum; cum pari, anceps; cum inferiore, sordidum.'

Et lib. I. de Clem. cap. 21. monet, ' a quibusdam, non aliter quam ab animalibus parvis et obterentem in-

triennium[i] in ea Legatione detentus, ac statim ad spem Consulatus revocatus est, comitante[5] opinione, Britanniam ei provinciam dari: nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama, aliquando et elegit.[6] Consul egregiæ tum spei filiam juveni mihi despondit, ac post Consulatum collocavit,[7] et statim Britanniæ præpositus est, adjecto Pontificatus Sacerdotio.[j]

*sperni inhonestum, putabat. Non toto triennio eam provinciam rexit, ac statim ad spem consulatus redire jussus est, insequente fama, quasi Britanniæ provinciæ imponeretur; non quod ipse talia jactaret verbis, sed quia idoneus existimabatur. Nec semper vulgi rumor fallitur, interdum et deligit. Consul tum eximiæ spei filiam adolescenti mihi despondit, et finito consulatu collocavit, et mox Britanniæ præfectus est, adjecto sacerdotio pontificatus.*

5 Eleganter dictum, ut et fatetur Cl. Ernestus, qui tamen conjicit, *constante opinione*. Brotier.—6 Ita Mss. Vatic. editiones veteres et recentiores. Male emendaverat Rhenanus, *eligit*.—7 Libri ante Rhenanum vitiose *collavit*. Oberlin.

## NOTÆ

quinantibus, reducendam manum esse.' *Virdungus*.

Strenue nec inscite Metellus apud Gellium, l. VI. 11. ad Cn. Manlium trib. pleb. 'Quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dictaverit, quem ego mihi neque amicum recipio, neque inimicum respicio, in eum ego non sum plura dicturus. Nam eum indignissimum arbitror, cui a viris bonis benedicatur, tum ne idoneum quidem, cui a probis maledicatur. Nam si in eo tempore hujuscemodi homunculum nomines, in quo punire non possis; majore honore, quam contumelia afficias.' Et ipse Gellius ibid. 'Cum inquinatissimis hominibus non esse convitio decertandum, neque in maledictis adversus impudentes et improbos velitandum; quia tantisper similis, et compar eorum fias, dum paria et similia dicas atque audias.'

[i] *Minus triennium*] De proconsulibus Augustus constituit, ut eorum præfecturæ essent annuæ: de suis legatis (quos *proprætores*, etsi consulatum gessissent, nominari voluit) ut plures annos cum imperio essent. Sic et Tiberius, et mox Antonius Pius, et alii. Sed huic commodo ingens periculum adjunctum, quod multos diuturna consuetudo imperii corruperit, et ad rerum novarum consilia impulerit. *Virdungus*.

[j] *Adjecto Pontificatus Sacerdotio*] Omnia sacerdotum collegia anteibat collegium hoc *pontificum* dignitate: quatuor constabat viris, quibus mox similis numeri data accessio, postmodum etiam sub Sylla auctis. Successoris electio penes ipsos fuit, quandoque penes populum, tandem penes principem.

Collegio isti præerat Pontifex Maximus, stabilita in ipsis Cæsaribus dignitas jam a Julii usque temporibus, in quo imperium et pontificatus primum coaluerant, per mutationum vices, more in Christianos Cæsares propagato; donec cum habitu sacro ipsum quoque nomen Gratianus re-

10. Britanniæ situm populosque, multis scriptoribus memoratos, non in comparationem curæ ingeniive referam: sed quia tum primum perdomita est. Itaque, quæ priores nondum comperta,[k] eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia, insularum, quas Romana notitia complectitur, maxima,[l] spatio ac cœlo[l] in Orientem Germaniæ,[m]

*Britanniæ situm narrabo, gentesque multis auctoribus celebratas, non quia* his scriptoribus *comparem hoc opus, aut eloquentiam nostram: sed quia* hæc *nunc primum* provincia *debellata est. Igitur, pro rei veritate referentur* eæ Britanniæ partes, *quas, nondum* satis *cognitas, primi* scriptores *facundia* sua *celebravere. Britannia, insularum vastissima quas Romana cognitio amplectitur, solo cœloque*

1 Hæc Lipsiana distinctione, *maxima spatio, ac cœlo in Orientem, &c.* non indigent. Jam dixerat Pomponius Mela, II. 2. 'divisas spatio pelagoque terras.' *Brotier.* Admodum verosimili conjectura Bipont. suadent legendum: *spatioso intervallo in Orient.* et provocant ad Plin. Hist. Nat. IV. 16. Heinsius

NOTÆ

jecit, teste Zosimo.

Postea Theodosius, ut idem Zosimus et Symmachus auctor est, collegium illud pontificum dissolvit, neque alios sacerdotes superesse passus est, in fiscum redactis eorum bonis. *Savil.*

[k] *Nondum comperta*] Quia nondum perdomita, nec penetrata Britannia a Romanis. Idcirco hactenus haud satis cognita erat insula universa, et, quæ scripta fuerant a Livio et Fabio, tantum *comperta* erant, ex relatione mercatorum seu extraneorum, qui falli et fallere potuerunt; at nunc penetrata armis Rom. insula, jam ipsa *rerum fide* cuncta tradentur.

[l] *Maxima*] Solin. c. 25. 'Octingentis enim, et amplius millibus passuum longa porrigitur; ita ut eam in Calydonicum usque angulum metiamur. In quo recessu Ulyssem Calydoniæ appulsum manifestat ara Græcis literis inscripta voto.' Id falsum de Ulysse, ut docti viri clare demonstrarunt.

*Insularum...maxima*] Ambitus decies ter centena triginta sex millia passuum colligit. Ex Cambdeno. *Virdungus.*

[m] *Spatio ac cœlo in Orientem Germaniæ*] Quid sibi velint verba, *spatio ac cœlo*, non facile liquet: tamen arbitror sensum esse: Britanniam Germaniæ Hispaniæque obtendi, non quidem ex proximo, sed spatio ac cœlo mediante; id est, per longum intervallum maris atque aëris: quoniam autem de Gallia, quæ vicina est, idem dicere non potuit, propterea sequitur: 'Gallis in meridiem etiam inspicitur.' *Pichena.*

*Spatio ac cœlo*] Sic Mela l. II. c. 2. ubi de Thracia: 'Est et regio, in qua Persarum exercitus diversas spatio pelagoque terras ausus pontibus jungere (mirum atque ingens facinus) ex Asia in Græciam pedes, et non navigata maria transgressus est.'

*Germaniæ*] Germania Magna, regio Europæ Veteris, ad Oceanum Germanicum et Oceanum septentrionalem. Hodie pars est imperii *Allemaniæ*, ut plurimum inter Rhenum et Danubium fluvios; his addenda regna Daniæ, *Dannemarck*, et *Norwegiæ;* pars major regni Sueciæ, *Suede;* pars

in Occidentem Hispaniæ[n] obtenditur: Gallis[o] in Meridiem etiam inspicitur: Septemtrionalia ejus, nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniæ Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi[p] auctores, oblongæ scutulæ vel bipenni assimulavere:[2 q]

*in Orientem Germaniæ prætenditur*, et *Hispaniæ in Occidentem: Gallis etiam in Meridiem spectatur.* Latus *ejus Septentrionale, nullis terris* e regione *oppositis, immenso et* late *patenti Oceano verberatur. Livius priorum auctorum eloquentissimus*, et *Fabius Rusticus nuperorum, comparavere* faciem *universæ Britanniæ scu-*

volebat *spatioso solo.* Oberl.—2 Bipont. *assimilavere:* et sic Gronov. et Ryckius.

NOTÆ

occidentalis regni *Poloniæ*, circa Vistulam fluvium; et aliquid regni *Hungariæ.* Ex Cluverio et Sansone.

Fuit etiam Germania superior et Germania inferior, provinciæ Belgicæ regionis, in Gallia. Vide notas ad Hist. l. 1. c. 9. et 12. *Tillemonius.*

[n] *Hispaniæ*] Hispania regio Europæ ad meridiem et occidentem: hodie fere omnis regio *Espagne* recentior. *Tillemonius.*

[o] *Gallis*] Gallia, regio Europæ Veteris, ad Oceanum occidentalem et ad mare Mediterraneum: hodie regnum *Franciæ* integrum, cum regionibus *Allemaniæ*, &c. circa Rhenum fluvium, et parte *Italiæ* recentioris, circa Alpes montes. His addendus comitatus *Roussillon* in Catalaunia, principatu Hispaniæ hodiernæ. *Tillemon.*

[p] *Livius veterum.... eloquentissimi*] Nempe *veteres* illi, respectu ætatis, qua floruit Tacitus. Nam et alii historici antiquiores ipso Livio, sed modica eloquentiæ fama, de quibus agit Cicero l. 1. de Legibus: 'Post annales pontificum maximorum, quibus nihil potest esse jucundius, si aut ad Fabium, aut ad eum qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Vennonium venias; quanquam ex his, alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile, quam isti omnes? Fannii autem ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra; sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent. Ecce autem successere huic Gellii, Clodius, Asellio: nihil ad Cælium, sed potius ad antiquorum languorem atque inscitiam. Nam quid Atticum [alii *Macrum*] memorem? cujus loquacitas habet aliquid argutiarum; nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis: in orationibus autem multus et ineptus, ad summam impudentiam. Sisenna, ejus amicus, omnes adhuc nostros scriptores, nisi, qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superavit: is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus, et in historia puerile quiddam consectatur; ut unum Clitarchum; neque præterea quenquam, de Græcis legisse videatur: eum tamen velle duntaxat imitari; quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset.'

[q] *Oblongæ scutulæ vel bipenni assimulavere*] *Scutula* hic usurpata Tacito,

et est ea facies[s] citra Caledoniam,[t] unde et[3] in universum[u] fama est transgressa:[4] sed immensum et enorme spatium

*tellæ vel bipenni: et est talis* ejus *species cis Caledoniam, unde et in universam insulam transiit fama* hujusce formæ: *sed vastum et immane spatium excurren-*

—3 Frustra tentat Gronovius, *unde ea in universum.* Brotier.—4 Corrupte veteres editiones, *transgressus.* Et Mss. Vatic. *transgressis.* Idem.

## NOTÆ

ut Martiali l. II. 32. et *scutella* Tullio, notat paropsidem, vulgo mensis adhiberi solitam, qua inferantur fercula, et *scutella* est ἑτερομήνης, quadrilatero oblongo apud Censorinum c. 18. comparata, cujus hæc est apud Euclidem definitio; (Censorini enim locus corruptus est;) 'figura quadrilatera, rectangula, sed lateribus inæqualibus,' qualem exhibet litera A. Quanquam hic Taciti locus ostendere videatur, non omnes scutulas fuisse ἑτεραμήκεις, sed alia nonnullas figura. Addit enim, *oblongæ*, limitata vocabuli generalioris significatione. 'Bipennis,' ait Quintil. Inst. Orat. l. I. est 'securis utrimque habens aciem, a pinna, quod est acutum.' Jam vero descripta hic Britanniæ pars, quam habeat cum securi aut cuneo, aut alterutro, (cum tamen ex Geometriæ placitis duo unitertio proportionalia, etiam inter se talia esse deberent,) conformitatem quia dispicere nequeo, aliis libenter illud examen defero. Sed, re doctus, animadverti, multis scriptoribus male cessisse ejusmodi similitudinum commenta. Strabo notam orbis partem *chlamydi* comparat. Aristoteles 2. meteor. *tympano.* Dionysius Afer *fundæ;* (miro scilicet paritatis consensu;) et uterque Hispaniam, *bovis tergori;* Rutilius Numatianus, Italiam *frondi quernæ;* idem Dionysius Africam et Europam *cono Isosceli,* versu 277. Peloponnesum, *platani folio muris caudam referenti.* Savilius.




Lances fuisse et quadratas et rotundas, qui jurisprudentiam vel libavit, non potest ignorare: sic *scutulas* vel *scutellas,* quadratas quoque fuisse et rotundas, audeo affirmare; quoniam Tacitus videtur vocem *scutulæ* temperare, adjiciendo *oblongæ,* quod superfluum videretur, si omnes scutulæ oblongæ. Aio ergo *scutulas* et lances non figura inter se diversas fuisse sed profunditate. Mart. XI. 32. 'Leves scutulas, cavasque lances.'

De bipenni quid dicam? certe fuit anceps; auctor mihi Festus: 'Anceps significare mihi id videtur, quod ex utraque parte caput habeat, ut securis, bipennis.' Quibus verbis recte dicit, securim ancipitem, ut et Ovid. Met. VIII. 'Ancipitemque manu tol-

procurrentium extremo jam littore terrarum, velut in cuneum tenuatur. Hanc oram novissimi maris[v] tunc primum Romana classis circumvecta, insulam esse Britanniam affirmavit, ac simul incognitas ad id tempus insulas,[w] quas Orcadas[x] vocant, invenit domuitque. Dispecta est et

*tium ultima jam ripa terrarum, quasi in cuneum restringitur. Tunc primum, cum Romana classis oram extremi maris circumnavigasset, insulam esse Britanniam asseveravit, et eodem tempore ignotas hactenus insulas, quas appellat Orcadas, repe-*

NOTÆ

lens utraque securim.'

Formam securis nihil æque repræsentat, atque *Securidaca*, quam a similitudine *pelecinon* vocant Plinius XXIX. 27. et Mathiolus in l. III. Dioscoridis. *Barclaius.*

*Scutulæ*] Censorinus: 'Heteromecos quadrangulum, nec latera habet paria, nec angulos rectos simile scutellæ.' Et certe cum scutum quadratum et oblongum sit, scutella et scutula, quæ diminutionis figura ab eo deducuntur, eandem figuram habebant. *Turnebus.*

[s] *Est ea facies*] Sumitur facies pro toto habitu corporis. Macrob. l. XIII. 28. 'Pacuvius in tragœdia quæ Niptra inscribitur, faciem dixit hominis pro corporis longitudine: Ætate, inquit, integra, feroci ingenio, facie procera virum. Non solum autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cujusque modi aliarum facies dicitur: nam montis, et cœli, et maris facies, si tempestive dicatur, probe dicitur. Sallustii verba sunt in historia secunda: Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani in orientem, quam in occidentem latior prominet.'

[t] *Caledoniam*] Caledonii populi Britanniæ majoris insulæ versus septemtrionem. Hodie partes provinciarum *Murray* et *Lochhaber*, et provinciæ integræ *Athol*, *Gowrie*, *Perth*, et *Braidalbane*, in parte media regni Scotiæ. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[u] *In universum*] Hinc fama et opinio transiit ad universam insulam, quasi tota esset hujus formæ; quod tamen falsum, ut mox compertum est post Agricolæ arma; nam in fine, velut in cuneum, extenuatur insula.

[v] *Novissimi maris*] Ducaledonius hic Oceanus, alluit partem septemtrionalem insulæ Britanniæ Majoris: hodie vocamus *Mer d'Ecosse*, et irrigat oras regni Scotiæ. *Tillemonius.*

[w] *Incognitas ad id tempus insulas*] Si nunc demum inventæ, falsum quod Eusebius Chronico tradidit: 'Claudius de Britannis triumphavit, et Orcadas insulas Romano adjecit imperio:' quem tamen plerique Epitomarii scriptores secuti sunt. *Lipsius.*

Attamen idem et scripsit Orosius VII. 6. Cognitæ insulæ erant forte et ante Claudium, et sub Claudio, non quidem armis Rom. sed mercatoribus, aut etiam eruditis, Mela teste, qui scripsit temporibus Claudii, l. III. 'Triginta sunt Orcades angustis inter se diductæ spatiis.'

[x] *Orcadas*] Orcades, insularum Britannicarum insulæ, in Oceano Ducaledonio, et prope Britanniam Majorem: hodie *Orcades* et *Orkney*, ad septentrionem regni Scotiæ: parent regi Magnæ Britanniæ. *Tillemonius.*

Thule[5 y] quadamtenus:[6] nix et hyems appetebat;[7] sed mare pigrum[z] et grave remigantibus: perhibent, ne ventis quidem perinde[8] attolli:[a] credo, quod rariores terræ mon-

*rit, ac subegit. Animadversa etiam est Thyle, quam ad id tempus nix et bruma obtegebat. Sed illud mare tardum* esse *et difficile navigantibus affirmant*, et *ne tempestatibus quidem perinde exagitari: puto, quod* ibi sint *infrequentiores terræ*

5 Ms. Vatic. 3429. et veteres edd. *Thyle.* Mss. Vatic. 4498. *Tyle.* Gronov. et Ryckius scribunt *Thyle.*—6 Omnes Edd. cum Brotier. Gronov. et Ryck. locum ita constituunt: *Thule, quam hactenus nix, &c.* At malim cum Bipont. mutare *quam hactenus* in *quadamtenus*, et distinctione lectionem juvare. Est omnino ingeniosa conjectura. *Oberl.*—7 Sic in veteribus editionibus; unde Cl. Ernestus mallet, *abdiderat.* Gronovius cum Ryckio et Brotiero habet *abdebat.*—8 Sic optime Grotius, Ernestus et recentiores. In veteribus edi-

## NOTÆ

y *Dispecta est et Thule*] Plerique *Islandiam* esse censuerunt. Alii *Scandinaviam* peninsulam, sed a veteribus insulam creditam.

Ortelius vult *Tilemarchiam* tractum Norvegiæ: Peucerus *Schetlandiam*, quæ objacet Bergis urbi Norvegiæ; cui applaudit Cambdenus. *Virdungus.*

*Dispecta est*] Id est, de novo cognita. *Nix* et *hyems* eam ante abdebant, sed num minus abdebatur obruta nive insula, etiam postquam cognita est? an difficilius inventa est, quia ibi perpetuo sævit hyems, an nix aut hyems viam avaritiæ et ambitioni Rom. obstruere potuit? Certe sola longinquitas, et quia insula mari parum noto claudebatur, seu mare potius eam abdebat defendebatque. Attamen ait, eam 'abdebat hactenus nix et hyems:' ideo forte non frequentata, et incognita fuit. Nondum visa propter hyemem et procellas: ideo abdita et ignota.

*Dispecta*] *Dispecta*, id est, procul visa, non prospecta. Sic Mela l. III. 10. ubi de Æthiopia: 'Ultra hunc sinum mons altus (ut Græci vocant θεῶν ὄχημα) perpetuis ignibus flagrat: ultra montem viret collis longo tractu, longis littoribus obductus, unde visuntur patentes magis campi, quam ut prospici possint.'

*Thule*] Thule, insularum Britannicarum maxime septentrionalis: hodie *Islande*, Terrarum Arcticarum insula: paret regi Daniæ. *Tillemonius.*

z *Mare pigrum*] Sic Curtius l. IX. 'Caliginem ac tenebras, et perpetuam noctem profundo incubantem mari; repletum immanium belluarum gregibus fretum, immobiles undas, in quibus emoriens natura defecit.'

*Mare pigrum*] Pars Oceani septentrionalis, allnit partes septentrionaliores Europæ, &c. hodie vocamus *Mer d'Islande.* Tillemonius.

a *Ne ventis quidem proinde attolli*] Lege, *ne ventis quidem perinde attolli:* id est, non æque ut illud notum Romanis mare. Is apud Tacitum usus istius vocis. Et in eo, quod sequitur, non omnino negat impelli, sed ait tardius impelli. *Grotius.*

Plane nautæ hodierni de mari isto (quod pro locorum varietate varias sortitum est appellationes; *Germanicum, Septentrionale, Cimbricum, Balthicum, Codanium, Suevicum, Vandalicum, Scythicum, Sarmaticum*, &c. dici-

tesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles[b] continui maris tardius impellitur. Naturam Oceani atque æstus neque quærere hujus operis est, ac multi retulere: unum addiderim: nusquam latius dominari mare, multum fluminum[c] huc atque illuc ferre,[d] nec littore[e] tenus accrescere aut resorberi,[f] sed influere penitus atque ambire, et jugis etiam atque[9] montibus inseri velut in[10] suo.[g]

*collesque*, unde *origo ac materia ventorum, et immensum corpus perpetui æquoris difficilius commovetur. Naturam Oceani et* causam *reciprocationis, neque hujus curæ est inquirere, ac plurimi* jam *enarravere: unum adjunxerim; nusquam latius extendi pelagus, multos amnes huc et illuc invehi, nec* tantum *ripa tenus augescere aut rursus hauriri, sed irrumpere penitus, et* terras *ambitu suo complecti, atque etiam tumulis et collibus insinuari infundique velut in proprio* alveo.

tionibus, *proinde.* Brotier. *Proinde* Ryckius et Gronov.—9 Brotierus scribit *et jugis etiam ac montibus:* et ita Ms. Vatic. 3429. Libri editi, *etiam jugis atque montibus.*—10 Male emendat Pichena, *velut insulis.* Nec necessario Cl. Ernestus, *velut suo.* Brotier.

## NOTÆ

tur,) contrarium affirmant; nauseam enim majorem concitare navigantibus, ob vehementiores motus; quibus modo ad æthera usque attolli, modo in imum usque infernum deprimi videtur. *Virdungus.*

*Proinde*] Forte *perinde:* intellige non admodum attolli seu intumescere procellis illud mare, absolute et indefinite: is tamen sensus esse possit: Perhibent mare pigrum esse, ac *proinde* ne ventis quidem attolli.

[b] *Profunda moles*] Sane Suevicis sive Norwegicis littoribus nonnullis immensa est profunditas: aliis plerisque locis Oceanus Germanicus 60. tantum cubitorum altitudine dicitur, ac vix usquam centum cubitorum profunditatem excedere. *Virdungus.*

Quia profundum, continuum, et velut immensum illud mare, ideo tardius impellitur.

[c] *Multum fluminum*] Intelligo vel multa flumina huc et illuc in mare confluere; vel ita, ut hoc mare multa flumina e suo sinu huc et illuc refundat revehatque, ut fit in æstu maris, aut utroque simul modo: sic fertque refertque amnes multos; nec tamen augetur aut minuitur, sed influit penitus, ripis ac littoribus, atque ambit terras in immensum: etiam et scopulis jugisque insinuat sese et in his, velut in suo, late dominatur.

[d] *Huc et illuc ferre*] Interpretatur Alamus Hispanus: Mare suis reciprocationibus æstibusque multos fluvios huc et illuc deferre ac devehere.

*Illuc ferre*] Mela III. 6. 'Britannia fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina, alternis motibus, modo in pelagus, modo retro fluentia.' Alterno motu, seu æstu maris ac reciprocatione, amnes modo feruntur in pelagus, modo alternis vicibus retro impelluntur.

*Ferre*] Quidam vertunt, sinu effundere seu emittere amnes. *Ferre* vel dictum, pro referre, seu repellere procul, vel pro tolerare et in sinu suo recipere. Quasi scripsisset, *multum fluminum huc atque illuc* influentium

11. Ceterum, Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenæ an advecti, ut inter barbaros,[h] parum compertum. Habitus corporum varii: atque ex eo argumenta:[i] namque[1] rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem[j] asseverant. Silurum[k] colorati vultus[l] et[2]

*Ceterum haud satis constat, ut inter Barbaros, qui* genus *homines primum incoluerint Britanniam,* an *in ipsa regione geniti* sint, *an adventitii. Species corporum diversæ; atque exinde documenta* originis. *Quippe flavi crines incolarum Caledoniæ,* et *procera corpora,* eos *ex Germania ortos arguunt. Subnigri vultus Silurum,*

1 Ita Ms. Vatic. 3429. et veteres editiones. In recentioribus omissum, *que:* quod omisit et Gronov.—2 *Et* abest a Ms. Vatic. 3429.

NOTÆ

*ferre*, nec tamen *accrescere, &c.* vel *ferre*, neutro passive dictum, vel pro *ferre* simul et *referre* active.

[e] *Nec littore*] Nec mare solummodo *littore* tenus augescere aut alveo *resorberi;* sed etiam *influere penitus.... jugis atque montibus.*

[f] *Resorberi*] Plin. epist. IX. 33. de æstuario Hipponensis Coloniæ: 'Æstuarium emergit, quod vice alterna, prout æstus, aut repressit aut impulit; nunc infertur mari, nunc redditur stagno.'

*Resorberi*] In se revolvi, refundi alveo, atque in se reverti; postquam, scil. deferbuit æstus.

[g] *Jugis etiam atque montibus inseri velut in suo*] Possimus quidem interpretari: Mare in jugis montibusque quasi imperium exercere, tanquam in suo proprio alveo, ut Cicero ad Att. XIII. 1. 'Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet.'

Tamen potius suspicor, corrupta esse verba, *velut in suo*, ac fortasse legendum, *velut insulis:* præsertim respectu verbi, *ambire:* quasi dicat: Inseritur aliquando montibus, eosque ambire conatur, ac si essent insulæ. *Pichena.*

Recte *velut in suo:* nam cum sic se inserit penitus jugis et montibus, jam certe non in suo alveo est; sed tamen tum furens, et se extra se effundens, in terris montibusque tum late, *velut in suo*, dominatur. Et quid insulæ ad juga montium, quæ tantum ad certas horas occupantur aquis?

[h] *Barbaros*] Quia, scil. rudes, et inscii literarum historiæque barbari; apud quos nulla rerum memoria aut historia, nulli æternitatis antistites.

[i] *Argumenta*] Nempe originis nationum argumenta sunt variæ corporis species, formæque, seu habitus.

[j] *Germanicam originem*] Germanis enim quoque tum *rutilæ comæ, magna corpora, &c.*

[k] *Silurum*] Silures, populi Britanniæ Majoris insulæ in ora occidentali, postea provinciæ Britanniæ secundæ: hodie comitatus *Radnor*, *Brecknock*, et *Glamorgan*, in parte occidentali regni Angliæ. *Tillemonius.*

*Silurum*] Solinus c. 25. 'Siluram quoque insulam ab ora, quam gens Britanna detinet, turbidum fretum distinguit. Cujus homines etiam nunc custodiunt morem vetustum. Nundinas, ac nummum refutant, dant res, et accipiunt. Mutationibus necessaria potius, quam pretiis parant; Deos percolunt, scientiam futurorum pariter viri ac fœminæ ostentant.'

[l] *Colorati vultus*] Aut nigri aut fusci. Neque enim intelligi ab eo puto

torti[m] plerumque crines, et posita contra Hispania,[3] Iberos[n] veteres trajecisse easque sedes occupasse, fidem faciunt. Proximi Gallis[o] et similes sunt: seu durante[p] originis vi,[4] seu, procurrentibus in diversa[5] [q] terris, positio cœli[r] corporibus habitum dedit: in universum tamen æstimanti,[s] Gallos

*et crispatæ ut plurimum comæ, et situs* illorum *e regione Hispaniæ, demonstrant, priscos Hispanos* huc *transmeasse, et ea loca insedisse. Vicini Gallis, et* ipsis Gallis *similes sunt: seu manente* ac perseverante ingenita *vi originis, seu, late se porrigentibus in opposita terris,* idem *tractus cœli* eandem *corporibus speciem dedit: in summam tamen examinanti, verisimile est, Gallos proximas sibi sedes*

3 Ita Mss. Vatic. et veteres ac recentiores editiones. Male Rhenan. emendaverat, *positu.* Pichena, *positus,* quod in veteribus libris mox legeretur, *contra Hispaniam.* Recte monuerat Muretus potius emendandum, *Hispania.* Brotier. Ryckius et Gronovius habent *positu . . . . Hispaniam.*—4 Ms. Vatic. 3429. et editiones veteres, *originis usu.*—5 Male tentat Boxhornius, *procurrentibus inter se terris.* Nec mox addendum, *eundem habitum,* ut vult Cl. Ernestus.

## NOTÆ

vultus pictos, quos Cæsar memorat v. Comm. ' Omnes vero se Britanni luteo inficiunt, quod cœruleum efficit colorem.'

Illud enim omnibus commune, hoc Siluribus proprium. Neque tale quippiam Hispanis usitatum reperio. *Savilius.*

[m] *Torti*] Crispi crines.

[n] *Iberos*] Hispania antiqua aliquando dicta fuit *Iberia. Tillemonius.*

[o] *Proximi Gallis*] Hi sunt, qui *Cantium* regionem (hodie *Kent*) incolunt: quos omnium Britannorum humanissimos haud multum a Gallorum consuetudine differre, prædicat Cæsar l. v. quæ laus humanitatis etiamnum hodie, Cambdeno judice, incolis debetur. *Virdungus.*

[p] *Durante*] Seu quia perseverat manetque prisca vis naturæ, seu originis primariæ.

[q] *Procurrentibus in diversa*] *Procurrentes in diversa terræ* non sunt disjunctæ ac divisæ, sed id ipsum quod procurrentes inter se terræ. Nam a Britannia procurrunt terræ in *diversam,* hoc est, adversam, Galliam; et vicissim e Gallia procurrunt terræ in *diversam,* hoc est, in adversam Britanniam. Frequens autem veteribus, *diversum* pro adverso ponere. *Gronovius.*

*Procurrentibus*] Licet procurrant terræ in diversas regiones et ultra mare, sicque sint velut oppositæ et diversæ; tamen cum sit, et duret eadem cœli positio utrisque terris, hinc perseverat idem corporum habitus, et similitudo gentium.

[r] *Positio cœli*] Quidam sic intelligunt absolute: Sive in diversis terris positio cœli hunc corporibus habitum dedit, quamvis procurrant terræ in diversum, et ex se habeant aliquid dissimile ratione ipsius soli; tamen cœlum, seu positio cœli eadem, supplet, datque et continuat similitudinem eandem corporibus regionum harum, quamvis procul invicem amotarum atque diversarum.

[s] *In universum tamen æstimanti*] Hoc est, totius Britanniæ populos simul considerando. Idem de mor. Germ. ' In universum æstimanti, plus penes peditem roboris.' *Pichena.*

vicinum solum[6] occupasse, credibile est. Eorum[7] sacra[t] deprehendas, superstitionum persuasione: sermo haud multum diversus, in deposcendis periculis eadem audacia, et, ubi advenere, in detrectandis eadem formido. Plus tamen ferociæ Britanni præferunt, ut quos nondum longa pax emollierit: nam Gallos quoque in bellis floruisse[u] accepi-

*invasisse. Animadvertas illorum sacrificia,* eadem *religionum opinione: lingua non admodum dissimilis, in postulandis prœliis similis ferocia, et, ubi* pericula *imminent, in* iis *declinandis idem pavor. Plus tamen ferocitatis habent Britanni, ut quos diuturnum otium nondum fregerit: quippe legimus Gallos etiam in prœliis*

*Brotier.*—6 Ita Beroaldus et recentiores. Mss. Vatic. *vicinam insulam.* Puteolanus, *vicinam solum.*—7 Frustra conjicit Groslotius, *eadem sacra.* Brotier.

## NOTÆ

*In universum*] Id est, considerando simul in genere, et in summam, instituta seu ingenia gentis, moresque horum populorum, sacra scil. ritusque eorum, leges, linguam, et ferociam, seu metum in prœliis adeundis, aut detrectandis; cuncta hæc *in universum* æstimanti, Gallos huc olim transmisisse credibile est.

[t] *Eorum sacra*] Uterque enim populus detestabili sacrorum ritu, humanis litabat hostiis, et pariter Druidas habuit.

[u] *In bellis floruisse*] Strabo lib. IV. ‘Universa autem natio eorum hominum, qui Galli nunc et Galatæ appellantur, Martis studio flagrans, animo est strenuo et celeri ad conserenda prœlia: alioqui mente candida et simplici, et ab improbis moribus abhorrente. Itaque injuria lacessiti confertim coëunt in certamina aperte, nulloque periculi adeundi respectu, eamque ob rem faciles et obnoxios se præbent primo cuique strategemate vincere eos volenti.’

Idem auctor infra: ‘Præter vim et præsentiam animi nihil ad certamina adhibentes. Quod si quid temere susceperint, facile utilitati cedunt: ob quod et doctrinæ institutionem et literarum studia capessunt.’

*In bellis*] Cicero de provin. consul. ubi de Cæsare: ‘Semitam tantum Galliæ tenebamus antea, P. C. Ceteræ partes gentibus, aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus et barbaris et bellicosis tenebantur; quas nationes nemo unquam fuit, quin frangi domarique cuperet; nemo sapienter de Repub. nostra cogitavit jam inde a principio hujus imperii, quin Galliam maxime timendam huic imperio putaret; sed propter vim, ac multitudinem gentium illarum, nunquam est antea cum omnibus dimicatum, restitimus semper lacessiti.’ Cæsar ipse lib. VI. ‘Fuit antea tempus cum Germanos Galli superarent virtute, ut ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent.’ Cum aliis gentibus de victoria, de gloria, cum Gallis de salute,

mus: mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate; quod Britannorum olim victis evenit: ceteri manent, quales Galli fuerunt.

12. In pedite robur: quædam nationes et curru præliantur:[v] honestior auriga, clientes propugnant. Olim Regibus parebant,[w] nunc per Principes factionibus et studiis trahuntur: nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusve[1] civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus:[2] ita, dum[3] singuli pugnant,[x] universi

*viguisse: dein inertia cum pace incessit, ademta fortitudine simul ac libertate; quod* etiam *debellatis olim Britannis contigit: reliqui durant, quales extiterunt Galli.*

*In pedestri agmine vis* eorum præcipua: *quædam civitates etiam in essedis dimicant: splendidior currum regit, clientes defendunt certantque. Alias regibus obsequebantur, nunc per primores proceresque in studia et partes diducuntur: nec aliud majus nobis subsidium adversus potentissimas nationes, quam quod communi consilio nequaquam deliberant. Raro duæ aut tres nationes in idem concilium coëunt ad commune discrimen propellendum:* et *sic, dum* seorsim *singuli* populi

1 Sic bene Pichena et recentiores. In veteribus editionibus, *tribusque.* Brotier.—2 Lipsius aliique mallent, *consensus.*—3 *Dum* abest a Ms. Vatic.

NOTÆ

de urbe, et arce Jovis certarunt Romani.

[v] *Curru præliantur*] Cæsar. lib. IV. 'Genus hoc est ex essedis pugnæ: primo per omnes partes perequitant, et tela conjiciunt, atque ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant; et cum se inter equitum turmas insinuavere, et ex essedis desiliunt, et pedites præliantur. Aurigæ interim paulum e prælio excedunt, atque ita se collocant, ut si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in præliis præstant; ac tantum usu quotidiano et exercitatione efficiunt, ut declivi ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, et brevi moderari ac flectere, et per temonem percurrere, et in jugo insistere, et inde se in currus citissime recipere consueverint.'

[w] *Olim Regibus parebant*] Non iidem sint *reges* hoc loco, qui *principes. Princeps* apud veteres Latinos est aliquis procerum, optimatum, nobilium: ut Ismenias *Thebanorum princeps, &c.* Olim, inquit Tacitus, in certis personis familiisque fundabantur regna, quæ civitates gentesque complurium populorum amplectebantur: dein, illis principibus fato, aut destitutione per proceres, aut alia vi sublatis, dissiluit abruptaque est validorum illorum corporum unitas, ut et nunc per proceres *factionibus et studiis* Britanni distrahuntur. Talis et fuit status Galliæ, cum 'a potentioribus, atque iis qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgo regna occuparentur,' verbis Cæsaris l. II. *Gron.*

vincuntur. Cœlum crebris imbribus ac nebulis[y] fœdum: asperitas frigorum abest. Dierum spatia[z] ultra nostri orbis mensuram, et[4] nox clara[a] et extrema Britanniæ parte brevis,[b] ut finem atque initium lucis exiguo discrimine inter-

*certant, omnes superantur. Aër frequentibus pluviis ac nubibus infestus:* sic *arcetur sævitia hyemis. Dies hic longiores* sunt *quam in nostro orbe, et nox lucida et brevis in ultima Britanniæ ora,* ita *ut non nisi parvo* temporis *intervallo discernas*

3429. Nec necessarium est. *Brotier.*—4 Sic omnes Edd. *Et* a Ms. Vatic.

NOTÆ

[x] *Ita, dum singuli pugnant*] Justinus eleganter l. VIII. 'Græciæ civitates, dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt. Quippe in mutuum exitium sine modo ruentes, omnibus perire quod singulæ amitterent, non nisi oppressæ senserunt.'

[y] *Nebulis*] Quia cœlum his terris perpetuo nebulosum, et hinc minus sævit hyems, ideo 'asperitas frigorum abest.'

[z] *Dierum spatia*] Scriptor Panegyr. ad Constantinum de Britannia: 'Longissimæ dies, et nullæ sine aliqua luce noctes: dum illa littorum extrema planities non attollit umbras, noctisque metam cœli et siderum transit aspectus; ut sol ipse, qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire.' Causa tamen futili et a solo petita, quæ revera a sole.

Sed nimirum orator ille palam argutiolam istam a nostro hic sumsit: 'scilicet extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque cœlum et sidera nox cadit.'

Plinius de longissimis diebus: 'In Italia horarum quindecim: in Britannia septemdecim; ubi æstate lucidæ noctes, haud dubie repromittunt id, quod ratio cogit credi; Solstitii diebus accedente sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu, subjecta terræ continuos dies habere senis mensibus, noctesque e diverso ad brumam remoto:' quem corrigo transiens, *haud dubie re promunt.* Lips.

[a] *Nox clara*] Hoc propter παραυγασμὸν sive τοῦ φωτὸς ἀντιπερίστασιν. Fit autem hic παραυγασμὸς tantum sub illis signis, quæ propius punctum solstitiale sunt, *Geminis* et *Cancro;* et quidem in illis tractibus, in quibus nox longiuscula est, quam sub polo ecliptico: ut, verbi gratia, quibus Tropicus non est pro Arctico, neque tangit punctum horizontis aquilonii, illis tantum temporis noctes obscurantur, quantum tropicus ipse abest a pulsu horizontis septentrionalis: ut scimus accidere in Scotia, in qua nostrates milites noctu in excubiis alea ludentes, nullum lumen adhibebant, inquit Scaliger in secundum Isagogicum Manilii. *Virdungus.*

[b] *Brevis*] Solin. 25. 'Multæ et aliæ circum Britanniam insulæ, e quibus Thule ultima; in qua æstivo solstitio perinde nullus dies, ut ortus junctus sit occasui. Ultra Thulem accepimus pigrum esse et concretum mare: inde a Calydoniæ promontorio Thulem petentibus bidui navigatio est.'

*Brevis*] Mela III. 6. 'Thule Belgarum littori opposita est, Graiis et nostris celebrata carminibus. In ea quod sol longe occasurus exsurgit, breves utique noctes sunt; sed per

noscas. 'Quod si nubes non officiant,[5] aspici per noctem Solis fulgorem,[c] nec occidere[6] et exsurgere, sed transire,' affirmant. Scilicet extrema et plana terrarum,[d] humili umbra, non erigunt tenebras, infraque cœlum et sidera[e] nox

*exitum atque exordium lucis.* Quod si non obstent nubila, *tum asseverant*, solis splendorem videri per noctem *ipsam*, nec *solem* occidere et oriri, sed *solummodo* præterire. *Nempe ultimæ illæ terræ et in plano sitæ, tenuem umbram efficiunt*, sic *nec attollunt caliginem, et* ita *nox infra cœlum et astra jacet. Ferax*

3429. abest: omissum a Brotiero.—5 Gronovius scribit *afficiant*.—6 Ita bene Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *nec concidere*. Brotier.—

NOTÆ

hyemem sicut alibi obscuræ, æstate lucidæ; quod per id tempus jam se altius evehens, quanquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima illustrat; per solstitium vero nullæ, quod tum jam manifestior, non fulgorem modo, sed sui quoque partem maximam ostentat.'

[c] *Aspici per noctem Solis fulgorem*] Mirum quomodo nox esse potuerit, conspicuo adhuc sole. Sed indulgendum aliquid viro artis suæ fines egresso. Nam quod addit, 'non occidere et exsurgere, sed transire,' verum est tempore æstatis sub climate περισκίους complexo. Sed nulla Britanniæ pars eo usque se porrigit. *Savilius.*

Dicit, *fulgorem solis.* Ipsum enim corpus non semper apparet: quod neque Pomponium Melam fugit, qui solem quidem ipsum non cerni, sed tantum vicino splendore proxima illustrare ait. Ejus rei causas etiam reddit Strabo. *Virdungus.*

[d] *Scilicet extrema et plana terrarum*] Sic capio: si extrema terrarum plana essent, nullam ideo, aut brevem fore noctem: quasi innuat, noctescere demum, cum sol infra extantes montes aut alia subsidens obstacula, refugam condit lucem; aut quamvis in medio globosa tellus intumesceret, tamen versus polos plana decurreret. Conceptus sane tanto viro indigni. Et tamen quæ in textu sequuntur, *infra cœlum et sidera nox cadit*, per *noctem* (si conjecturæ meæ statur) nihil aliud designant, quam *umbram terræ*, quasi ex intima artis cognitione; et humilioris umbræ projectio noctes causatur contractiores.

Sed humilitas non a montibus aut planitie est, sed quia in hisce, quæ polo propius respiciunt, regionibus, tempore æstatis sol maximam decursus sui partem supra terram absolvit; et quoties regreditur ex inclinatione circuli in horizontem, non descendit directe, sed oblique transit, quasi horizontem suum raderet. *Savilius.*

[e] *Infraque cœlum et sidera*] Id est, (pro Taciti sensu) nox ibi humilis, quia ab umbris est; umbræ autem non illic eriguntur: ergo longi dies, et serenæ noctes, ac sidera lucem suam spargunt sine obstaculo. Nos alias causas scimus, et a solis cursu. *Lipsius.*

*Infraque cœlum et sidera nox cadit*] Observandus apud Tac. præpositionis *infra* usus Ann. XIII. 'Sed neque Neroni infra servos ingenium.' Lib. XIV. 'Cetera invidiam augent, quæ ...infra tuam magnitudinem jacet.' Ita hic ait: *infra cœlum et sidera nox cadit:* id est, propter solem illi hori-

cadit. Solum, præter oleam vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens frugum, fœcundum.[7] [f] Tarde mitescunt, cito proveniunt: eadem utriusque rei causa, multus humor terrarum cœlique.[g] Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriæ: gignit et Oceanus margarita,[h] sed subfusca ac liventia. Quidam artem[i]

*tellus*, et *si excipias oleam, vineamque, et reliqua quæ tepentioribus terris gigni solent, fruges abunde profert.* Quæ *lente maturescunt, propere augentur:* et *eadem causa* est *utriusque rei*, nempe *plurima humiditas soli cœlique. Gignit Britannia aurum et argentum et alia metalla, præmium belli: profert etiam Oceanus margaritas, sed subnigras ac pallentes. Nonnulli deesse industriam ac solertiam*

7 Schefferus immerito delet, *fœcundum.* Idem.

## NOTÆ

zonti propinquum, nox adeo clara est, ut inferior sit cœlo ac sideribus: seu, tantum obscuritatis non habet, ut sidera mortalibus detegere valeat. Aliquid simile dixit libro de Germanorum moribus, 'extremus cadentis jam solis fulgor in ortus edurat, adeo clarus, ut sidera hebetet.' *Pichena.*

Nox, id est, umbra noctem efficiens; μετωνυμικῶς effectus pro causa. *Virdungus. Infra cœlum cadit*, id est, vincitur nox et obscuritas a sole proximo, seu fulgore ejus, qui durat adhuc; et ita inferior manet, seu nox seu umbra terræ, ut non possit erigi caligo effectrix noctis, usque ad cœlum et sidera retegenda; quippe lucem aliorum siderum continuo hebetat splendor ille solis.

[f] *Patiens frugum, fœcundum*] Ex Zosimo discimus, Britanniam occidentalis imperii quasi horreum et cellam penuariam fuisse, unde nonaginta navibus, quæ lembis majores erant, magnum frumenti numerum in Germaniam, ad limitaneos exercitus alendos, exportaverint Romani. *Virdungus.*

[g] *Multus humor terrarum cœlique*] Humor terrarum causa est, quod cito proveniant: humor cœli, quod tarde mitescant. *Pichena.*

[h] *Gignit et Oceanus margarita*] Marcellinus, l. XXIII. 'Quod genus gemmæ etiam in Britannici secessibus maris gigni legique, licet dignitate dispari, non ignoramus.' Neque ab hac sententia Plinius recedit IX. 35. 'In Britannia parvos atque decolores [uniones] nasci certum est:' cum tamen gemmam commendent candor, magnitudo, orbis, lævor, pondus.

Sed Britannicarum gemmarum, qualescumque illæ tandem forent, spes, referente Suetonio 47. Julium primo in Britanniam invitavit, 'qui ex iis contextum thoracem Veneri Genitrici consecravit,' Plinius. *Savilius.*

[i] *Quidam artem*] Quacumque arte legantur, tamen adhuc poliuntur ab artificibus: *orbem* forte et *lævorem* hi perficiunt, quamvis *ponderi* detrahant. Plinius: 'Sani quidam concharum partus multiplici constant cute, non improprie callum ut existimari corporis possit: itaque purgantur a peritis.' Tales uniones *extricatos* vocat

abesse legentibus arbitrantur: nam in rubro mari[j] viva ac spirantia saxis avelli,[k] in Britannia, prout expulsa[l] sint, colligi: ego facilius crediderim, naturam margaritis deesse,[m] quam nobis avaritiam.

13. Ipsi Britanni delectum ac tributa et injuncta Imperii

*putant colligentibus: quippe in Erythræo mari* margaritas *viventes spirantesque rupibus eximi*, at *in Britannia, prout ejectæ sint* in littus, *legi: ego potius existimarim, indolem seu speciem nativam deesse margaritis, quam nobis cupiditatem* opum, aut ex cupiditate artem.

*Ipsi Britanni* copiarum *delectum, ac vectigalia, et præscripta imperii munia*

NOTÆ

Ulpianus, qui scil. ex rudi et nativo habitu, arte Gemmarii politi sunt. Est enim extricare, quod Græci dicunt ἐκλέπειν· hoc est, demto cortice, expolire; et ex *lævore* nomen unionum.

j *In rubro mari*] Oceanum Indicum intelligi per *rubrum mare*, quod inter Africam et Taprobanam insulam, Asiæ meridionalem partem alluit, satis constat inter eruditos. Nam vulgo perperam opinantur, per id mare tantum Arabicum sinum designari.

Atqui mare rubrum, sive Erythræum, testibus Plinio et Solino, in duos sinus dividitur, Arabicum et Persicum. Indum quoque, Tigrin, et Euphratem flumina in mare rubrum se exonerare, tradunt classici auctores. *Virdungus.*

k *Viva ac spirantia saxis avelli*] Sic teste Solino cap. 33. 'Exciditur e cerebris draconum dracontias lapis, sed lapis non est, nisi detrahatur viventibus. Nam si obeat prius serpens, cum anima simul evanescit durities soluta. Usu ejus Orientis reges præcipue gloriantur.'

l *Prout expulsa*] Forte et in natura ratio fuerit, frigus scil. et nebulosum cœlum, aut alia aëris inclementia, quæ non eas formari sinit, aut digeri, usque ad vivum et limpidum colorem.

m *Naturam margaritis deesse*] Id est, putant nonnulli, non omnia margarita, quæ gignit Oceanus Britannicus, esse naturaliter subfusca et liventia; sed talia esse, quia non leguntur ea arte et industria qua leguntur in rubro mari, ubi viva et spirantia saxis avelluntur: quod si similiter apud Britones fieret, futurum, ut illa quoque pari candore ac *lævore* commendarentur: itaque margaritis Britannicis non deesse naturam, sed artem legentium.

At si nihil aliud obstaret, inquit Tacitus, haud dubie nostri Romani, jamdudum eandem hanc artem ipsam ac prudentiam, qua in rubro mari piscatores utuntur, in Britannico salo tentassent.

Quod quia non fecerunt, certum habeo, nihil ea industria aut arte profici posse; et potius credo *naturam* non dedisse margaritis Britannicis nitorem Indicis gemmis æqualem, quam nostram *avaritiam* cessaturam fuisse in illis vivis et spirantibus avellendis, ut fit in *rubro mari*, si natura eadem esset. *Gronov.*

*Margaritis*] Potius crediderim, nativam atque insitam speciem, seu candorem lævoremque natura deesse margaritis Britannicis, *quam nobis avaritiam*, quæ artem seu industriam exerit impellitque in immensum, cum de opibus coacervandis agitur.

munera impigre obeunt, si injuriæ absint:[n] has ægre tolerant, jam domiti, ut pareant, nondum, ut serviant. Igitur primus omnium Romanorum D. Julius[o] cum exercitu Britanniam ingressus, quanquam prospera pugna terruerit incolas, ac littore potitus sit, potest videri ostendisse[p] posteris, non tradidisse. Mox bella civilia, et in Rempublicam versa principum arma, ac longa oblivio Britanniæ etiam in pace. Consilium id D. Augustus vocabat,[q] Tiberius præ-

*strenue peragunt, si iniquitates amoveantur: illas impatienter ferunt, jam subacti,* certe *ut obsequantur, nondum* tamen, *ut serviant. Itaque D. Julius, qui primus omnium Rom. Britanniam intravit cum legionibus, licet felici prælio perculerit incolas ac littus obtinuerit, potest videri exhibuisse* insulam *posteris, non præbuisse. Dein civiles motus, et in Rempub. conversæ procerum opes, ac diuturna oblivio Britanniæ, etiam cum pax* et otium fuit. *Consilium id D. Augustus appellabat,*

## NOTÆ

[n] *Tributa...si injuriæ absint*] Alibi Agric. 'quæ [injuriæ] ipso tributo gravius tolerabantur.' Oppressi Britanni sic disserunt infra, 'nihil profici patientia, nisi ut graviora, tanquam ex facili tolerantibus imperentur.'

[o] *D. Julius*] Cneio Pompeio Magno M. Crasso consulibus, qui fuit annus Urbis 698. ante natalem Christi Dionysianum 54. Causam ipse affert, quod omnibus fere Gallicis bellis inde hostibus subministrata auxilia intelligeret; ut Strabo: Suetonius spem margaritarum, alii gloriæ cupiditatem. *Virdungus.*

[p] *Potest videri ostendisse*] Paneg. Max. Aug. 'Et sane non sicut Britanniæ nomen unum, ita mediocris jacturæ erat Reipub. terra tanto frugum ubere, tanto læta numero pascuorum, tot metallorum fluens rivis, tot vectigalibus quæstuosa, tot cincta portubus, tanto immensa c cuitu: quam Cæsar ille auctor vestri nominis, cum Romanorum primus intrasset, alium se orbem terrarum scripsit reperisse: tantæ magnitudinis arbitratus, ut non circumfusa Oceano, sed complexa ipsum Oceanum videretur. Sed enim, illa ætate, nec Britannia ullis erat ad navale bellum armata navigiis: et Romana res inde jam a Punicis Asiaticisque bellis, etiam recenti exercitata piratico, et postea Mithridatico, non magis terrestri, quam navali usu vigebat: ad hoc natio tunc rudis, soli Britanni, Pictis modo et Hybernis assueta hostibus adhuc seminudis, facile Romanis armis signisque cesserunt, prope ut hoc uno Cæsar gloriari in illa expeditione debuerit, quod navigasset Oceanum.'

[q] *Consilium id D. Augustus vocabat*] Cum tam vaste pateret imperium Romanum, 'ut jam mole laboraret sua,' inquit Livius, immoderatas vincendi spes evagari ulterius passus non est Augustus. Qua de re, tanquam ex prudentiæ instituto gesta, Julianus in Cæsaribus suis eum sic [illegible] rentem introducit; 'Imperii [illegible] am sic composui, ut adamantis instar solidus, hostiles incursus non metueret. Neque enim indulsi modum omnem nescienti desiderio plura habendi; sed intra positos velut a natura terminos, Danubium et Euphratem, contentus substiti.'

ceptum.[1] [r] Agitasse C. Cæsarem[s] de intranda Britannia, satis

*et præcipue Tiberius. Satis compertum est, cogitasse C. Cæsarem de invadenda*

1 In Mss. Vatic. et editionibus veteribus, *Tiberius præcipue.* At Lipsius, quem recentiores sunt secuti, optime monuit emendandum *præceptum.* Brotier.—

## NOTÆ

Post mortem Augusti libellus proferebatur, propria ejus manu scriptus, in quo, ut Tacitus scribit Ann. I. 'opes publicæ continebantur, &c. Addideratque insuper consilium coërcendi intra terminos imperii; incertum metu, an per invidiam.' *Savilius.*

*Consilium*] Plutarch. Apophth. Augustus 'cum Alexandrum audisset, maxima terrarum parte subacta, addubitasse, quidnam per reliquum vitæ tempus facturus esset; demiratus est, quod non majus opus Alexander existimasset, partum recte constituere ac firmare imperium, quam magnum acquisivisse.'

[r] *Tiberius præcipue*] Valde blanditur mihi correctio, *Tiberius præceptum*, hoc sensu: Abstinere posteros a Britannia voluit Augustus, *consilio:* Tiberius, *præcepto:* atque id uterque præ se ferebat. Hoc scil. Augustæum consilium Tiberius, 'qui omnia dicta factaque ejus vice legis observabat,' (ipse ita apud Tacitum loquitur Ann. IV.) habebat ut *præceptum*, aut potius habere simulabat, metu scil. et invidia, ne bella mandaret præclaris ducibus.

Causæ porro ipsæ hujus consilii in Strabone sunt, lib. IV. justæ, et mente, nisi fallor, Augusti. Ait enim principem contentum fuisse amicitiam cum Britannis colere, et tributi loco, nescio quid minutarum rerum accipere: 'Ita ut,' inquit, 'nullo præsidio opus esset retinendæ insulæ: quippe opus foret una legione saltem et aliquo equitatu, ut tributa a Britannis exigi possent. Constituit ergo sumtum seu stipendium exercitui, æquale pecuniis quæ exigebantur.' *Lipsius.*

Ejusmodi consiliis admodum delectabatur Tiberius; qui, cum in urbe stabiliendam vim dominationis sciret, et pacem in orbe, jam senex, et fama prisca tantum nixus, non libenter bellis externis se illigabat, ne omittere *caput rerum* cogeretur. *Boxhornius.*

Maxime anxius pacis senex vafer, omnimodo cavebat, ne res compositæ turbarentur quacumque parte imperii, et motus externos arte et consilio, non vi aut armis componebat.

*Præceptum*] Tiberio vice legis et oraculi fuit id omne quod præmonuisset aut usurpasset Augustus: isque ingens prætextus, sive simulatio et larva, inter arcana dominationis Tiberianæ præcipuum locum habuit; sive de facto consilium aliquod dedisset, vel dedisse fingeretur Augustus. Itaque *præcipue* illud consilium æmulabatur Tiberius, et longe magis quam ipse Augustus. Et hæc lectio sana et recta: nec id tam agebat metu hostium, quam ducum Rom. quibus, scil. belli decus invidebat Tiberius.

[s] *C. Cæsarem*] Confugerat ad eum Adminius, Cynobellini regis filius, a patre pulsus, quo tempore ridiculam illam expeditionem in Bataviam susceperat, ut inde sui terror Britanniam afflaret. *Virdungus.*

constat, ni velox ingenio, mobilis pœnitentia,[2] et ingentes[3] adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius auctor operis,[t] transvectis legionibus auxiliisque, et assumto in partem rerum Vespasiano : quod initium venturæ mox fortunæ fuit : domitæ gentes, capti Reges,[u] et monstratus fatis[v] Vespasianus.

*Britannia, ni levis et instabilis animo, pœnitentiaque mutabilis, et magna adversus Germaniam cœpta in irritum abiissent. Divus Claudius auctor cœpti* fuit, *translatis legionibus et copiis auxiliarium, et ascito in partem curarum Vespasiano: quod principium futuri dein fastigii fuit;* tum *subactæ nationes, et* victi *vinctique reges, et exhibitus fatis Vespasianus.*

2 Ita libri omnes editi. In Ms. Vatic. 4498. *mobilis pœnitentiæ.* Ms. 3429. *mobili pœnitentiæ.*—3 Emendat Cl. de la Bleterie, *et ingentes ut adversus Germaniam, &c.* At suus est et vulgatæ scripturæ sensus. *Brotier.*

## NOTÆ

[t] *Divus Claudius auctor operis*] Qui a Berico ex Britannia fugitivo requisitus, Plautium præmittebat; de cujus et Claudii in Britannia rebus gestis legatur Dio, l. XL. ubi et Vespasiani facta mentio. *Savilius.*

*Claudius auctor*] De quo Mela lib. III. 6. 'Britanniam tamdiu clausam aperit ecce principum maximus; nec indomitarum modo ante se, verum ignotarum quoque gentium victor, qui propriarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.'

[u] *Capti Reges*] Vertunt, quasi illos reges cepisset ipse Vespasianus; quod falsum. Hic certe multas nationes vicit, non tamen solus Vespasianus triumphum Claudii ornavit. Princeps ille Plautium, et alios duces, aut socios expeditionis habuit, majore tum fama, et pari virtute, quamvis non pari fortuna postea.

[v] *Monstratus fatis*] Egregiis facinoribus, et gloria famaque belli jam tunc 'monstratus fatis Vespasianus;' ita ut eum destinare imperio et deligere, fata sine sua et fortunæ injuria, vel sine flagitio publico jam possent: ita ut merito jure jam tali fastigio illum destinarent. Nam certe 'fato datur imperium,' ut ait Titus Cæsar apud Suetonium.

*Fatis*] Non a fatis monstratus; quippe non monstravit illum fortuna: sed potius virtus Vespasiani eum monstravit fortunæ et fatis, quem scil. evehere ad principatum jure possent ac deberent. Potius eum *in occulto* habuit fortuna, propter sortem et stirpem ignobiliorem. Quis enim ille inter tot proceres et inter nobilissimos aut etiam strenuissimos duces hujus ævi? Et si monstravit aliquatenus fortuna, monstravit eum magis victoria; et virtus præcipue fatis ostendit. Quis tum ille præ Corbulone, præ Plautio, et Ostorio; præ Paulino, et Celso? et præ Galba? Sed tum monstratus ille fatis, et post exstinctos hosce duces, aut fessos honorum, spernentesque jam fortunam, et principatum post experta tot flagitia militiæ et imperii, tandem ille ausus est.

*Monstratus fatis*] Ceteræ virtutes

14. Consularium primus Aulus Plautius præpositus, ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius: redactaque paulatim in formam provinciæ proxima pars Britanniæ: addita insuper veteranorum colonia:[w] quædam civitates Cogiduno[1] Regi donatæ: (is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit:) vetere[2] ac jam[3] pridem recepta Populi Romani consuetudine,[x] ut haberet instrumenta servitutis et Reges.[y] Mox Didius Gallus parta a prioribus continuit,

*Primus* legatorum *consularium Aulus Plautius* provinciæ *præfectus* est, *ac mox Ostorius Scapula, ambo militia conspicui: et sensim in formam provinciæ ordinata* est *propinqua pars Britanniæ: adjuncta præterea colonia veteranorum: quibusdam nationibus Cogidunus rex datus* est: *(is* fere *ad nostram usque ætatem in fide et obsequio duravit:) prisco ac jam olim usurpato populi Rom. instituto, ut haberet et reges* inter *instrumenta servitii. Dein Didius Gallus, quæ obtinuissent priores*

1 Sic libri editi. In Ms. Vatic. 3429. *Cogidumno.* Ms. Vatic. 4498. *Cogidunno.* Anne ille ipse, qui Dioni Τογόδουμνος, 'Togodumnus?' *Brotier.*— 2 Puteol. Alciat. *ut vetere.* Recte Rhenan. omisit hoc *ut* ex sequenti linea huc intrusum. *Oberl.*—3 Hæc *vetere ac j. p.* subjicienda verbis: *quædam civitates Cogiduno Regi donatæ.* Itaque videantur transponenda. Sed verba, *is ad n. u. m. f. m.* ut in parenthesi dicta accipi debent. In eo ne quis erret, aut hæreat, signis solitis indicavi. *Ernest.*

NOTÆ

dantur principi, aut comparantur; at felicitas sola cum principe nascitur: a cœlo est hæc virtus. Paneg. Max. Ang. 'Etenim ceteræ virtutes et bona cetera processu ætatis eveniunt: fortitudo annis accedentibus roboratur; continentia disciplinæ præceptis traditur; justitia cognitione juris ascitur: ipsa denique illa, quæ videtur omnium rerum domina esse, sapientia, perspectis omnium moribus, et exploratis rerum docetur eventis: solæ cum nascentibus pariter oriuntur pietas atque felicitas: naturalia sunt enim animorum bona, et præmia fatorum.'

[w] *Veteranorum colonia*] Camalodunum Ann. XII. *Savilius.*

[x] *Vetere ac jam pridem recepta Populi Romani consuetudine*] Perseus, in legatione sua ad Eumenem, queritur, populum Rom. regum viribus reges oppugnare. Attalo adjutore patrem suum oppressum: Eumene adjuvante, et quadam ex parte Philippo patre suo, Antiochum oppugnatum: in se nunc Eumenem et Prusiam armatos esse. Livius l. XLIV. *Savilius.*

Hic aliud agitur: tum serviebant reguli ad vicinos reges subigendos; at nunc, imperio constituto, inserviunt gentibus in officio continendis.

[y] *Instrumenta servitutis et Reges*] Hæc fuit sors regum inservientium, scil. principi, ut majori, adgeniculari, ut majori sacramentum dicere, adigi in verba clientibus usurpata, tributarios esse, non in sua manu bellum aut pacem habere: et hoc fuit regnari verius, quam regnare. Nam 'regna superstat, qui regnare jubet,' inquit Sidonius Apollinaris. Ea conditio eorum, a quibus expressa est confessio; ipsos dedere se, suaque omnia

paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quæ fama aucti officii quæreretur. Didium Veranius excepit,

legati, *possedit retinuitque, paucis admodum præsidiis ultra primos limites immunitis, ut* sic *auctæ provinciæ decus pararet sibi. Veranius Didio successit, isque*

NOTÆ

in deditionem et arbitratum alienum; quos tamen Roma dominatrix sæpe, aut locavit in regio fastigio, aut receptos in clientelam, ac *reges* disertim appellatos donavit insignibus regiis. Ea erant aurea corona, aurea patera, sella curulis, scipio eburneus, toga picta, sagulum purpureum, tunica palmata, latus clavus, equi phalerati, arma equestria, supellex militaris, qualis consulibus præberi solita. Non quod omnibus omnia simul hæc darentur, sed aliis alia, pro dignitate cujusque, et pro opibus et auctoritate regulorum. Et illinc si non servitium stricte, attamen obsequium servitio proximum intelligebatur. His conditionibus regnavere olim Massinissa, Eumenes, Attalus, Antiochus, Tigranes, Tiridates et Ptolemæus, cui a profugo senatu, cum is esset in Epiro, ' Cingere Pellæo pressos diademate crines Permissum.' Lucan. l. v. ' Ipse Pompeius filium Ariobarzanis, cujus in caput, pater descendens e curuli sella, in qua cum Pompeio illius jussu sederat, diadema transtulerat, filium et regem appellavit, et diadema sumere jussit, et in curuli sella considere coëgit.' Sic Valer. Max. v. 7. His adde Herodem, cui Augustus diadema imposuit; et Agrippam etiam, regem Judæorum, quem insigni regio evinxit Tiberius. Erant et prærogativæ istæ, sedere in sella curuli consulum simili, et eodem juxta loco, ac prætores Romani et legati Cæsaris; habere comites, seu custodes, equites Rom. excipi per urbes Rom. ditionis, ut legatos et rectores provinciarum, non operiri ad fores imperantium, seu consulum, habere fasces, non deponere gladium in conspectu principis: intellige, cum incederent per provincias nostras, aut in castris Rom. aut etiam in ipsa Urbe versarentur.

*Instrumenta servitutis*] Quanta superbia egerint Romani erga subjectos reges, patet ex multis historiæ locis. Plut. Apophth. narrat, C. Popilium, sive fastu, sive gravitate nimia et impotenti, adeo sprevisse Antiochum Syriæ regem, ut eum benigne se et comiter salutantem nequidem respexerit, aut resalutaverit; epistolam senatus ille regi nullo honore reddidit. Socii redimebant sua pecunia cives Rom. si quando forte a prædonibus capti essent. Ipsos principes Rom. quandoque lectica aut curru vectos, pedestres per honorem deducebant stipabantque reguli, aut certe mittebant legatos suos, qui eos in primis regni finibus exciperent, et similiter exeuntes cum honore prosequerentur. Cicero de legato Deiotari regis: ' Negat unquam se a te [Cæsare] in Deiotari tetrarchia pedem discessisse: in primis finibus tibi se præsto fuisse dicit, usque ad ultimos prosecutum,' &c. Eos conviviis excipiebant per luxum et magnificentiam regiam, et coronis aureis donabant, non tantum Cæsares filiosque principum, sed et ipsos proceres Rom. quod patet de rege Nabathæorum Arabum apud Taciti Ann. Et quod maxime superbum fuit, has coronas pari pondere exigebant cives Rom. illi superbi, quasi regibus et Cæsaribus se ipsos præferentes.

isque intra annum exstinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus, firmatisque præsidiis: quorum fiducia Monam[z] insulam, ut vires[4] rebellibus ministrantem, aggressus, terga occasioni patefecit.[a]

15. Namque absentia Legati remoto metu, Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre injurias et interpretando[b] accendere: ‘ nihil profici patientia, nisi ut graviora, tanquam ex facili tolerantibus, imperentur: singulos sibi olim Reges[c] fuisse, nunc binos imponi: e quibus Legatus

*ante anni finem interiit. Mox Suetonius Paulinus per duos annos res feliciter gessit, domitis gentibus, et munitis castellis; quorum præsidio fretus fidensque, cum Monam insulam invasisset, ut quæ copias perduellibus hostibus suppeditaret, abscedens* Britannis *rebellandi opportunitatem præbuit.*

*Quippe cum abesset legatus, sublato timore, Britanni reputare inter se miserias servitutis, et comparare iniquitates* cœperunt, *et interpretando animos exasperabant:* nihil prodesse *sibi* tolerantiam, nisi ut molestiora *ipsis*, velut segniter *cuncta* patientibus, imponantur: unum sibi initio dominum fuisse, nunc duos

4 Ita Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *et viros.*

NOTÆ

[z] *Monam*] Anglesey. *Savilius.* Non quam medio inter Hiberniam et Britanniam cursu describit Cæsar l. v. quæ Ptolemæo *Monæda*, Plinio *Monabia*, Orosio et Bedæ *Menaria;* sed altera, quæ magis ad Austrum, tenui freto a Britannia divisa, Britannis *Mon*, Saxonibus *Monege*, ab Anglis victoribus nomine tracto *Anglesea*, ob tritici proventum *Mater Walliæ* dicta. *Virdungus.*

[a] *Terga occasioni patefecit*] Non occasio Paulinum, nec Paulinus occasionem proprie fugit; sed tantum occasionem rebellionis Britannis dedit. *Boxhornius.*

Terga quasi vertendo, Paulinus rebellandi occasionem Britannis patefecit: id est, absentia sua. Nam qui abest, quasi terga dedisse, et sic patefecisse occasionem insidiantibus hostibus videtur. Talia facilius mente, quam verbis, concipiuntur, aut explicantur.

*Terga*] Paulinus terga vertendo, seu abscedendo procul, occasioni locum præbuit. Per *terga*, intellige absentiam Paulini, non fugam proprie, quippe non fugiebat ille; immo quærebat novos hostes; sed illius et legionum absentiæ occasionem arripuere Britanni, ut rebellarent; quod statim explicat ipse Tacitus: ‘ Namque absentia legati, remoto metu, Britanni agitare inter se mala servitutis,’ &c.

[b] *Interpretando*] Amplificabant verbis atque exponebant, quot quantaque, in præsens et in futurum, mala instarent; omnia Romanorum consilia, dicta, factaque in majus, in pejus interpretabantur.

[c] *Reges*] De legatis intelligit: nam priusquam illa, ‘ proxima Galliarum

in sanguinem,[d] Procurator in bona[e] sæviret.[1] Æque discordiam Præpositorum, æque concordiam, subjectis exitiosam: alterius manus, Centuriones[2] [f] alterius, vim et con-

imminere; e quibus legatus cruorem, procurator opes exhauriret: perinde dissensionem præfectorum, perinde et consensum *eorum*, subditis exitiabilem *esse:* alterius manus, centuriones; alterius violentiam et ludibria sociare.

1 Mallet Cl. Ernestus, *e quibus legatum ... sævire;* vel *e quibus legatus ... sæviat.*—2 Perperam editiones veteres, *alterius manus centurionis, alterius vim, &c.* et sic edidere Ryckius et Gronovius. Alii aliter, et pessime emendabant. Egregie Gronovius, cum jam emendatum esset, *centuriones*, locum restituit, addita distinctione post *manus*. Passim autem in scriptoribus ac

## NOTÆ

pars Britanniæ,' in provinciæ formam redacta esset; aut interim dum redigeretur, unus tantummodo legatus mittebatur, prætorius aut consularis, qui provinciales et socios contineret, aut rebelles domaret. Sic, 'consularium primus Aulus Plautius præpositus, ac subinde Ostorius.' At postea etiam missus est procurator, qui fiscum, seu rem familiarem principis administraret; ut in aliis provinciis pacatis ac tributariis, seu stipendiariis. Tum simul cum legatis et illi procuratores, per avaritiam et sævitiam superbe grassabantur; quare et tales homines *regibus* hic assimilant oppressi Britanni.

[d] *Legatus in sanguinem*] Habebat enim merum imperium, cujus major pars est jus gladii. Vide Cujacium l. XXI. observ. c. 30.

[e] *Procurator in bona*] Ea enim tantummodo, quæ ad fiscum principis pertinerent, exigendi, deque eis jus dicendi potestatem habebat. Atque adeo præses de crimine, procurator de bonis, non de crimine, cognoscebat l. I. et II. C. ubi Cav. fisc. vel div. dom. Aliud tamen fuit in procuratoribus, qui *vice præsidis* functi, post edictum præsertim Claudii. *Virdungus.*

[f] *Alterius manus, Centuriones*] Corrigo, *alterum manus, centuriones; alterum, vim et contumelias miscere.* Legatus quidem, inquiunt, manus militum et centuriones immittit: procurator vim et contumelias infert.

Fortasse etiam melius: *Alternis manus, centuriones; alternis, vim et contumelias miscere;* ut velit, eos *alternis*, et vicissitudine quadam sæviisse. Immo forte etiam: *alterius munus, centuriones.* Alter velut pro munere et ordinaria opera habet, immittere centuriones et milites: alter, &c. *Lipsius.*

*Alterius manus centuriones: alterius vim et contumelias*] Affirmat eorum concordiam (quod absurdum videri poterat) exitio populis fuisse: *alterius, manus, centuriones; alterius, vim et contumelias miscere.*

Nimirum cum pravus legatus eadem sentit cum pravo procuratore, uterque utrique sua jura permittunt, idque magno provincialium detrimento: legatus enim milites et centuriones commodat procuratori, qui sæviat in provincialium sanguinem, contra procurator sinit legatum, vim et contumelias circa raptus et prædas exercere. *Salinerius.*

Legendum: *alterius manus, centuriones alterius vim et contumelias miscere.* Nempe, vim et contumelias miscebant, et sine discrimine ingerebant utrumque genus, et *manus* pro-

tumelias miscere. Nihil jam cupiditati, nihil libidini excep-

Nihil jam avaritiæ, nihil impudicitiæ exemtum : in pugna validiorem esse qui

maxime Historicis occurrit, *manus clientum*, *manus servorum*, pro clientum servorumve multitudine. Mihi servanda lectio vulgata et consensu librorum stabilita videtur. Nempe τὸ *miscere* non referendum est ad *alterius*, sed *concordiam*, et *concordiam exitiosam*, hoc sensu : sive concordes agant, sive discordes, ad exitium nostrum conspirant. Alter enim vi militari, alter ra-

NOTÆ

curatoris, et *centuriones* legati.

Per *manus*, intelliguntur et servi procuratoris et alia cohors ejus, scil. qui circa erant. Cicero l. II. in Verrem : ' Comites illi tui delecti manus erant tuæ : præfecti, scribæ, medici, accensi, haruspices, præcones, manus erant tuæ : quo quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur : cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quam si centum cohortes fugitivorum fuissent, tua manus sine controversia fuit.'

Centuriones autem non intelligimus sine militibus, quæ formidabiliores etiam legati manus. Adde nostrum Annal. IV. 15. et XIV. 31. *Gronovius.*

*Alterius manus, centuriones ; alterius*] Sic capio *manus ;* nempe, esse procuratoris ; seu furta *centuriones* legati ; et sic utrumque, procuratorem et legatum, simul *vim et contumelias miscere :* hoc sensu : sive discordia, sive concordia sit inter *binos reges*, discordiam illam aut concordiam, perinde sociis *exitiosam :* quippe miscere invicem, *alterius*, nempe procuratoris *manus*, et *centuriones* legati, *alterius vim*, legati scil. alterius *contumelias*, procuratoris nempe. Vel, indistincte miscere *alterius manus et centuriones*, nempe procuratoris et legati, *alterius*, *vim et contumelias* indistincte etiam utriusque. Malim tamen divisim intelligi, ita ut legatus misceat manus militum et centuriones, procurator vero misceat vim et contumelias. Ibi *vim*, id est, injuriam, ut supra, exactiones violentas, &c. quod vocat Tacitus ' iniquitates obtinere :' *contumeliæ* etiam ad eadem, et similia alia ludibria spectant.

*Alterius manus*] Elucidabitur hic locus ex ipso Tacito, IV. 15. Apud patres, inquit, ' etiam tum cuncta tractabantur ; adeo ut procurator Asiæ Lucillius Capito, accusante provincia, causam dixerit, magna cum asseveratione principis, non se jus, nisi in servitia et pecunias familiares dedisse : quod si vim prætoris usurpasset, manibusque militum usus foret, spreta in eo mandata sua, audirent socios.' Et advertebat hoc nostro loco Tacitus *ad vim et contumelias*, quas describit Annal. XIV. 31. ' Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus, Cæsarem hæredem duasque filias scripserat ; tali obsequio ratus regnum et domum suam procul injuria fore : quod contra vertit ; adeo ut regnum per centuriones, domus per servos, velut capta vastarentur. Jam primum uxor ejus Boadicea verberibus affecta, et filiæ stupro violatæ sunt.' Ex his locis clarissime patet, quid voluerit hic Tacitus, quamvis etiam aliquid verbis deesset. Certe *manus*, arma, *centuriones*, *vis*, *miles*, penes prætorem seu legatum fuit ; at iniquitates et *contumeliæ* fere penes procuratorem et servos Cæsaris. Puto, posset dici, discordiam præpositorum, aut concordiam, *alterius manus centurionesque*, *alterius vim et contume-*

tum: in prælio fortiorem esse, qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus[3] eripi domos, abstrahi liberos,

spolia rapiat: nunc ab inertibus ut plurimum et præliorum expertibus au-

pinis contumeliisque nos affligit. Brotier. Cui consentiunt Bipont.—3 Ms.

NOTÆ

*lias miscere* adversus subjectos; ita ut, sive præpositi consentiant, sive dissentiant, perinde sociis exitiabiles sint, et perinde invicem misceant, alter *manus*, milites scil. et *centuriones*, alter *vim*, seu injuriam, et *contumelias*. Miscent milites et *centuriones*, cum sæviunt in sanguinem sociorum ipsi legati, miscent *vim*, cum bona rapiunt et cuncta agunt feruntque servi, seu procuratores Cæsaris, *contumelias* miscent, cum libidinibus in fœminas et liberos sociorum grassantur, quod diserte explicat hoc loco Tacitus: *Nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum*. Posset etiam sic intelligi, discordiam præpositorum et concordiam perinde exitiosam esse sociis, et miscere *alterius manus*, nempe procuratoris, *alterius centuriones*, nempe legati; miscere etiam *vim*, nempe prætoris seu legati consularis, et *contumelias*, nempe procuratoris. At si discordes sunt procurator et legatus, quomodo miscent simul uterque vim suam et auctoritatem? Certe tum non miscent consilia inter se, sed tamen perinde sæviunt, alter in sanguinem, alter in bona subjectorum: immo certatim et alternis miscent cædes, vim et contumelias, et magis sæviunt in subditos, quo magis discordes sunt; ita ut irarum et discordiæ illorum veluti pœnas luant ipsi populi. 'Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.' Aut illi, cum dissident invicem in ceteris, attamen consentiunt mutuo adversus socios et provinciales. Puto locum allatum ex Cicerone in Verrem, vix ad rem esse; non enim habuit Verres cohortem armatam, aut centuriones vel milites, sed tantum comites et amicos inermes, qui arte tantum et fraude grassabantur, non vi et armis. Hosce nummos exigebant, seu potius pecuniam colligebant, quæ ultro numerabatur a Siculis potentioribus, ob res in eorum favorem judicatas a Verre prætore: quod clare ostendit Cicero his verbis, quæ præcedunt locum allatum. Sic ille in Verrem act. III. 'Non nego tibi ipsi nullum nummum esse numeratum; sed cum ob tua decreta, ob imperata, ob judicata pecuniæ dabantur: non erat quærendum cujus injuria cogerentur. Comites illi tui dilecti, manus erant tuæ,' &c. Non erant *manus* illæ Verris armatæ, ut procuratoris in Britannia; qui scil. militibus et centurionibus legati utebatur vicissim.

Erant istæ *manus* præda et spoliis graves, at simul tamen et armatæ. Sed nihil simile in Verrinis comitibus, aut præconibus; nisi forte dicas, præsidio legum, armatas fuisse *manus* Verris, aut potius fraude falsoque legum obtentu; quibus armis jam licent omnia. Legatus autem et procurator facile mutua latrocinia sibi vicissim accommodabant, conniventes invicem: quod supra explicuit Tacitus cap. 7. 'Cum proconsul in omnem aviditatem pronus, quantalibet facilitate redemturus esset mutuam dissimulationem mali.'

injungi delectus, tanquam mori tantum pro patria[g] nescientibus: quantum[4] enim transisse[h] militum, si sese Britanni numerent? sic Germanias excussisse jugum:[i] et flumine,[j] non Oceano,[k] defendi: sibi patriam, conjuges, parentes: illis avaritiam et luxuriam causas belli esse.[l] Recessuros, ut D. Julius[m] recessisset, modo virtutes[5] majorum suorum æmularentur. Neve prælii unius aut alterius eventu pavescerent: plus impetus,[6 n] majorem constantiam, penes

ferri prædia, abripi filios, sibi imperari viros et arma, velut iis, qui tantummodo perire pro patria nesciant: quot enim trajecisse *in insulam* milites Rom. si se *ipsi* Britanni recenseant? sic Germanias a se abegisse et exuisse servitium: et Rheno, non Oceano protegi: sibi penates, uxores, et parentes causas præliorum esse; Romanis vero cupiditatem et libidinem. *Eos* abscessuros, ut *olim* D. Julius abscessisset, dummodo fortitudinem avorum suorum imitarentur. Neque terrerentur exitu unius aut alterius certaminis: plus ardoris, et majorem pervicaciam penes victos esse. Jam erga

Vatic. 3429. *imbecillibus.*—4 Brotierus scribit *quantulum*, notatque: Ita Mss. Vatic. Unde omnino fuit emendandum, quod habent libri editi, *quantum.* Jam tentaverat Boxhornius, *quantillum.* — 5 Ms. Vatic. 3429. *virtutem.*— 6 Acidalius existimat post, *impetus* excidisse *integris*, ut opponatur *miseris*,

## NOTÆ

[g] *Mori tantum pro patria*] Hoc est, tanquam Britanni morti se offerre non dubitent, si pro aliis, puta Romanis, sit bellandum; pro sola vero patria bellorum pericula et mortem reformident, tam alias animarum suarum prodigi. *Virdungus.*

[h] *Quantum enim transisse*] Si Britannis libeat vires suas universas conjungere, tunc manifestam fore paucitatem Romanorum militum, qui in Britanniam inferendi belli causa trajecerint, eamque paucitatem imparem multitudini Britannorum futuram. *Virdungus.*

[i] *Germanias excussisse jugum*] In prælio adversus Quintilium Varum. *Savilius.*

[j] *Flumine*] Rhenum intelligit. *Rhenanus.*

[k] *Oceano*] Oceanus Germanicus. Vide notas ad Germaniam c. 1.

[l] *Illis avaritiam, &c. causas belli esse*] Gellius v. 5. 'Ostendebat ei [Annibali] Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Rom. facturus comparaverat: convertebatque exercitum insignibus argenteis et aureis florentem. Inducebat etiam currus cum falcibus, et elephantos cum turribus, equitumque frænis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem. Atque ibi rex contemplatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aspicit: et, Putas ne, inquit, conferri posse, ac satis esse credis Romanis hæc omnia? Tum Pœnus eludens ignaviam imbelliamque militum ejus pretiose armatorum: Satis plane, inquit, satis esse credo Romanis hæc omnia, etiam si avarissimi sunt.'

[m] *Ut D. Julius*] Qui, ut quidem Lucanus canit, 'territa quæsitis ostendit terga Britannis.' *Virdungus.*

[n] *Plus impetus*] Conjunctio aliqua hic deesse videtur. Sic capio: *neve prælii unius aut alterius eventu pavesce-*

miseros[d] esse. Jam Britannorum etiam Deos misereri, qui Romanum Ducem absentem, qui relegatum[7] [o] in alia insula exercitum, detinerent: jam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare:[p] porro in ejusmodi consiliis periculosius esse deprehendi,[q] quam audere.'

16. His atque talibus invicem instincti, Boadicea,[1] generis Regii fœmina, Duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumsere universi bellum: ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis præsidiis, ipsam coloniam[r]

Britannos etiam Deos miseratione affici, qui legatum Rom. amovissent, qui amandatas in aliam insulam legiones retinerent: jam ipsos, quod maxime arduum fuerit, consultare: ceterum exitiabilius esse reperiri *intentos* hisce consultationibus, quam ultro hostes aggredi.

*His et similibus invicem accensi, auspiciis ductuque Voudicæ regii sanguinis fœminæ, (neque enim in regnis sexum distinguunt,) omnes arma capessere: ac diductos per præsidia milites adorti, captis castellis, in ipsam coloniam irrupere, ut*

de quibus mox agitur. At locum integrum puto. Penes miseros plus est impetus et constantiæ. Impetus ille furore accenditur. *Brotier.*—7 Ita libri omnes editi. Frustra tentat Lipsius, *religatum.*

1 Vide Var. Lect. ad Annal. XIV. 31. Hic Ms. Vatic. 3429. habet *Voa-*

NOTÆ

*rent:* hinc in ipsis Rom. *plus impetus;* quæ tamen conjunctio *hinc,* aut similis, possit facile subintelligi: eaque sic pro genio Taciti siletur, mente concipitur ac suppletur. Quasi diceret, Hinc *plus impetus* penes Romanos hactenus felices, *majorem constantiam penes miseros esse.*

*Plus impetus*] Non bene conveniunt *impetus* et *constantia;* nec forte penes eosdem simul esse hic intelligit. Itaque forte hic sensus esse possit: Penes victores et felices *plus impetus;* (quod infertur ex præcedentibus his, *prælii unius aut alterius eventu;*) at *majorem constantiam* penes victos, *penes miseros esse.*

[d] *Majorem constantiam penes miseros*] Sic Hist. II. 'Acriore hodie disciplina victi, quam victores agunt: hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit: illi per fastidium et contumaciam hebescunt.'

[o] *Qui relegatum*] Salse dicunt Britanni occasionem excutiendæ servitutis sibi offerri, dum Monæ, quasi in insulam deportatus exercitus Romanus distineretur. *Boxhornius.*

[p] *Jam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare*] Sic Hist. II. 'Sed et meliorem in bello causam, quam in pace habemus: nam qui deliberant, desciverunt.' Sic et c. 12. hoc lib. 'Nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non consulunt.' Difficile fuit consulere de rebellione, sed longe difficillimum deliberare in commune.

[q] *Periculosius esse deprehendi*] Seneca ep. 43. 'Sic vivimus, ut deprehendi sit, subito aspici.'

[r] *Ipsam coloniam*] Camalodunum, quod tunc a Britannis deletum, postea

invasere, ut sedem servitutis:[s] nec ullum in barbaris sævitiæ genus omisit[2] ira et victoria. Quod nisi Paulinus, cognito[3] provinciæ motu, propere subvenisset, amissa Britannia foret: quam unius prælii fortuna veteri patientiæ restituit, tenentibus[t] arma plerisque, quos conscientia defectionis et propius[4] ex Legato[u] timor agitabat. Hic cum[5] egregius cetera, arroganter in deditos, et, ut suæ quoque injuriæ ultor, durius consuleret, missus[6] Petronius Turpilianus, tanquam exorabilior: et delictis hostium novus,[7] eoque pœnitentiæ mitior, compositis prioribus, nihil ultra ausus, Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior, et nullis[8] castrorum experimentis, comitate[v] quadam curandi provinciam tenuit. Didicere jam barbari quoque ignoscere,

*arcem dominationis: et in omne genus immanitatis erupit Barbarorum ira victoriaque. Quod nisi Paulinus statim succurrisset, audita* ea *rebellione provinciæ, actum de Britannia erat: quam* mox felici *unius certaminis eventu ad priorem obsequentiam redegit, multis arma retinentibus, quos conscientia rebellionis, et proprius ex rectore metus anxios habebat. Hic alioqui* vir *eximius, cum superbe in deditos, et, veluti suæ etiam injuriæ vindex, atrocius sæviret, successor datus* ei *Petronius Turpilianus, quasi placabilior: et culpis hostium novus, ideoque resipiscentibus lenior, ordinatis veteribus partis nihil ultra aggressus, reddidit provinciam Trebellio Maximo. Trebellius magis socors, et nullo bellorum usu, facilitate quadam regendi provinciam continuit. Assuevere jam Barbari etiam parcere flagitiis per illecebras* aut specie

*dicca;* Ms. Vatic. 4498. *Voaduca.* Librarii autem scripsere *V* pro *B*, ut sæpe in hoc libro, *Volanus* pro *Bolanus.* Brotier.—2 Sic bene Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *amisit.* Brotier.—3 Ita Ms. Vatic. 3429. et Puteolanus. Sic quoque placebat Cl. Ernesto. Non ita bene Beroaldus et recentiores, cum Ryckio et Gronov. *eo cognito provinciæ motu.* Brotier.—4 Sic bene veteres et recentiores editiones. Male Rhenanus, *proprius.* Brotier.—5 Ita optime Puteolanus. Corrupte Mss. Vatic. *nequaquam egregius;* et cum superiore verbo, *agitabat*, conjungunt. *Brotier.*—6 Sic bene Beroaldus et recentiores. Ms. Vatic. 3429. et Puteolanus, *missus igitur.* Brotier.—7 Ms. Vatic. 4498. *novis.* Melius Ms. Vatic. 3429. et libri editi, *novus.* Male tentat Pichena, *qui delictis.* Melius Ernestus, *is delictis.* At nihil mutandum. *Brotier.*—8 Ita Mss. Vatic. editiones veteres et recentiores. Perperam in Grono-

NOTÆ

revixit, et meminit Antoninus: hodie quoque inter prima Essexiæ oppida censet Cambdenus, *Burgumque de Malden* JC. Britannis appellari addit.

[s] *Sedem servitutis*] Coloniarum hæc vel præcipua ratio, ut continerentur priores populi. *Virdungus.*

[t] *Tenentibus*] Retinentibus.

[u] *Proprius ex Legato*] Quem in se implacabilem fore augurabantur: quod victoriam remorari solet.

[v] *Comitate*] Facilitate et indulgentia, modestia clementiaque, non stricto aut *adducto imperio.*

vitiis blandientibus: et interventus civilium[w] armorum præbuit justam segnitiæ[x] excusationem: sed discordia laboratum; cum assuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus[9] atque humilis, precario mox præfuit: ac velut pacti, exercitus licentiam, Dux salutem. Hæc seditio sine sanguine stetit.[y] Nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam[z] disciplina: eadem inertia[a] erga hostes, similis petulantia castrorum: nisi quod innocens Bolanus, et nullis delictis invisus, caritatem paraverat loco auctoritatis.

17. Sed, ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam

comitatis *arrepentibus: et qui tum intervenere motus civici, legitimam illi inertiæ causam seu veniam tribuere: sed dissensionibus exagitata castra; cum solitus bellare miles, per desidiam et otium licenter ageret. Trebellius, cum per fugam et latebras furorem militum declinasset, inglorius et vilis spretusque, postea precario imperavit; ac velut* ex composito et quasi *inito pacto, miles libertatem, legatus incolumitatem* habuit. Sicque *ea discordia sine cæde et cruore transacta est. Nec* etiam *Vectius Bolanus, durantibus adhuc motibus civicis, exercuit Britanniam labore aut severitate militari: par segnitia adversus hostes, eadem lascivia militum; nisi quod integer et innoxius Bolanus, et nullis sceleribus infestus, amorem pro auctoritate sibi conciliarat.*

*At, postquam Vespasianus cum reliquo imperio* etiam *recepit Britanniam,* affuere

viorum editionibus, *nullus*. Brotier.—9 Ms. Vatic. 3429. *indecoris*. Quod monitum volui, ne quid antiquitatis fugiat. Nam Nonius Marcellus, cap. 8. laudat ex Accio, in Athamante, 'cujus sit vita indecoris, mortem fugere turpem convenit.' Dixit quoque Virgilius Æneid. XII. 25. 'Nec genus indecores.' *Brotier.*

## NOTÆ

[w] *Civilium*] Nempe Vindicis, qui Galliæ nostræ decus, Neronem exterruit; simulque vindicavit orbem terrarum, Verginii, Galbæ, Othonis, et Vitellii, qui Bolanum imposuit Britanniæ, spreto Trebellio.

[x] *Justam segnitiæ*] Excusabat se Trebellius; ideo se non ducere in hostem, ne simul et civili et externo bello urgeretur, ne imperium et vires attererentur. *Virdungus.*

[y] *Stetit*] Substitit, subsedit, sedata est.

[z] *Britanniam*] Britannicum exercitum primo, dein et cum ipso provinciam.

[a] *Eadem inertia*] Poëtæ ergo illi non fides, qui Bolanum hunc magnum bellatorem facit apud filium, et trophæa ejus Britannica ostendit. Statium dico in Sylvis, lib. v. ad Crispinum: 'Cernis adhuc titulos, hunc ipse vacantibus armis Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.' Quæque alia in eodem Protreptico vatum more inflat. *Lipsius.*

reciperavit, magni Duces,[b] egregii exercitus, minuta hostium spes. Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum[1c] civitatem, quæ numerosissima provinciæ totius perhibetur, aggressus. Multa prælia, et aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus,[2d] aut bello. Et, cum[3] Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset, sustinuit quoque molem Julius Frontinus,[e] vir magnus, quantum licebat,[f] validam-

*eximii duces, fortissimæ legiones, fracta* est *hostium audacia. Et statim* his *pavorem incussit Petilius Cerialis, adortus nationem Brigantum, quæ populosissima dicitur totius Britanniæ. Multa certamina, et interdum non sine plurima cæde: et magnam partem Brigantum aut victoria aut armis occupavit. Et,* sane *cum Cerialis alterius qui succederet industriam gloriamque* splendore famæ *obscurasset, pondus* et curæ magnitudinem *sustentavit etiam Julius Frontinus, vir egregius, quantum fas erat* eo ævo, *potentemque et bellicosam Silurum nationem bello domuit;*

1 Ms. Vatic. 3429. *Bregantum.* Ms. Vatic. 4498. *Bregantium.*—2 Ms. Vatic. 3429. *amplexus est, aut bello.*—3 *Cum* abest a Ms. Vatic. 3429. Cl. Ernesto displicet, *quidem:* mallet *cujusvis,* aut *cujusque,* nisi *alter successor* diversus a Julio Frontino fuerit. Cl. Tillemont, 'Histoire des Empereurs,' Vol. II. p. 32. existimat fuisse alterum Britanniæ præsidem, qui dignitatem obtinuit inter Petilium Cerialem et Julium Frontinum medius. Quod minime crediderim. At, citra ullum sensus detrimentum, *quidem* abesse posset. *Brotier.*

## NOTÆ

[b] *Magni Duces*] Scil. affuere ac præfuere Britanniæ legati illustres belli fama.

[c] *Brigantum*] Brigantes, populi insulæ Britanniæ Majoris versus medium, ad mare Ivernicum et ad Oceanum Germanicum, postea vero provinciæ Maximæ Cæsariensis: hodie comitatus *Cumberland, Westmorland, Durham, Lancaster,* et pars major comitatus *York,* in latere septentrionali regni Angliæ. *Tillemonius.*

[d] *Amplexus*] Quæ *victoria* amplexus est, ea obtinuit posseditque, quæ *bello* percurrit tantum, ac vastavit, non continuit. Aut forte, quæ *victoria aut bello* obtinuit, non omnia hæc pacavit et retinuit, non ea firma pace *amplexus* est: pax autem summa belli et victoriæ.

[e] *Julius Frontinus*] Putant nonnulli eum ipsum esse, qui strategemata composuit.

[f] *Vir magnus, quantum licebat*] Berneggerus ita hæc accipit: Frontinum fuisse virum magnum et insignem, sed *quantum licebat,* scilicet eo ævo, propter metum iræ ac invidiæ principum, quibus aliena virtus plerumque suspecta et invisa esse solet: et proinde viri magni sub talibus principibus generosos spiritus premunt, et virtutes suas, non nisi quantum absque periculo licet, exercere solent.

Sed interpretatio ista, non ad mentem Taciti. Julius enim Frontinus, quanta poterat, est executus, et validissimos Britannorum Silures debellavit; quo aliud majus illa tempestate non poterat expectari.

Verba illa, *quantum licebat,* non referenda sunt ad τὸ *vir magnus,* sed ad

que et pugnacem Silurum gentem[g] armis subegit; super virtutem hostium, locorum quoque[4] difficultates eluctatus.

*et præter fortitudinem hostium, etiam locorum ardua vicit ac perrupit.*

—4 Editiones ante Rhenan. *locorumque diffic.*

NOTÆ

illa præcedentia, *sustinuit quoque molem;* belli, scil. Britannici molem, quantum quidem poterat, egregie feliciterque sustinuit Julius Frontinus. *Boxhorn.*

*Quantum licebat*] Fuit vir magnus, quantum licebat hisce temporibus, et sustinuit etiam belli molem, quantum licebat. Non tamen affirmo eum esse sensum Taciti; sed fere idem fuit, esse virum magnum, *quantum licebat* eo ævo, et sustinere molem belli etiam, quantum licebat. Prima pars sententiæ Taciti hæc est, et ex prima sequitur altera. Hoc dico, quia sub principibus ignavis aut pravis, sæpe viris magnis objiciuntur multa impedimenta virtutis et gloriæ, et submittuntur procuratores et alii legati infensi æmuli, qui minuant famam egregiamque laudem, qui simul et virtuti et fortunæ liberum egressum spatiumque eripiant. Procuratores et alii administri sæpe necessaria non suppeditant, et pravo subdoloque ministerio fraudant duces sua gloria, et sic, quibusdam angustiis ac necessitatibus, quasi constringitur ardor ac fortitudo legatorum, *ne increscat.* Nihilominus tamen magna virtus, et magni illi viri sunt, *quantum licet;* quod contigit Corbuloni sub Nerone apud Tacitum, Paulino, et aliis multis.

*Vir magnus, quantum licebat*] Id est, quantum eo ævo licebat, et sub principe, sub quo sæpe *inertia* pro *sapientia* fuit: nec τὸ *vir magnus,* referri debet ad ea, *sustinuit quoque molem,* nec ad res in Britannia gestas ab aliis, sed absolute sumi debet. Sic lib. hocce cap. 3. 'Intravitque animum militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus; quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex mala.' Et tamen hic loquitur de Vespasiani ævo; at certe si non invidet princeps ipse, obtrectant assentatores et pravi liberti, et magistri dominationis. Sub quocumque dominante uno, aut non audet insurgere in altum gloria, aut non perinde celebratur, aut etiam sæpe deprimitur, ne increscat; 'O beatos quondam duces!' exclamabat Germaniæ victor Corbulo. Neque etiam vetere Repub. id sæpe licuit, invidia populi, et etiam procerum. Sic rapta victoria Metello, dein et Lucullo, egregiis imperatoribus. Et quoties invidia abstraxit expulitque e Galliis Cæsarem ipsum? nisi potentior livore fortuna, majorque fortuna ipsa virtus obstitisset.

*Vir magnus*] Hæc, *quantum licebat,* referunt ad belli Britannici *molem.* Sub Vespasiano liberum statim egressum habuit virtus, ut patet ex istis: 'magni duces, egregii exercitus.' Attamen Frontinus fuit *vir magnus,* quantum licebat eo ævo, et sub principe, qui ducum famam pro nutu suo aut attollit aut premit; aut certe pro libitu et genio aulicorum adulantium, qui egregiis ducibus virtutem invident. Vel fuit *vir magnus,* quantum licebat post Cerialem, qui *alterius successoris curam famamque* facile obruisset. Itaque quantum licebat, *vir magnus* Frontinus, vel respectu ad

18. Hunc Britanniæ statum, has bellorum vices media jam æstate transgressus[h] Agricola invenit, cum et milites, velut omissa[i] expeditione, ad securitatem, et hostes ad occasionem, verterentur. Ordovicum[j] civitas, haud multo ante adventum ejus, alam, in finibus[k] suis agentem, prope universam obtriverat: eoque initio erecta provincia; et,[l] quibus bellum volentibus erat,[l] probare exemplum, aut re-

*Adulta jam æstate transvectus Agricola, eo statu Britanniæ* res et *has* alternantis fortunæ atque *armorum vices reperit, cum etiam milites, jam nullo expediendi voto aut animo ad quietem spectarent, et hostes ad occasionem* intenti essent. *Ordovicum natio, paulo antequam adventaret, alam, in sua regione agitantem, fere totam oppresserat; eoque principio excita Britannia; ut quique bellum cupiebant,*

l Sic bene Ms. Vatic. 3429. Male libri editi, cum Ryckio et Gronov. *ut*

NOTÆ

tempora, vel ad homines, vel etiam ad illud bellum, vel ad omnia simul, quamvis potius et verius sit de eo ævo, quo scil. unus imperitabat.

g *Silurum gentem*] Scil. iis regionibus Walliæ sive Cambriæ, quæ ipsis Deheubarth, id est, pars australis, et novis hodie nominibus *Herefordshire, Radnorshire, Brecknockshire, Monmouthshire, Glamorganshire* appellantur. *Virdungus.*

h *Media jam æstate transgressus*] Agricola Britanniam adiit, ut colligere datur ex iis quæ per hunc librum aspersit auctor, illo qui Vespasiani mortem præcessit anno, rediitque circa quintum aut sextum annum Domitiani; cujus res in Britannia gestas, præter Tacitum, Xiphilinus in Tito cum elogio describit, et alii. *Savilius.*

Coss. Imp. Vespasiano 9. Tito 7. A. U. C. 832. qui fuit ætatis Agricolæ 39. anno Christi nati, secundum Dionysium, 79. *Virdungus.*

i *Omissa*] Quia jam adulta et provecta æstas.

j *Ordovicum*] Ordovices, populi insulæ Britanniæ majoris, in latere occidentali, et ad mare Ivernicum, postea vero provinciæ Britanniæ secundæ: hodie comitatus *Flint, Montgomery, Merioneth*, et *Caernarvon*, in principatu *Galles*, et in regno Angliæ. *Tillemon.*

k *In finibus*] Puto non modo in limite Ordovicum castellum obtinebat ala illa, sed in eorum terris præsidium agitabat, nec uno loco forte ipsa curabat tuebaturve, ut æstate jam adulta: et sic agebat ala, quia jam subjecti ac domiti Ordovices sub prioribus legatis. Infra: nec 'expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuisse.'

l *Quibus bellum volentibus erat*] Hoc est, qui bellum vellent. Græca figura est. Sic Ann. I. 'Quibusque bellum invitis aut cupientibus erat.' Lib. XV. 'Hæc atque talia plebi volenti fuere.' *Rhenanus.*

*Quibus*] Pro *quibusque.*

*Ut quibus bellum volentibus*] Nihil deest: *eoque initio erecta provincia*, seu socii, ut qui bellum vellent, aut probabant exemplum, aut novi legati animum opperiebantur: vel, ut quisque bellum vellet, *probare exemplum, &c.*

centis Legati animum opperiri. Tum Agricola, quanquam transacta[2] æstas, sparsi per provinciam numeri,[3m] præsumta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum inchoaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur,[n] ire obviam discrimini statuit: contractisque legionum vexillis[o] et modica auxiliorum manu, quia in æquum degredi[4]

*exemplum æmulabantur, aut novi præfecti ingenium expectabant. Tum Agricola, quamvis fere exacta æstas* esset, quamvis *diducta per provinciam vexilla legionum* forent, *et miles jam præcepisset* animo *illius anni otium*, quæ omnia *adversa incepturo bellum* erant, *et* etiam *multis placebat potius observari ea quæ suspectabantur*, attamen *occurrere periculo decrevit; convocatisque legionum vexillariis, et modicis auxiliarium copiis, cum in justa loca descendere Ordovices non aude-*

*quibus.* Unde emendabat Lipsius, *ut quibusque bellum.* Brotier.—2 Ita Rhenanus et recentiores. In Ms. Vatic. 3429. et editionibus veteribus, *transvecta.*—3 Male tentat Ursinus, *innumeri.* Brotier.—4 Sic bene Pichena et recentiores. In veteribus editionibus, *digredi.* Idem.

## NOTÆ

[m] *Numeri*] Hoc nomen de novo repertum est, cum nova militiæ forma emersit sub principibus; quia tum merebant cohortes separatæ a legionibus, ut et alæ, quæ nullius corporis militaris erant, et *vexilla* seu *vexillarii* legionum, quæ pars alicujus legionis fuere, et tamen separatim militabant. Erant etiam et *veterani*, qui sub vexillo speciali merebant, ut hi isti, qui Camaloduni erant, *immunes omnium* onerum belli, *nisi propulsandi hostis.* Sicque cum essent diversa corpora militaria, quæ separatim a legionibus mererent, ideo necesse fuit adinveniri aliquod vocabulum, quod commune esset his corporibus separatim a legione merentibus; igitur *numeri* vocabantur illa corpora militaria; quia, scil. ad diversa munia belli statim integra legio mitti aut trahi non potuit, ob gravitatem armorum, sarcinarum et machinarum molem immensam; ideo abstrahebant *vexilla* militum legionariorum a legione sua, et vocabant *vexillarios* seu *electos* talis legionis, et hi sub vexillo merebant, non sub Aquila, quia ibi legio, ubi Aquila. Hinc ibi statim Tacitus addit: *contractisque legionum vexillis*, quos supra *numeros* appellaverat. Nec video illud nomen commune fuisse sociis seu auxiliaribus, nisi forte simul et indistincte recenserentur; sed *cohortes* et *alas* de sociis dicebant. At *vexilla* illa legionum Rom. separata, cum sæpe numerum cohortis legitimæ excederent, aut alæ, ideo novo nomine *numeri* dicti sunt. Et etiam ut sic distinguerentur a legionibus, quæ licet vacuæ et parum plenæ, tamen cum aquila suum nomen retinebant, vel etsi quandoque in duas divisæ forent legiones.

[n] *Plerisque custodiri suspecta potius videbatur*] An ut observaret Agricola, quorsum evaderent ea, quæ ipsi de Britannis suspicabantur? Verius censeo, plerosque auctores fuisse Agricolæ, ut præsidiis custodiisque suspecta loca, et ambiguæ fidei gentes custodiret contineretque potius, quam ulterius cum exercitu progrederetur. *Pichena.*

[o] *Legionum vexillis*] Forte ista *vexilla legionum* significant nullam eum